i. q. retro salire, regredi saliendo vel motu subito (*notionem saliendi v. imprimis l. 12. 18. p. 1466, 19. 45. al.; pass. impers. p. 1466, 63; indicatur, unde* -*atur, per praepos.* ab *l. 30 sq. 46. 62. al.,* de *p. 1466, 52. 1467, 13. al.,* ex *e. g. l. 47. 51, abl. separ.* PAVL. NOL. carm. 8, 28, *adv. l. 49, quo vel in quem [quid], per praepos.* ad *l. 13. 53. 58,* in *p. 1466, 10. 28 [certe abl.], adv. l. 22. p. 1466, 6. 26, abl. p. 1466, 23*): **I** *proprie et in imagine, sc. motu locali* (*huc fort. pertinet* PAVL. FEST. p. 280 resultare *significat* saepe -ire. *per speciem motus describitur situs l. 56*): **A** *vi praeverbii perspicua motus potius fit*: **1** *retrorsum, in tergum sim. (opp. e. g.* insilire *l. 22,* provolare *l. 18); -unt, qui (quae) se retrahunt*: **a** *qualibet causa*: QVADRIG. hist. 56 Artorius Taureae … umerum sauciat atque ita -uit (-vit *var. l.*). LIV. 30, 33, 15 (*antea p. 696, 21*) -entes … ad manipulos velites, cum viam elephantis *hostium* … fecissent *eqs.* PLIN. nat. 11, 125 *cornua* cocleis … ut protendantur ac -ant (resist- *var. l.*). QVINT. inst. 11, 3, 106 (*antea p. 513, 65*) *manus oratoris* nonnumquam -it vel negantibus nobis vel ⌞adfirmantibus⌟ (*Winterbottom,* admir(m)- *trad.*). 11, 3, 127 (*antea disting.* recedere sensim) *in iudicio oratores* quidam et -unt. VEG. mil. 2, 23, 5 nunc gestiendo provolare cum saltu, nunc cedentes in terga -ire (-ere *var. l.; de hac confusione v. indicem ed. Reeve p. 167 s. v.* insilire). HIER. vita Hilar. 29, 12 statim -uere naviculae. AVG. civ. 7, 17 p. 295, 12 (*in imag.*) sicut impetus errabundae opinionis impulerit, ita huc atque illuc, hinc atque illinc insiliunt et -unt. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 69 *opisthotonici* se … continere non possunt, sed quadam mobilitate -unt, cum dolor irruerit. *al. potius discedendo*: AVG. civ. 7, 28 p. 310, 26 (*in imag.*) Varro … *argumentis* deos in caelum et terram redigere … *frustra* conatur; … fluunt de manibus, -unt, labuntur *eqs.* coll. c. Don. 1, 10 *si* aliquas … praescriptiones Donatistae ingerere conarentur et forsitan non permissi ab ipsa collatione -rent.

b *fastidii, taedii, timoris sim. causa*: LVCR. 4, 685 nidor … ad sua quemque pabula ducit et a taetro -ire veneno cogit. PLIN. nat. 10, 195 *polypus* cunilā admotā ab odore protinus -it. PLIN. epist. 4, 11, 9 cum … ei *Vestali damnatae* manum carnifex daret, aversata est et -uit. FLOR. epit. 4, 12, 2 (*in imag.*) tumidae gentium … cervices ab … iugo -bant. CHIRON 498 *animal* a cibo -it (**[***Oder,* resid- *codd.*]. 506 [ab orbo *trad., sed restit. ex* VEG. mulom. 2, 142; *cf. Hippiatr. gr. I p. 313, 5 ἀπόσιτος γίνεται*]. 517 [*Veg. mulom. 2, 141, 2* fastidiunt cibum]. AVG. in euang. Ioh. 35, 3 [*in imag.*]**)**. MVTIAN. Chrysost. hom. 30, 3 p. 429[extr.] correptio … *medicorum* ferro vehementius operatur et -ire facit eos, quibus offertur (*gr. p. 212[med.] σκιρτᾶν*). *al.*

2 *in directionem motui anteriori contrariam*: **a** *-unt, quae a superficie vel obstaculo repercutiuntur, repelluntur* (*saepe immissa, incurrentia*): **α** *quaelibet* (*sc. res praeter l. 53 sq.*): CIC. S. Rosc. 79 (*in imag.*) scopulum offendis eiusmodi, ut non modo ab hoc crimen, *sc. in S. Roscium,* -ire videas, verum *eqs.* (*postea p. 319, 6*). LVCR. 1, 1046 *mundum extrinsecus* cudere … crebro possunt *plagae* …; interdum -ire tamen *atomi* coguntur. 4, 347 (*in contextu de simulacris agitur*) omnia … cogit natura referri ac -ire ab rebus ad aequos reddita flexus. OV. met. 12, 480 *l. 59.* SEN. nat. 2, 9, 3 discus ex loco superiore in piscinam missus non descendit, sed ⌞in sublime⌟ -it (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). 6, 10, 2. 6, 18, 3 *spiritus inclusus* inde, quo maxime inpactus est, -it. PLIN. nat. 2, 142 (*antea p. 561, 51*) sive ab ictu -it ignis *fulminis* sive *eqs.* 34, 75 ut a repulsu per vices -at (*in opere mechanico, ceterum v. p. 1325, 5*). HEGES. 4, 18, 1 p. 270, 7 ex quo *lacu* omnia, quaecumque mergenda putaveris viventia, tamen -ire opinio est (*cf. gr. 4, 476 ἀναφέρει, sc. ἡ λίμνη. in eadem re*: p. 270, 16 eos … ad superiora vi magna repulsos -isse). PLIN. phys. Sang. p. 276 l. 6 mittis granum *salis* in carbones *vivos*; si -ierit s(c)intilla intra cubiculum *eqs.* (*opp.* si foris exierit; *postea p. 1466, 28*). *per speciem motus describitur locus*: PLIN. nat. 5, 97 *Taurus mons* mediam … distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria; -it ergo ad septentriones *eqs.*

β *arma sim.*: OV. met. 12, 480 non secus haec -it, *sc. hasta ab ore iuvenis,* ⌞quam tecti a culmine grando⌟ (*ad α*). SEN. Herc. O. 154 in nudo gladius corpore *Herculis* frangitur et saxum -it. 1627 -it incussus, *sc. in quercum,* chalybs. dial. 5, 3, 8 ut tela a duro -unt …, ita *eqs.* PETRON. 89 vers. 22 *cuspidis* ictus. HIER. epist. 52, 14, 2 sagitta. *al.* **γ** *lux, sonus sim.* (*cf.* GLOSS. V 631, 12 -it: resonat. *v. etiam l. 46*): VITR. 5, 8, 1 *ne in theatro* vox … repulsa -ens incertas auribus referat significationes (5, 8, 2 cum v. in solido tactu percussa -at. *cf.* LACT. opif. 15, 2 *spiritus* cicutae concavo repercussus … sonum gignit et in vocalem spiritum -ens per se ventus animatur). SEN. nat. 4, 8 radii solis a terra -unt et in se recurrunt (PLIN. nat. 2, 103. *sim.* VEN. FORT. carm. 3, 7, 38 lactea lux -it [refulsit *var. l.*], cum rubor *solis* inde ferit).

b *-unt, quae alicubi fixa, clausa sim. relaxata retro saliunt*: PALLAD. 4, 10, 5 ramus …, ne -at, ligatus ad palum (*sim.* 6, 6). AVG. serm. 37, 3 (*in imag.*) lapis pretiosus erat Donatus, sed -vit a compage ornamenti, *i. ecclesiae* (-uit *var. l.; antea* mansit. *de eodem ibid.* ille -ens). GREG. TVR. glor. mart. 33 -entibus cum sonitu repaculis capsam aspicit reseratam.

c *-unt quaelibet* (*quilibet*): **α** *varia exempla*: PLIN. nat. 11, 39 *tactu* abrumpi statim et -ire guttas *mellis* vilitatis indicium habetur. AMBR. hex. 3, 9, 40 (*antea*: cum … venenis tela senserint) *herba ovibus* medicina est, ut -ire sagittas videas ex vulnere. RVFIN. Orig. in Ios. 4, 2 p. 310, 10 (*respic. Ios. 3, 16*) si … pars aquarum fluminis, *sc. Iordanis,* retrorsum -et ac post tergum frenabitur, pars … in mare … diffugiet (*inde sim.* ISID. expos. in Ios. 3, 3 retro). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 52 corpuscula, quorum statione viarum obtrusionem factam existimat *Themison,* facile utique transire vel -ire possunt. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 381 (*in imag.*) ne hoc malum in me -at, quemadmodum ⌞illi qui fa⟨b⟩as cudunt⌟ (*cf. Otto, Sprichw. n. 621*). *al.* **β** *-it mortuus, qui resurgit*: EVAGR. vita Anton. 91, 8 l. 33 quia … resurrectionis tempore hoc corpusculum -et, *sc. a morte* (resurget *var. l.; gr. aliter*). *?***γ** *-it exercitus, qui ad hostem se convertit*: CASSIOD. Ios. antiq. 5, 46 (*antea*: simulando se recedere) dum … -isset exercitus contra faciem eorum *hostium* dedissetque signa *dux eqs.* (restitisset *ed. Basil.; cf. gr. ἀναστρέψας τὴν δύναμιν, ut exspectes* convertisset exercitum *sim.*).

3 *eo, unde ventum est* (*fort. huc l. 42*): OV. met. 6, 374 *ranas* iuvat … saepe super ripam stagni consistere, saepe in gelidos -ire lacus. SEN. contr. 1, 3, 4 (*antea*: in templum … revoluta) *illa* in templum -uit. PLIN. nat. 9, 71 *exit in terram* certum genus piscium ac deinde -it. FLOR. epit. 3, 6, 6 *piratae* ut quaedam animalia … inpatientes soli in aquas suas -uerunt. CHIRON 74 sq. (*inde* VEG. mulom. 2, 17, 3) *hypochyma* solet … -ire loco suo; (75) quam … repremito, donec se diossum commodat et non -at (*ibid. iterum; sim. in corpore*: PLIN. phys. Sang. p. 207 l. 8 [*praecantatio ad cervicem*] tu, ossus cervicales, -i suso [*i. sursum*]**)**. VAL. CEM. hom. 3, 1 cito ad terram -it, qui equum trepidus ascendit (*aliter l. 51*). PLIN. phys. Sang. p. 276 l. 8 (*antea p. 1465, 54*) si *scintilla* su(r)sum versus et ibi in carbonibus -selit *eqs.*

4 *in formam minorem, sc. decrescunt vel in se recedunt partes corporis*: OV. met. 3, 677 (*nautae in delphinos mutantur*) in spatium -ire manus breve vidit et illas iam non esse manus *eqs.* SCRIB. LARG. 71, 1 *medicamento* cocleario ter tacta -it (*sc. uva faucium tumida ut: ibid.* -it ac fit minima. PLIN. nat. 22, 31 *urtica* uvas in ore procidentesque vulvas … tactu -ire cogit. MARCELL. med. 14, 9 pruni folia … u. -ere compellunt. PLIN. phys. Sang. p. 208 l. 2. *al.*). PLIN. nat. 11, 234 detracto illa *mamma* alumno suo sterilescit ilico ac -it.

B *vi praeverbii deflexa vel minus perspicua -unt, quae (qui) in quamlibet directionem se movent (pro subi. sunt fere animantes vel partes corporis eorum, sed res l. 43. 49): exsiliendo, sc. sursum, in altum*: IREN. 1, 30, 3 l. 46 (*antea*: a patribus decidisse deorsum) *Sophia* cum virtutem accepisset …, -iit et in sublimitatem elata est (*nisi ad A3*). AVG. civ. 9, 13 p. 384, 24 (*v. supra p. 439, 20*). HIPPOCR. progn. 19 -entis aegritudinis ad diafragma (*Kühlewein,* -sidentes *trad.; gr. ἀναΐσσοντος*). ANTIDOT. Brux. 147 (*in incantamento ad morbum intestini*) quid sicut lepus -is? VEN. FORT. carm. 10, 9, 73 -it dum piscis ab unda. ISID. orig. 11, 1, 81 pulpa … dicta, quod palpitet: -it enim saepe. *al. insiliendo*: EPIST. Alex. p. 218, 1 *gryphi* in ora oculosque nostros -bant. *cursum deflectendo*: CHIRON 502 si quando potio -salierit eis in spiritalis pulmonis *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 2, 140, 1). *desiliendo*: CASSIOD. Ios. antiq. 20, 58 p. 576 ex equo -ens (*gr. κατεπήδησεν*). VEN. FORT. Mart. 4, 410 *in tempestate* artis inops stupidus -it de puppe magister.

II *translate, sc. notione motus localis evanida vel minus vigente; -unt, qui* (*quae*): **A** *abhorrent, se avertunt*: **1** *generatim, sc. a quibuslibet rebus, actionibus, animantibus* (*sive malis, e. g. l. 58. 70, sive bonis, e. g. l. 72 sqq.*): **a** *indicatur, unde -atur* (*fere per praepos.* ab, *sed* de *l. 65, adv.* unde *l. 73*): SEN. benef. 4, 2, 4 *virtus* contemptrix eius *voluptatis* et hostis et longissime ab illa -ens. nat. 4 praef. 10 *Gallionis* frugalitatem laudare coepisti, quae sic a nostris moribus -uit, ut *eqs.* epist. 82, 6 quantum possumus, ab illa, *sc. fortuna,* -amus. 95, 48 quam procul -ire a … superstitionibus. QVINT. inst. 12, 10, 56 -endum ab iis, quae non recipientur *ab iudice* (*antea opp.* instandum iis *eqs.*). Ps. QVINT. decl. 15, 12 *non* sine aliquo morsu -itur a malis, quae voluptate tenuerunt. FLOR. Verg. 1, 9 animus -iit atque abhorruit ab illa civitate, *sc. Roma.* AMBR. epist. conc. Aquil. 2, 6 *quidam* -entes de media epistulae lectione petierunt, ut *eqs.* HIER. in Os. 7, 13 l. 324 ‘recesserunt et -uerunt a me’, hoc enim significat *ἀπεπήδησαν eqs.* VVLG. Nah. 3, 7 omnis qui viderit te, *Ninive,* -et a te (*cf.* HIER. *ad loc.* l. 214 refugiet et -et ab ea sive, ut a Septuaginta dicitur, descendet [*sec. gr. var. l. καταβήσεται*]**)**. RVFIN. hist. 4, 23, 6 ab haeretica perversitate. AVG. conf. 6, 7, 12 *Alypius* excussit animum forti temperantia et -uerunt … circensium sordes ab eo. epist. 140, 68 *superborum* a communi omnium bono … -entium. gen. ad litt. 5, 8 p. 152, 14 a fide. POSSID. vita Aug. 18, 5 *haeretici* ad … ecclesiae gremium, unde -ierant (-uerant *var. l.*), redierunt. EPIST. imp. Theod. Conc.[S] II 3, 1 p. 16, 4 a paterna religione (*gr. II 1, 1 p. 7, 13 ἀποπεπηδηκέναι*). *al.* **b** *cete-*

[Cioffi]

ra exempla: PETRON. 46, 7 volo illum *puerum* … aliquid de iure gustare …; nam litteris satis inquinatus est; quod si -ierit *eqs.* AMBR. Noe 18, 66 (*sapiens alios emendare conatur*) si quem in principio -ire conspexerit, tamen commutandi eius … non desperat profectum. AVG. catech. rud. 11, 6 si *ille* -uerit et curari recusaverit. coll. c. Don. 3, 19, 37 cui iudicio … plurimi … consenserant, reliquis adhuc -entibus et discordantibus *eqs.* (*nisi ad C*). PROSP. epigr. 64, 4 huic, *sc. deo,* homo si recte famulatur, proximus haeret, si -it, misero degit in exilio. MVTIAN. Chrysost. hom. 31, 3 p. 433[extr.] -it conscientia et non patitur *eqs.* (*gr. p. 216*[med.] *ἀποπηδᾷ*). *al.*

2 *speciatim, sc. a pacto, promisso, sententia sim.*: VLP. dig. 18, 2, 9 ut -ire emptori liceret meliore condicione allata. COD. Iust. 2, 4, 17 (*a. 293*) *mulierem* acceptis his, quae negotii dirimendi causa placuerat dari, nunc de conventione -uisse *eqs.* SERV. Aen. 8, 641 (= ISID. orig. 18, 1, 11) mors optabatur ei, qui a pace -isset (-uisset *Burman*). PS. ASCON. Verr. p. 209, 28 -uerunt a condicione ac placito (INTERPR. cod. Theod. 3, 10, 1 de p.). AMBR. Abr. 1, 3, 11 occasio -endi. PETR. CHRYS. serm. 162, 7 ut adiudicantis illi fas non sit -ire ⟨a⟩ sententia (-ere *var. l.; si recte intellexi-mus locum corruptum,* -ire sententiam *ed. Olivar*). CONC.[S] II 3, 3 p. 73, 14 (*antea*: promisit ille) *Domnus* -vit et *eqs.* (-uit *var. l.; gr. II 1, 3 p. 66, 13 ἀνεπήδησεν*). GREG. TVR. Franc. 3, 18 p. 119, 9 de fide -is (risillis trad).

B *decrescunt sim.* (*fort. omnino evanescunt l. 26*): SEN. epist. 122, 1 detrimentum iam dies sensit; -uit aliquantum, *sc. solstitio relicto.* VEN. FORT. carm. 7, 12, 66 non ita rebar ovans, postquam Germania nostros contulerat visus, ut -iret amor *tuus* (-eret *var. l., edd. Leo et Reydellet, fort. recte, ut ad p. 1464, 56 sqq. pertineat, sed v. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 156 adn. 2*). PLIN. phys. Sang. p. 185 l. 24 ungues … frontem …; -it dolor capitis.

C *resistunt, se opponunt sim., sc. c. dat.* (*cf.* GLOSS.[L] V Abba RE 76 -unt: reluctant. *fort. huc* AVG. *l. 6*): IREN. 1, 24, 4 *quidam docet,* quoniam hic *deus Iudaeorum* suis hominibus … voluit subicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei …; quapropter et reliquae -uerunt gentes eius genti (restiterunt *var. l.*).

D *redeunt in statum priorem*: CONC. Andec. a. 453 p. 138 l. 29 quod *constitutum* … de his *diaconis,* qui accepta paenitentia -ierint, debita severitate servabitur (*cf. vol. X 1, 54, 22. 31 sqq.; an ad A?*).

E *occurrunt, redolent sim., sc. c. dat.*: VEN. FORT. carm. 5, 5, 19 christicolis Iudaeus odor -ibat amarus obstabatque piis impia turba sacris (-il(l)ebat *var. ll.*).

deriv.: resulto. *Cioffi.*

resimilo, -āre. *a* re- *et* similare. *i. q. iterum similare, sc. similem esse atque antea* (*cf. CIL IV 1877 [= CE 42, 2]. Schol. Iuv. 14, 51*): REGVLA mag. 90, 85 *qui monasterium relinquere vult saecularibus* vestibus revestitus, -ans saeculo ad suasorem diabolum revertatur.

resimplico, -ātum, -āre. *a* re- *et* simplicare. *non legitur nisi formis infinitis.*

i. q. reducere in statum simplicem: **1** *ut in rectum extendantur partes corporis fetusve complicatus*: CAEL. AVR. gyn. 2, 86 l. 1088 -tis (reim- *cod.*) cruribus manibus quoque correctis … educatur *fetus* **(***gr. p. 139, 12 ἐξαπλοῦν. cf. l. 1080* crus ⟨s⟩implicandum [⟨res⟩im-*Urso, Galenos 4, 2010, 269 praeter necessitatem; gr. p. 139, 5 ἁπλοῦν*]**)**. 2, 88 l. 1100 si duplex descenderit *fetus* …, erit -andus (reim- *cod.*) interius repulsis cruribus (l. 1102 -tus *f.* … educendus; *gr. p. 139, 22 et 24 ἁπλοῦν*). 2, 99 l. 1212 re⟨sim⟩plicatis … digitis apprehensus *folliculus in utero* (*corr. Urso, loco cit. 268; gr. p. 146, 10 ἁπλώσαντα τοὺς δακτύλους, Soran. p. 95, 7* resolutis … digitis). SORAN. p. 37, 2 *fetus plantis retentis deorsum suspenditur,* ut … universae iuncturae tendantur … et nervi -ari possint (*gr. p. 77, 6 ἁπλοῦσθαι, Cael. Aur. gyn. 1, 143* resolvantur). **2** *ut late extendantur panni madefaciendo contracti*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 134 motarium aqua infusum supra divisuram -antes. 5, 1, 20 linteolum aqua tingentes -tum partibus apponunt (gyn. 2, 7 l. 143 l. superposito oleo calido expresso ac -to [*gr. p. 101, 16 ἐφαπλωτέον*]). *Bk.*

resīmus, -a, -um. *a* re- *et* sīmus. [*per errorem* ORIBAS. syn. 4, 31, 1 La p. 34 ⟨-us⟩, erisimus (⟨ ⟩ *gr. σήσαμον, Aa* sesamus).]

i. q. retro curvatus, repandus (*indicatur per praepos.* ab, *a qua parte aliquid recurvetur, l. 68. 74; opp.* pendulus *l. 67,* rotundus *l. 75*):
1 *strictius de partibus vultuum animantium*: VARRO rust. 2, 9, 3 *canes* facie debent esse formosi … labris … neque -is superioribus nec pendulis subtus. OV. met. 14, 95 (*e coni.*) *Iuppiter* nares *simiarum* … a fronte -as contudit **(**[*Salmasius,* remissas *codd.*]. COLVM. 6, 1, 3 [*sim. inde* PALLAD. 4, 11, 2] boves novelli … n. -is patulisque [resiniis *al. codd. rec.*]. ARNOB. nat. 3, 14 *deos* hos displosis n., illos -is**)**. PLIN. nat. 8, 95 hippopotamius … rostro -o (*sim. inde* SOL. 32, 30 [resupin(at)o *var. ll.*]. *Isid. orig. 12, 6, 21* resupinato). **2** *laxius de superficiis vel formis concavis*: CELS. 4, 1, 5 renes …, qui … summis coxis inhaerent, a parte earum -i, ab altera rotundi. 7, 26, 2[H] (*de calculis a vesica removendis; antea*: incidi … plaga lunata … debet) ea parte, qua ⟨-a⟩ plaga est (⟨ ⟩ strages ima *var. l.*). 8, 3, 8 *meningophylax* lamina aenea est, prima paulum -a (resina *var. l.*), ab exteriore parte lēvis. 8, 10, 1[K] *ferulas* omnes contra articulum esse oportet -as, ne hunc laedant. *Koenig.*

rēsīna, -ae *f.* [*vox sumpta ex forma dialecti gr. *ῥησῖνᾱ, cf. att. ῥητίνη 'resina'. v. Walde-Hofmann II 419; Leumann, Gramm. 1977, 180; Schwyzer et al., Gr. Gramm. I, [6]1990, 271. Mei.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 7, 71 -am Graeci *ῥητίνην* vocant, *ῥεῖν* (rei *trad.*) enim graece dicitur quidquid manat; est enim lacrima sudore exhalata lignorum, ut cerasi *eqs.* *scribitur* ras- *l. 13. p. 1470, 6 et* HIPPOCR. mul. 1 l. 339 (*cod. P*). ORIBAS. syn. 9, 22, 9 Ab p. 318. *et saepius*; ris- AMBR. Ioseph 3, 17 (*cod. B ante corr.*). VVLG. gen. 37, 25 (*O*). DIOSC. 5, 139 p. 230, 13 (*M*). *al.*; ros- GLOSS. III 631, 45. NOT. Tir. 102, 9 -a (ras- *cod. K ante corr.*). *de notione*: ISID. orig. 17, 7, 71 *v. l. 9.* GLOSS. -a: *ῥητίνη. κολοφωνία, εἶδος πίσσης.* gumen. rasia. id est pix sive casita. *al.* GLOSS.[L] Corp. R 57 -a: teoru (*anglosax.*); *v. etiam l. 37. 40 sq. p. 1470, 63. vol. V 1, 998, 39 sqq. et* GLOSS. *s. vv.* -a carsetana (*cf. fort.* Carsitani, *Onom. vol. II 211, 17*), -a cassita, -a hederae, -a picis siccae, -a pinia. *legitur raro in versibus apud* PLAVT., MART., SER. med., MARCELL. med. (*sc.* carm. 53), *saepius in prosa orat. inde a* CATONE, BELL. Hisp., VITR.; *vocem frequentant scriptores rei medicae inde a* CELSO, SCRIB. LARG., *etiam* PLIN. nat.; *plur. raro, sc. in versibus p. 1469, 26, in prosa orat. de pluribus generibus e. g. l. 73. p. 1469, 54. 1470, 35. 62, de frustis p. 1469, 3* (*cf. p. 1471, 71*). **[***val.* răşínă, *dalm.* resáina (*Bartoli, Das Dalmatische II, 1906, 217*), *it.* ré-, rèsina *et dial.* resìna; *pedem.* (*Val Sesia*) aržìna, *dial. it. varia et raet. or.* reśìna, raśìne *'concretio faece vini formata fundo doliorum adhaerens parietibusque'; francog.* résine, *prov.* rezina, reïna, *cat.* ra-, resina, reïna, *hisp., port.* resina; *dial. francog.* ruzina *sim., vasc.* rousìa, *prov.* rozina, roïna *fort. cum* rōs *permixta. cf. M.-L. 7244 et Faré, Postille. Tiktin-Miron[3] III 299. Battisti-Alessio V 3232. Cortelazzo-Zolli[2] 1348 sq. Wartburg X 299 sq. Stimm s. v.* rezina. *Coromines VII 276 sq. Corominas-Pascual IV 886. Houaiss[2] 2438. Schd.-Cr.***]**

i. q. ῥητίνη **(***quod graece resp., nisi aliud indicavimus; significatur fere sucus quidam naturalis arborum, sed res ab hominibus composita p. 1470, 15; ad rem v.* PLIN. nat. 24, 32 sqq. DIOSC. 1, 79 [*resp. gr. 1, 71, 3 sqq.*]. GALEN. alfab. 228 [resina] *et André, L'Antiquité class. 33, 1964, 86 sqq.***)**. *indicatur qualitas e. g.* arida *l. 58. p. 1469, 34. 1470, 69. al.,* fricta *l. 69. p. 1469, 18,* frixa *l. 71. p. 1471, 14* (*cf.* GLOSS.. -a f. Colofonia(e)), liquida *l. 59. p. 1470, 48. 69,* sicca *p. 1469, 11. 58. 1470, 6; e qua arbore -a nascatur, per adi. e. g.* lentiscina *p. 1470, 68,* pinalis *l. 64. p. 1469, 24. 1470, 68,* pinea *l. 63. 66. al.,* pituina *l. 68. p. 1469, 11. 1470, 61. al.* (*cf.* GLOSS.. -a p. non frixa), terebinthina *l. 56. 75. p. 1469, 24. 1470, 68. et saepe* (*cf.* GLOSS. -a optima t.), *per praepos.* CELS. 5, 18, 24 ex lentisco (SCRIB. LARG. 201, 2 ex picea arbore. *al.*). PLIN. phys. Sang. p. 277 l. 20 de pino, *per gen. e. g.* PLIN. nat. 28, 194 laricis. MARCELL. med. 9, 119 cedri; *e qua regione e. g. l. 51. p. 1470, 51 sq. et* Bruttia PELAGON. 453, Colophoni(ac)a *l. 37. 65 sq. p. 1470, 62. 70. 1471, 14.*

I *de usu* (*-a utuntur fere homines; apes p. 1470, 28*): **A** *ad sanandum* **(***fere hominem vel animal, sed arborem p. 1469, 42; huc fort. pertinet locus lacunosus* TAB. Vindol. III 591b, 11 [*ca. a. 100*] lini mellari⟨…⟩, -ae ⟨…⟩, cummini ⟨…⟩**)**: **1** *apud quoslibet auctores*: PLAVT. Merc. 139 sputo sanguinem. :: -am ex melle Aegyptiam vorato, salvom feceris (*sc. te*). VITR. 2, 9, 17 *v. p. 1470, 48.*

2 *apud scriptores rem medicam tractantes*: **a** *in enumeratione partium compositionis* (*indicatur fere quantitas, quam infra saepe omisimus; saepissime gen. partit.* -ae): CELS. 3, 22, 14 inter se mixta et incocta -ae terebinthinae pars dimidia, buturi et mellis pars altera **(**5, 18, 7[B] -ae t. liquidae [5, 19, 11[A]. 5, 28, 18[B]]. *et saepe.* SCRIB. LARG. 66, 2. 75, 1 -ae t. verae. 82, 1. *et saepe***)**. 5, 18, 2 -ae aridae … pondo (*ibid. iterum.* 5, 18, 24 -ae a. et ex lentisco liquidae. *al.*). 5, 18, 8 -ae liquidae (5, 18, 14. 6, 19, 3. *al.; addas e. g. l. 57. 63*). 5, 18, 14[B] -ae (*sine adi. ut*: 5, 18, 28 -ae tantundem. 5, 19, 3 picis et -ae. 5, 22, 2[C] chalcitis … cum -a et ruta mixta. *al.* SCRIB. LARG. 210. PLIN. nat. 28, 240 cum pari pondere -ae. *et saepe*). 5, 18, 18 -ae pineae liquidae **(**5, 18, 22 -ae aridae et liquidae p. 5, 19, 1[B] -ae p. aridae [5, 19, 20]. 6, 18, 6[B]. *al.; cf.* CASS. FEL. 76, 12 -ae pinalis, quam pituinam dicunt**)**. 5, 19, 11[B] -ae Colophoniacae (5, 19, 17 -ae c. aut pineae. *cf.* -a Colophonia: SCRIB. LARG. 206, 1. 212, 2 PLIN. nat. 26, 104 PELAGON. 391. *al.*). 5, 28, 16[C] -ae umidae. SCRIB. LARG. 201, 2 -ae pituinae, id est ex picea arbore (202, 1. *al.* PELAGON. 384. *al.*). 207, 1 -ae frictae (208, 2. *al.* PLIN. med. 2, 27, 9 PELAGON. 318. *al.*). PELAGON. 252 -ae eronalis (409 CHIRON 636 VEG. mulom. 2, 23, 1. *al.; v. André, Rev. Ét. Lat. 38, 1960, 165 sqq.*). 384 frixae (386, 1 CHIRON 858 VEG. mulom. 1, 13, 3. *al.*). CHIRON 907 -ae Italicae. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 117 *malagma* ex tribus -is, quod Graeci dia trion retinon vocant. *al.*

b *in praeparatione medicamenti*: CELS. 4, 8, 3 coquuntur mel, galbanum, -a terebinthina, et ubi coierunt *eqs.* **(**8, 9, 1[D] ceratum …, cui

[Bl.]

cocta … -a adiecta sit. SCRIB. LARG. 266, 2 -a, cera, pix adicitur et coquitur. PLIN. nat. 16, 55 -ae albae congium … coquunt. *cf.* incoquere *p. 1468, 56 et* CELS. 5, 24, 2 -ae terebinthinae ad nucis iuglandis magnitudinem … incocuntur. SCRIB. LARG. 201, 3 cera et utraque -a … liquescant et incoquantur; decoquere: PELAGON. 224 VEG. mulom. 2, 54, 2. 2, 67, 5**)**. 5, 26, 36[B] *haec* excipiuntur -a terebinthina, donec emplastri crassitudo … fiat (5, 28, 17[C] Sarapion … *nitrum et sulpur* excipiebat -a copiosa. 6, 9, 6 piscis … aculeus torretur, deinde conteritur -aque excipitur). 5, 28, 13[C] ut ⟨e⟩i *farinae* dimidium -ae terebinthinae misceatur **(**SER. med. 710 -am misces et saxis hordea fracta. PALLAD. vet. med. 45 sq. VEG. mulom. 2, 7, 2. THEOD. PRISC. eup. faen. 79 -am pituinam siccam. *al.; cf. aliquid* (cum) -ā miscere: SER. med. 739 simplice -ā miscebimus hordea tunsa. THEOD. PRISC. eup. faen. 26 sulphur … cum -a terebinthina miscebis**)**. 7, 19, 10 inponendum cataplasma ex … farina, cui -a pinea adiecta sit **(**8, 9, 1[D] *v. l. 1.* SCRIB. LARG. 157, 2. *al.* PLIN. nat. 29, 50 alii … ⌊-am⌋ adiciunt rubentem vinumque [⌊ ⌋ rei unam *al. codd.*]. *al.***)**. SCRIB. LARG. 66, 2 -am cum rosa … liquefacere oportet, deinde admiscere ei mel *eqs.* (203, 2 -ae frictae pondo duo … liquefacta … superfunduntur. 206, 2 galbano, -a, cera et oleo … liquefactis. *al.* MARCELL. med. 17, 52. *sim.* SCRIB. LARG. 238 -a … liquescit). 173, 1 galbanum et -a fictili patella super carbones inposita resolvuntur (PLIN. nat. 24, 34 *v. p. 1493, 35; cf.* solvere: THEOD. PRISC. eup. faen. 69 MARCELL. med. 36, 74). 255, 3 sucum habentia cum -a subinde admixta contunduntur (CAEL. AVR. chron. 3, 1, 9. 3, 2, 25. CASS. FEL. 46, 10 -a pinali et pice). PLIN. nat. 30, 40 addita -ae terebinthinae parte quarta (30, 56 addito -ae momento. PLIN. med. 2, 11, 8 addito pusillo -ae. *al.*). SER. med. 584 -as ex Oricia terebintho … parvos glomerabis in orbes, quos … hausisse medella est. ORIBAS. syn. 1, 17, 18 Aa p. 57, 16 (*sim.* La *ibid.*) cum -a terebentina facta catapotia. *al.*

c *in ipsa curatione*: **α** *-a imponitur, applicatur, inseritur* (*etiam una cum aliis rebus*): CELS. 3, 22, 5 prendere … cutem et adtrahere, ut relaxetur, aut inposita -a et abducta subinde idem facere (4, 13, 3. *al.* PLIN. med. 3, 5, 2. VEG. mulom. 1, 38, 9 -am calentem ungulis impones. *cf. e. g.* CELS. 5, 28, 8 vel -a vel fermentum, *sc. imponi debet.* PLIN. nat. 21, 120 *iuncus quidam* opisthotonicis cum -a arida inponitur). 3, 27, 1[D] -a cutem … diutius vellere (*cf.* 4, 2, 8 -a … tempora pervellere). 5, 26, 33[D] purgandum ulcus maxime melle et -a est. 6, 7, 9[A] specillum lana involutum in -a quam glutinosissima maximeque terebinthina demittendum *in aurem. al.* PLIN. nat. 21, 141 *iris rufa* coxendicibus cum -a inlinitur (*cf.* PS. APVL. herb. 109 l. 12 herbae titimalli flos cum -a decoctus inlinitur). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 40 rubor cutis faciendus *est* inter scapulas …, nunc ex ferventis -ae linimento, nunc ex picis *eqs. et saepius. curatur arbor aegra*: PALLAD. 3, 25, 23 -a locularis pici liquidae mixta trunco arboris adlini *debet.* **β** *-a ore sumitur* (*cf. e. g. p. 1468, 51*): CELS. 4, 27, 1[D] add. l. 92 ieiuno … paulum, quod devoret, -ae ter⟨e⟩bent⟨h⟩inae dandum est; id enim … calculos discutit. SCRIB. LARG. 187 (*in antidoto*) adiuvari … debent, quibus impacta est *salamandra,* melle … per se vel cum -a ex pinu. PLIN. nat. 27, 20 devorantur … pilulae *aloes* cum melle decocto aut -a terebinthina ad purganda interiora. *al.*

d *indicatur efficacitas, virtus*: **α** *ipsius -ae*: CELS. 5, 3 movent pus nardum …, pix, sulpur, -a *eqs.* 5, 4 (*inter ea, quae* aperiunt tamquam ora in corporibus) -a terebinthina et pinea. 5, 14 carnem alit et ulcus implet -a pinea. 5, 15 molliunt aes combustum …, -a *eqs.* PLIN. med. 1, 3, 5 *ad ulcera in capite* prodest … -ae pituinae libra … in oleo decocta. ORIBAS. eup. 2, 1 *P* 3 La *et* Aa p. 500 -ae omnes desiccant et calefaciunt et diaforetice sunt. *al.* **β** *variorum una cum -a* (*exempla paucissima*): PLIN. nat. 20, 4 *radix cucumeris* arida cum -a impetiginem … sanat. 23, 142 nuces pineae, quae -am habent, contusae … sanguinis excreationi medentur. 24, 27 *sphagnos* cum vino … et -a sicca potus urinam pellit. PLIN. med. 3, 4, 7 alium cum sulphure et -a fistularum vitia extrahit. *et saepe.*

3 *in sacris scripturis et locis inde pendentibus* (*agitur de morbis spiritalibus sim. curandis; cf.* -a spiritalis *p. 1471, 5. 10*): VVLG. Ier. 8, 22 (*verba dei*) numquid -a non est in Galaad aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiae populi mei? **(***huc spectant* HIER. in Ier. 2, 8, 22 -am … pro paenitentia poni atque medicamine. BACHIAR. repar. laps. 1 -a … quid est nisi continentiae virtus, quae dissoluta coniungit et scissa conglutinat? EPIST. pontif. 1056 Conc.[S] IV 2 p. 113, 20 quid … per -am … nisi caritas designatur?**)**. 46, 11 ascende in Galaad et tolle -am, virgo filia Aegypti; frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. 51, 8 tollite -am ad dolorem eius *Babylonis,* si forte sanetur (*huc spectat* HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 12 p. 300, 8 testimonii … -am ad emplastra facienda. p. 300, 10 ut *deus* nobis det -am rationalem. *al. ibid.*).

B *ad vinum condiendum*: CATO agr. 23, 3 -am si *in mustum* indes, in culleum musti p(ondo) III bene comminuito (23, 4). *ibid.* eam *fiscellam* quassato crebro uti -a condeliquescat. COLVM. 12, 20, 3 medicamina adicito, quae sunt aut liquida aut resinosa, id est picis liquidae … decem sextarios, item -ae terebinthinae sesquilibram. 12, 22, 2 addito picis Bruttiae … ⌊… X pondo et -ae durae quam purissimae⌋ quinque libras (⌊ ⌋ *om. codd. plerique per errorem*). PLIN. nat. 14, 120 -a condire musta. 14, 124 crudo flore -ae. 23, 46 *vina* -a condita. *al.* PALLAD. 11, 14, 3 quidam -ae (ras- *var. l.*) siccae tritae uncias tres dolio inmergunt … et vina diuretica sic fieri posse persuadent.

C *ad sarciendum, glutinandum* (*cf. p. 1469, 66. 1471, 10*): CATO agr. 39, 1 medicamentum in dolium, *sc. rimosum,* hoc modo facito: cerae p(ondo) I, -ae p(ondo) I *eqs.* PLIN. nat. 33, 94 glutinum est … alumen lamnis, -a plumbo et marmori.

D *ad corpus curandum*: **1** *vario modo*: BELL. Hisp. 33, 4 ipse … cenare, -am (*codd. rec.,* sitam *cett.*) et nardum identidem sibi infundit. SER. med. 51 (*in cap.* ad capillos tinguendos) niveum poterit depellere vultum -a ex facili cera viscoque coacta. **2** *depilando*: PLIN. nat. 14, 123 -a omnis dissolvitur oleo … pudetque confiteri … honorem eius esse in evellendis virorum corpori pilis. 29, 26 pilorum eviratio instituta -is eorum *medicorum.* MART. 3, 74, 4 (*ad effeminatum; cf. 1* psilothro faciem lēvas) non potes illos *ungues* -a Veneto nec resecare luto. 12, 32, 21 plena turpi matris olla -ā, Summemmianae qua pilantur uxores. TERT. pall. 4, 1 unde apud … hirsutos tam rapax a ⌊culo⌋ -a *eqs.*? (⌊ ⌋ *Salmasius,* talo *codd.*). PLIN. med. 3, 32, 2 ut … -a pili auferantur. HIST. AVG. Pert. 8, 5 vasa Samnitica calfactandae -ae ac pici devellendis hominibus ac leviginandis. SCHOL. Iuv. 8, 114 *v. p. 1471, 43.*

E *ad varios vel incertos usus*: VITR. 7, 10, 2 in fornace -a collocatur; hanc autem ignis potestas urendo cogit emittere … fuliginem (*fit atramentum ut*: PLIN. nat. 35, 41 -a vel pice exustis). PLIN. nat. 11, 14 *apes* fingunt … melliginem e lacrimis arborum, quae glutinum pariunt, salicis, ulmi, harundinis suco[s], cummi, -a. 12, 65 *tus* adulteratur … -ae candidae gemma perquam simili (*-a adhibetur adulterandi, vitiandi causa, ut* 12, 72. 121 sq. 125). 13, 7 -a aut cummis adiciuntur ad continendum odorem in corpore (*fiunt unguenta, ut* 13, 8 [*bis*]. 13). 14, 127 (*sim.* 16, 53) fit *pix Bruttia* e picea⟨e⟩ -a (*item ad picem sim. faciendam*: 16, 54 flos crudus -ae … conciditur. 23, 46 picem … non aliud esse quam conbustae -ae fluxum). 16, 56 ad omnia, quibus pices -aeque prosunt. *al.* ARNOB. nat. 7, 27 p. 376, 18 (*in cultu deorum; ironice*) quantus iste est honor …, qui ex ligni sudore conficitur et -ā ex arboris conparatur? (*cf. p. 376, 3 sq.* ut … thura iniciantur altaribus; *postea p. 1471, 70*). VEG. mil. 4, 18, 4 *falarica* sulphure -a bitumine stuppisque convolvitur infusa oleo *incendiario.* 4, 44, 7 unctas … cera et pice et -a tabulas *navium. loco dubio*: CHART. lat. ant. IV 242 (= PAP. mil. Fink 82), 12 (*saec. I ex./II in.*) -ae ⟨in⟩ ṗiteg(ium) una II (*aliter legit Fink*: -ae ⟨i⟩n i̯ṣteg vasa II; *nota ibid. 7. 9. 11* clavi, *8* cerae, *10* clavum).

II *de natura, origine, qualitate*: VITR. 2, 9, 13 quemadmodum ex cupressu et pinu -a, ex cedro oleum … nascitur (AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 25, 1 in hoc … monte *Galaad* n. thymiama, -a et ceteri odores, quos negotiatores … deferebant). 2, 9, 17 materies earum *arborum* … habet … -am liquidam mellis Attici colore, quae etiam medetur pthisicis. CELS. 5, 19, 2 his … emplastris color niger est, qui fere talis fit ex pice atque -a. PLIN. nat. 13, 53 ex hac *cedro* -a laudatissima. 14, 122 picem … -amque … ferunt *arbores quaedam* (16, 36. 38. 17, 219). *ibid.* Arabica -a alba est (*postea*: Iudaea, …, Syriaca *eqs.*). 16, 54 eadem -a *decocta* … rufo colore lentescit ac stillaticia vocatur. 16, 60 *picem* in montuosis … dulciorem fieri …, dum -a sit, decoctam autem minus picis reddere. *ibid.* expletur … plaga -ā, non cortice (*sec. Theophr. hist. plant. 9, 2, 6 ἡ δὲ ἀναπλήρωσις … τῆς πίττης ἐστίν*). 16, 73 cedrus, larix, taeda et ceterae, e quibus -a gignitur (17, 238 omnia, quae -am gignunt. 24, 32). 37, 42 ut … -a in pinis erumpit umoris abundantia. *al.* PS. APVL. herb. interpol. 80 l. 42 *roris marini* fructum sive semen … ⌊-am resapiens⌋ (*Diosc. gr. 3, 74, 1 ῥητινίζων, unde* DIOSC. 3, 80 p. 411, 1 -(a)e habens odorem. *cf. p. 1471, 18*). DIOSC. 1, 79 p. 43, 5 -a molle, id est pituina et ⌊peucidina⌋ (pesc- *trad., v. vol. X 1, 1991, 10 sqq.*) et Colofonia. p. 43, 8 omnes -e non uno colore sunt. GALEN. alfab. 228 (resina) -a est quasi lacrima arboris. *ibid.* omnis -a laudatur, si sit munda, perlucida *eqs.* ISID. orig. 17, 7, 45 *pōpulus* generat … -am circa Eridanum fluvium. 17, 7, 51 sq. huius *lentisci* fructus oleum desudat, cortex -am, quae mastix appellatur …; (52) terebintus arbor … generans -am omnium -arum praestantiorem. 17, 7, 71 prima est -a terebintina, omnium praestantior …, secunda est lentiscina …, tertia pinalis, quarum … alia liquida, alia arida, et adferuntur ex Tyrrhen⟨i⟩a, Colophonia; unde etiam nomen Colophonia -a sumpsit. *al. alia cum -a comparantur*: PLIN. nat. 12, 107 *hammoniacum* gignitur arbore *quadam* … -ae modo aut cummium (12, 126). 15, 32 *elaeomeli* manat ex arboribus pingue, crassius melle, -a tenuius. TAC. Germ. 45, 5 *sucinum accensum* ut in picem -amve lentiscit.

III *de acquisitione, commercio, vectura sim.* (*cf. l. 46 sq.*): PLIN.

nat. 24, 28 silvas …, quae picis -aeque gratia radantur, utilissimas esse pthisicis. CIL VIII 4508, 27 (*a. 202; lex portus*) -a(m) pice(m) alumin in p(ondo) c(entum). VET. LAT. gen. 37, 25 (cod. 100) camelli eorum *viatorum* pleni erant incensu et -a et gutta **(**VVLG. portare … -am. *huc spectant* AMBR. Ioseph 3, 17 est -a spiritalis, quae fracturam animae tuae solidet *eqs.; ibid.* non est sanata synagoga, quia -a ista migravit ad ecclesiam. HIER. epist. 79, 3, 3 RVFIN. Orig. in gen. 15, 1 p. 202, 6 H.**)**. 43, 11 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 61, 26) deferte viro munera, aliquid -ae et mellis *eqs.* **(**VVLG. modicum -ae. *huc spectat* AMBR. Ioseph 9, 46 Beniamin … portans secum -am, qua lapides marmorum conectuntur [*postea*: spiritali -a]**)**. Ezech. 27, 17 (cod. 175) ole⟨u⟩m et -am ⟨d⟩ederunt in ⟨c⟩ommixti-ci⟨u⟩m tuum (VVLG. -am proposuerunt). EDICT. imp. Diocl. 33, 9 sq. G. (*v. Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 179*) -ae terebinthinae p(ondo) I d(enarii) XL; -ae Colofoniae sive frixae p(ondo) I d(enarii) VI.

deriv.: resinaceus, resinalis, resinaria, resinaster, resinatus, resinosus, resinula. *cf.* 1. retina.

rēsīnāceus, -a, -um. *a* resina. *i. q. resinam continens*: PLIN. nat. 24, 99 alterum *genus roris marini,* cui et caulis et semen -um, quod cachrys vocatur (*cf. p. 1470, 59*).

rēsīnālis, -e. *a* resina. *i. q. resinae naturam exhibens* (*utroque loco neutr. pro subst. de tali parte alicuius rei*): CAEL. AVR. chron. 2, 13, 178 strobilus … cum suis fructibus, quod in semet habeat -e, ptisana decoctus. 2, 14, 207 viridem strobilum … fructuosum, qui in semet habeat quaedam -ia.

rēsīnāria, -ae *f.* *a* resina. *i. mulier, quae resinam vendit aliove modo tractat*: CIL VI 9855 (*saec. II*) Iuliae Agele -ae, quae vix(it) an(nos) LXXX.

rēsīnaster, (-stra), -strum. *a* resina. *i. q. resinae (aliquantum) similis* (*v. Everett, Galenos 4, 2010, 197*): GALEN. alfab. 202 (opobalsamum) o., quod vetustatem accipit, fit subrubeum (-brum *var. l.*) et -um et siccum (risinastro *cod. Palat.,* terrestre *ed. princ.*). 254 (styrax) optimum dicimus styracem, qui … multum -r permanet (-um *cod. Paris.,* ris- *Palat.* [*om.* multum], multum resinae specie *ed. princ.*).

rēsīnātus, -a, -um. *a* resina. **1** *i. q. resina tractatus*: **a** *de vino condīto* (*cf. p. 1469, 73 sqq.*): CELS. 2, 24, 3 vinum austerum …, item -um **(**2, 28, 2 v. austerum vel -um. 2, 30, 3 v. -um vel asperum [restin- *var. l.*]. 4, 26, 9. MART. 3, 77, 8 -a bibis v., Falerna fugis. DIOSC. 5, 56 p. 189, 19 de bino -o: v. -u(m) habundat in Galatia [*gr. 5, 34, 1 ὁ … ῥητινίτης*]**)**. PLIN. nat. 23, 46 novicium -um nulli conducit. DIOSC. 5, 57 p. 189, 31 *vinum strobilinum* simili virtute vel efficacia habet -o (*gr. 5, 35 ⟨τῷ⟩ ῥητινίτῃ*). **b** *de hominibus depilatis* (*cf. p. 1470, 15 sqq.*): IVV. 8, 114 quid -a iuventus cruraque totius facient tibi lēvia gentis? (SCHOL. quia de resina sibi pilos tollebant ut cin⟨a⟩edi).

2 *i. q. resinam continens*: PLIN. phys. Bamb. 58, 3 pineas -as confractas n(umero) III (*cf. l. 67. p. 1469, 57*).

rēsīnōsus, -a, -um. *a* resina. *compar. deest, superl. l. 52.*

1 *i. q. naturam resinae exhibens, resinae similis*: **a** *de sucis sim.*: COLVM. 12, 20, 3 *medicamina* aut liquida aut -a (*v. p. 1470, 1*). PLIN. nat. 12, 107 *genus hammoniaci* pingue et -um (*v. vol. X 1, 2062, 22*). 13, 54 folliculos *terebinthi* emittentes … lentorem … -um, qui et ex cortice erumpit (*sec. Theophr. hist. plant. 3, 15, 4 τι καὶ ῥητινῶδες … καὶ γλίσχρον*). 15, 31 *pix* ⟦pinguissima et -issima⟧ (= 24, 37). 26, 48 cum probetur maxime purum, odoratum, molle, viride, -um **(***ladanum ut*: GALEN. alfab. 156 [ladanum] subviride et pingue et -um [ris- *cod. Palat.*]. ORIBAS. syn. 2, 56, 19 La p. 122, 21 [*sim.* Aa p. 122, 20] utilis est, quod bene olet subviridis, bene mollis, pingues …, -us [*gr. ῥητινῶδες*]**)**. ORIBAS. syn. 2, 56, 21 Aa p. 122, 26 -a et pinguis (*agi vid. de cummi, cuius mentio excidit, v. app. crit.*; Li p. 122, 27 -a, La *ibid.* †resinus, *gr. ῥητινῶδες*). 2, 56, 55 Aa p. 127, 5 storax bona est flava et pinguis et -us ([La p. 127, 6 rubea et pinguis et -a, *gr. ῥητινώδης*]. ISID. orig. 17, 8, 5). **b** *de partibus herbarum vel arborum*: PLIN. nat. 13, 54 *fructus terebinthi* odore iucundus, tactu -us (*sec. Theophr. hist. plant. 3, 15, 3 ῥητινώδη*). 24, 101 *cachrys,* quae ex rore *marino* … nascitur, ⟨si⟩ fricetur, -a est. **c** *de odore*: PLIN. nat. 27, 26 (*describitur androsaemon*) odor est -us (odores tres in usus *codd.*).

2 *i. q. resinam continens*: PLIN. nat. 27, 37 (*describitur ascyroides*) semen in caliculis pusillum, nigrum, -um. MARCELL. med. 16, 103 (*in compositione*) nuces pineas -as V.

rēsīnula, -ae *f.* *a* resina *deminutive.* *i. q. frustum (parvum) resinae* (*forma demin. contemptum indicare vid.*): ARNOB. nat. 7, 27 p. 377, 3 (*antea p. 1470, 37*) si … numina … *non* indigne sustinent Panchaicas sibi ardere -as. *Bl.*

resipēsco *v.* resipisco.

resipio, -ere (-īre *v. p. 1472, 1 sqq.*). *a* re- *et* sapere (*cf.* CHAR. gramm. p. 307, 13). *scribitur* -sap- *in cod. vet.* Aa ORIBASII *p. 1472, 26, in recc. p. 1472, 25. 43.* NOT. Tir. 52, 51[a] -it. *formae stirpis praes. tertiae coniug.: inf.* -ere *l. 18 (cf. l. 48), ceterum l. 37; quartae coniug.* **(***cui verbum tribuit* CHAR. gramm. p. 307, 13 [*ex Palaem.; sim.* DIOM. gramm. I 378, 18]**)**: *inf.* -ire *l. 48. 53 (in var. l. falsa l. 37); arcuimus formas stirpis perf. sub voce* resipisco *allatas.* *de notione v. l. 43 sq. 46 sq. 67.* *legitur inde a* CIC. (*v. l. 30*), VARRONE, COLVM., *in versibus non nisi* IVVENC. *l. 48* (*sc. forma quartae coniug.*). **[***confunditur in codd. e. g. cum* resipiscere *l. 39. 64. al.* (*restit. l. 61; cf. l. 50*), respicere *l. 41. 60. al.* (*restit. l. 30; falso trad.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 377 p. 792, *v. Bulhart, Mnemosyne IV 6, 1953, 155*), respirare *l. 38. 49.***]**

i. q. (rursus) sapere (*praeverbium indicat aliquid sapore repraesentari sub IA, reversionem ad statum priorem sub IB et II*): **I** *c. respectu saporis, gustus* (*unde quid -at, indicat* sponte *l. 16,* per se *l. 23; ubi, praepos.* in *c. abl. l. 23, abl. respectus l. 24*): **A** *per obi. int. acc. indicatur sapor* (*subaudias neutr. acc. pro adv. l. 22*): **1** *proprie -unt, quae (qui) gustatu percipiuntur*: **a** *quaelibet exempla*: VARRO rust. 1, 54, 3 *mustum* servant, quod -it ferrum. PLIN. nat. 23, 47 quod *vinum* sponte naturae suae picem -it (*cf. l. 23*). 28, 134 *butyrum* virus -it (28, 264 hircorum carnes v. non -ere, si *eqs.* 32, 94 optimum *piscium ius* e … saxatilibus nec v. -entibus *eqs.* 32, 98 qui *mituli* salem v. que -unt). 31, 37 est … vitium *aquae* non fetidae modo, verum omnino quicquam -entis. SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 18 ('ne gallina malum responset dura palato') resistat aut -at. **b** *herbae sim.*: COLVM. 12, 48, 2 donec *taleolae* quam minimum amaritudinis -ant. PLIN. nat. 14, 18 inventa vitis per se in vino picem -ens (*cf. l. 17*). 19, 187 zmyrnium … murram … radice -it. PS. APVL. herb. interpol. 80 l. 42 *rosmarini semen* resinam -sapiens (*v. p. 1470, 59 sq.*). ORIBAS. syn. 2, 56, 17 Aa p. 122, 14 cassia eligitur … ⟦vinum -sap(i)ens⟧ (*gr. οἰνίζουσαν*).

2 *translate vel in imag. -unt, qui (quae) aliquid in memoriam revocant*: CIC. nat. deor. 2, 46 Epicurus …, homo non aptissimus ad iocandum minimeque -ens patriam (*cod. Vrsini et plerique edd.*; respic- *trad., quod retinet van den Bruwaene*). GELL. 3, 3, 13 dubium *non* est, quin istaec *comoediae* … ab eo *Plauto* … expolitae sint ac propterea -ant stilum Plautinum.

B *absolute -unt, quae rursus sapiunt (tantum in imag., sc. -unt scripta, dicta eorumve qualitates); pro subi. est:* *id, quod saporem mutat, ita ut rursus iucunde sapiat*: AVSON. 25, 4 (340A S.) l. 5 laboravi, ut … absurda concinerent, insulsa -erent (resipir- [*quod rhythmo commendatur*], respir- *var. ll.*). FVLG. Virg. cont. p. 99, 6 melle sapientiae scandali dulcoratus -et rancor (resipiscat *var. l.*). *ipse sapor, qui redit*: AVSON. 27, 12 (407 S.) l. 6 ubi … chartulam *tuam* pono et me ipsum interrogo, tum apsinthium meum -it (respicio *var. l.*).

II *c. respectu intellectus, mentis* (*cf.* ISID. orig. 10, 236 resipiscens, … quia -sapit, qui sapere desierat. GLOSS. -it: intellegit. iterum sapit. reconsiderat vel ad se redit. *sim. al.*): **A** *-unt, qui ad sanam mentem redeunt, sc. post furorem, errorem sim.* **(***accedit praepos.* ad *l. 56; cf.* GLOSS.[L] I Ansil. RE 1519 sqq. [cod. Paris.] -it: venit ad sanitatem. ad se revertitur. fit sui conscius**)**: **1** *quilibet*: IVVENC. 3, 181 (*respic. Matth. 15, 22 sqq.; antea p. 482, 24*) ut … miserae tandem -ire liceret (-ere, -isse, respirare *sim. al. var. ll.*). CLAVD. DON. Aen. 9, 735 p. 279, 8 -ens Pandarus vidit, quem ante nequiverat noscere (*'potest hoc pro* resipiscens *posuisse' Georgii, praeter necess.*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 175 flagellis aiunt coercendos *maniam patientes,* ut … -ant. COMMENT. Lucan. 6, 74 Orestes, cum fureret, responsum accepit, ⟨se⟩ -ire non posse, nisi *eqs.* **2** *haeretici, peccatores*: AVG. c. Petil. 2, 92, 205 p. 130, 29 sic desipiant omnes haeretici et -ant, ut non sint haeretici. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 197, 1 *Nestoriani* inspicientes … de cetero -entes ad veritatem eos, qui *eqs.* (*gr. I 1, 4 p. 23, 3 ἀνανήφοντας, Rustic.* vigilantes). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 68, 26 *haeretici* -entes et a praedicto errore correcti. CASSIOD. var. 2, 11, 2 *adultera quaedam* -ens deplorat ingestam sibimet … nuditatem (resipisc-, respici- *var. ll.*). compl. in I Petr. 3, 1 *viri* uxorum suarum potius conversatione -ant. hist. 7, 25, 8 tunc terrore permoti …, nunc -entes et anathematizantes eos, qui *eqs.* **(**respici-, resipisc- *trad.; restit. Hanslik coll. gr. Socrat. 4, 12, 32 ἀναφρονήσαντες et* 7, 25, 10 -entes orientales cum orthodoxis occidentalibus concordare [respici-, resipisc- *var. ll.; gr. ibid. 4, 12, 34 ἀναφρονήσαντας*]**)**.

B *-unt, quibus aliquid in memoriam redit* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. RE 1513 -it: recordatur): CAEL. AVR. acut. 3, 5, 55 illae *feminae* …, quae matrice fuerint praefocatae, -ant atque narrent, quemadmodum fuerint oppressae (*antea opp.* nesciant gesta). *Cioffi.*

resipīscentia, -ae *f.* *a* resipiscere.

i. q. actio statusve eius, qui resipiscit recognoscens: **1** *errorem suum eumque corrigere studens:* *explicatur notio*: LACT. inst. 6, 24, 6 quem … facti sui paenitet …, Graeci melius … *μετάνοιαν* dicunt, quam nos latine possumus -am dicere *eqs.* (*v. p. 1474, 38*). *illustratur usus*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 10, 3 *libertas, quae homini a deo*

[Bk.]

collata erat, a tyrannide criminis occupata despoliabatur (di- *codd.*) -ae facultate. LEO M. epist. 139 Conc.^{S} II 4 p. 92, 5 in tempore indulgentiae -am magis quam pertinaciam delegisti (*cf. versionem gr. II 1, 2 p. 64, 12 τὸ ἀνανῆψαι*). AVELL. 103, 18 *ut* spiritum -ae et efficientiam correctionis ... infundat *deus errantibus.* SACR. Leon. 77 et firmis perseverantiam et -am largiaris infirmis. **2** *condicionem suam generalem*: PS. HIER. epist. 6, 3 p. 79^{A} *sanae cogitationes sunt,* cum mens nostra sui recordatur auctoris, cum illum velut per quandam -am sui (suam *Migne 57, 936*^{C}) opificem suum veneratur. *Bk.*

resipīsco, -īvī *vel* -uī, -ere. *a* re- *et* sapere (*cf. l. 18*). *scribitur* -sepisc- SACR. Gelas. 1530 *et hic illic in codd. rec.,* -sipesc- *p. 1474, 29. 1475, 13. al.* NOT. Tir. 52, 51^{b} -it. *depon. inf.* -i *p. 1474, 28 et* PS. ORIG. in Iob 1, 75 l. 23. *formae stirpis perf. (v. quae p. 1472, 4 monuimus) contractae*: -īsti *l. 68,* -iit *l. 61. 75,* -ieri(n)t AMBR. Hel. 16, 60 *et in var. l.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 272, -īsse(t) *l. 34. 72. p. 1474, 12 et* IVVENC. 2, 72, *hic illic etiam in var. ll. de notione* (*addas p. 378, 35 sq. et l. 70 sq.*): ISID. orig. 10, 236 -ens, eo quod mentem quasi post insaniam recipit aut quia resapit, qui sapere desierat. GLOSS. -o: *ἀναζωπυρῶ, ἀνανήφω.* -it: ad intellectum redit. amissam recipit sapientiam. intellegit. -ant: resapiant. -ens (remin- *Goetz in indice dubitanter*): recolens. *sim. al. legitur inde a* PLAVTO, TER., AFRAN., CIC.; *vocem frequentant Christ.* [*confunditur in codd. maxime c.* respicere, *e. g. l. 33. 68. p. 1474, 31* (*in falsa var. l.* AVG. c. acad. 3, 19, 42 conf. 12, 28, 39), *formis* resipu- *c.* respuere *e. g.* EPIST. pontif. 321 Aug. epist. 181, 9.]

I *notione originaria, sc. intransitive, i. q. reverti in statum eius, qui sapit, ad se redire* (*aliter ac sub voce* resipio *desunt exempla gustum respicientia; gr. resp. e. g.* (*ἀνα*)*νήφειν p. 1474, 22. 34* [*cf. l. 19*]):
A *usu communi*: **1** *strictius -unt ii*: **a** *qui insanierunt, quodam affectu, statu, motu animi perturbati sunt, erraverunt*:
α *quilibet* (*indicatur, unde quis -at, per praepos.* ab *l. 51 sqq.,* ex *l. 46, quo, per praepos.* in *l. 55; iuxta ponitur* sanari *l. 44. 59* [*cf. l. 36. 38. p. 1474, 8*]): PLAVT. Mil. 404 quod vidisse credo, me id iam non vidisse arbitror. :: ne tu hercle sero ... -es (respicis, -tis *var. ll.*). TER. Haut. 844 te ... intellego -īsse. AFRAN. com. 16 nunc -vi, postquam pectus est laetitia onustum (-ui *var. l.*). CIC. Att. 4, 5, 1 vix aliquando te auctore -vi (-ui *var. l.*). PROP. 3, 24, 18 vasto fessi -imus aestu vulneraque ad sanum nunc coiere mea (*item -unt amantes*: PS. QVINT. decl. 15, 12 opus fuit ... viribus quantis adamasti, ut -res neque frequenter in media sanitate subsisteres. *al.*). LIV. 24, 45, 5 si quis -at et antiquam societatem ⌞respiciat⌟ (*cf.* TAC. hist. 4, 67, 2 -ere paulatim civitates ... et foedera respicere). 36, 22, 1 *ut Aetoli* -rent ... *et* cogitarent de petenda ab senatu seu furoris sui seu erroris venia. VAL. MAX. 6, 2 ext. 1 *mulier regem* ebrium -ere ... coegit (*item -unt ebrii*: 6, 9 ext. 1 cuius *philosophi* gravitate sermonis -ere coactus *luxuriosus* ... uniusque orationis ... medicina sanatus *eqs.* [*de eodem l. 51*]. AMBR. Hel. 16, 60). TAC. hist. 5, 25, 3 ventum ad extrema, ni -ere incipiant *Batavi.* FRONTO p. 3, 13 tabellarium retinui, quo, *i. ut eo,* ex gaudio -rem *et tibi rescribere possem.* APVL. met. 8, 31, 4 adeone ... praesenti malo perterritus mente excidisti tua ...? nam si quid in ultimo fortunae turbine -is *eqs.* TERT. apol. 4, 6 hominem aut errare potuisse in lege condenda aut -uisse in reprobanda (-īsse *var. l.*). AMBR. Hel. 12, 45 ille si -uit a vino *eqs.* ([-vit *cod. unus; de eodem l. 43*]. *item c. praepos.* ab: HEGES. 3, 22, 1 a commotionis et discordiae furore. VEN. FORT. vita Germ. 5 a duritia. *al.*). HEGES. 4, 11 p. 260, 7 (*loq. Vespasianus*) quid, quod si imminere coeperimus, fortasse inter se -ant atque in gratiam redeant *Iudaei*? OROS. comm. 1 demum in eum -vi intellectum, quod ad te *Augustinum* venire mandabar (-ui *var. l.*). *al.* **β** *morbo mentis laborantes*: PLIN. nat. 30, 84 lymphatos sanguinis talpae adspersu -ere. QVINT. decl. 290, 4 (*them.* abdicatus furere coepit) *pater* reduxit me non sentientem; ... sanatus sum; ... nunc expellor -ens. SVET. Aug. 48 *regibus sociis* rectorem ... solitus apponere ... mente lapsis, donec ... -rent. CALP. decl. 31 *quidam* furorem passus -iit (-uit *var. l.*). PAVL. dig. 28, 6, 43 pr. si *quis* furioso filio substituisset, diceremus desinere valere testamentum, cum -uisset (-īsset *cod. F*). *al. poetae sim.*: MART. CAP. 8, 809 (*ad Saturam poetriam factam; antea*: inter insana deridebas vatum tumores, ... cothurno inter lymphatica derelicto) versiculo -e ...: 'ride, si sapis, o puella, ride'.

b *qui defecerunt, animo relicti sunt*: PLAVT. Mil. 1334 (*1331 sq.* animo male factum est ... repente *mulieri*) ne interveneris, ... dum -it (respicit *var. l.*). 1345 (*adulescens mulieri*) iam -īsti? TER. Andr. 698 (*ancilla virginis post verba adulescentis*) numquam eam me deserturum ... :: -o (DON. *ad loc.* 1 spiritum revocat sensus. SCHOL. Ter. p. 89, 26 animum meum recipio. GLOSS.^{L} III Abol. RE 40 ad me redeo). CIC. Sest. 80 (*ironice*) *Sestius vulneratus,* cum esset ablatus primumque -īsset, non se referri iussit. SVET. Tib. 73 cum extractum sibi deficienti anulum mox -ens requisisset. Nero 42, 1 conlapsus animoque male facto diu ... prope intermortuus iacuit, utque -iit *eqs.* (-uit *var. l.*). *al.*

2 *laxius -unt ea, quae reviviscunt: corporea* (*v. etiam p. 1475, 13*): PETRON. 138, 7 forsitan rediret hoc corpus ad vires et -rent partes, *i. genitalia,* veneficio ... sopitae. *incorporea*: AMM. 31, 4, 6 -ant tandem memoriae veteres Medicas acies ductantes ad Graeciam.

B *usu christiano*: **1** *-it ipsa anima sim., sc. corpore eiusque malis gravata* (*aliter l. 52; indicatur unde l. 8. 13, quo l. 10*): TERT. apol. 17, 5 licet carcere corporis pressa, ... concupiscentiis evigorata, ... cum tamen -it, ut ex crapula, ... ut ex aliqua valetudine, et sanitatem suam patitur *eqs.* anim. 53, 6 de oppanso corporis *defuncti* erumpit ... ad ... lucem, ... semetipsam ... recognoscit et in divinitatem ... -it. IREN. 1, 30, 3 *gnosticorum quorundam virtutem* deligatam ... a corpore ... et valde gravatam -īsse aliquando (reps-, rep- *var. ll.*). AVG. gen. ad litt. 10, 14 p. 313, 9 cum ... paulatim ab huius oblivionis, *sc. se esse a deo datam,* torpore anima -ens possit converti ad deum suum.

2 *-unt animantes (eorum anima l. 52), sc. mali, peccatores, non (recte) credentes* (*part. praes. pro subst. l. 47. 61; accedit acc. neutr. pro adv. l. 59. 67 [cf. p. 1473, 48]; iuxta ponitur* paenitere *l. 29. 36. 70, opp.* desipere *l. 44. 70*): **a** *quilibet homines* (*disting. Christus l. 48*):
α *indicatur: unde quis -at, sc. fere per praepos.* ab (*adde l. 30*; de *l. 21; per abl. separ. l. 23, adv. l. 26*): VET. LAT. II Tim. 2, 26 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) *ut* -ant de diaboli laquaeis, a quo capti ten⟨en⟩tur (*gr. ἀνανήψωσιν. huc alludit* PASS. Stephan. 5. *cf. l. 64 et* SACR. Gelas. 1530 *ut pravi* conversi ... diabuli ... laqueis -ant). AMBR. apol. Dav. I 6, 29 (*respic. II reg. 15, 14*) ut vel sic impius a furore -ret *Absalom* (in Luc. 4, 65. *al.*). AMBROSIAST. in Gal. 5, 7 *eos* nequitia malorum hominum detentos *esse,* ne cursum suum ... consummarent; unde ut -ant *eqs.* PAVL. NOL. epist. 25^{a}, 4 -ere ab amore tenebrarum. CHROMAT. in Matth. 10, 2 a malis (VEREC. in cant. 4, 8). VEREC. in cant. 4, 29 *confusio* -i facit hominem ab impietatibus suis et paeniteri (-sipesc- *cod.*). *al. ad quid (faciendum) quis -at, sc. per praepos.* ad: CYPR. epist. 63, 11, 3 ut a sapore isto saeculari ad intellectum dei unusquisque -at (respic- *var. l.*). PALLAD. c. Ambr. fol. 337^{r}, 47 -e ad intellegentiam veritatis, a qua te ... inpia avocavit perfidia. VEREC. in cant. 9, 11 l. 45 ad paenitentiam. MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 3 p. 378$^{in.}$ si -amus ad videndum, quod fit (*gr. p. 159*$^{med.}$ *ἐὰν νήφωμεν*). GREG. M. moral. 3, 15 ad illa, quae perdidit *homo. cui quis -at, sc. per dat.*: PATRIC. epist. 21 ut quandoque deo -ant, ita ut ... paeniteant, quod tam impie gesserunt. **β** *cetera exempla*: LACT. inst. 6, 24, 6 (*antea p. 1472, 72*) -it ... ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque se ipsum dementiae (resipit *var. l.*). ira 21, 10 *deus* non ad praesens noxium quemque punit, ut habeat homo -endi et corrigendi sui facultatem. HIL. in psalm. 58, 12 ut ... paenitentiae quiete -ant (*sc. Iudaei ut*: ZENO 2, 21 [*respic. Is. 1, 3*]. *al.*). GAVDENT. serm. 1, 21 si *paenitentes* ingemescant ad dominum -entes. AMBR. apol. Dav. I 9, 47 ille, qui errorem suum non agnoscit, insanit furit desipit, qui autem agnoscit, utique -it. AMBROSIAST. in Gal. 4, 28 facti filii dei conversi sunt, ut essent filii carnis; si vero -unt, sunt filii dei (-ant, respiciant *var. ll.*). HIER. in Eph. 4, 17 -ere post errorem. PAVL. NOL. carm. 20, 214 ut *Christus* -enti medicus sit et ultor iniquo. AVG. trin. 4, 3, 6 *Christus non* fuit peccator aut impius, ut ei ... opus esset ... tamquam -endo ad vitam iustitiae revocari. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 9 contingit ... -ere peccatores (respic- *var. l.*). *al.*

b *haeretici, schismatici*: IREN. 3, 2, 3 non facile est ab errore apprehensam -ere animam (respirare *cod. unus; gr. μεταπεῖσαι ψυχήν*). CYPR. epist. 68, 2, 1 -ere et ad sanae mentis consilium redire (respic- *var. l.*). HIL. c. Const. 2 indulta ... -endi facultate. ZENO 2, 18, 2 *ut,* qui blasphemare nituntur, ... -ant. HIER. in Matth. 13, 29 ut ille, qui hodie noxio depravatus est dogmate, cras -at. AVG. c. Faust. 24, 2 sic delirent Manichaei; et -ant et non sint Manichaei. EPIST. pontif. 303 Migne 20, 533^{B} si quis ... ad haeresim transiens ... -ens redire voluerit. 322 Aug. epist. 182, 7 si unquam sanum deposito pravi dogmatis errore -uerint *Pelagius et Caelestius* (sap- *cod. unus*). LEO M. epist. 32 Conc.^{S} II 4 p. 12, 12 cum ... -ens possit recipi *in ecclesiam.* ATHAN. epist. ad Adel. 8 l. 182 -ant et ipsi *Arriomanitae* (*gr. μεταγινωσκέτωσαν*). *al. indicatur, unde quis -at, sc. per praepos.* ab: PS. HIER. epist. Rev. Bénéd. 35, 1923, 124 l. 26 a diaboli laqueo. LEO M. epist. 164 Conc.^{S} II 4 p. 112, 9 ab errore. GREG. M. epist. 13, 34 l. 9 ab scismate. *al.*

c *daemones, diabolus*: HIER. c. Ioh. 16 ipsos ... daemones ..., si paululum -ere coeperint, humana carne vestiri. 19. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 12 p. 15, 9 licet quidam eorum *angelorum* pravi sint facti, attamen detenti supplicio -entes *eqs.* VEN. FORT. Mart. 2, 195 perfide desipiens ..., si nunc paeniteas, si nunc -ere velles *eqs.*

II *notione aucta*: **A** *accedunt struct. verbales, ut sit i. q. errore relicto*: **1** *censere, statuere sim., sc. cum inf.*: TERT. pudic. 9, 9 (*respic. Luc. 15, 11 sqq.*) si *Christianus* exutus bonis mentis ... *diabolo* servitium suum tradidit et ab eo porcis alendis ... praepositus -uit ad patrem reverti (ISID. sent. 2, 41, 6 r. ad deum). VEREC. in cant. 7, 1 *Manasse*

[Kuper]

facinoris numerosi agere … paenitentiam -vit. ISID. sent. 3, 59, 4 ad deum amorem retorquere mentis. **2** *recognoscere, intellegere sim.: cum acc. c. inf.*: AVG. anim. 3, 15, 23 si coram deo … veraciter te dixisse -is '…' (respicis *var. l.*). FVLG. RVSP. fid. 43, 86 ut *mali* … iudicandos se a deo pro suis malis operibus -ant (respic- *cod. unus*). ad Tras. 2, 1, 3. *cum enunt. interrog.*: SIDON. epist. 6, 1, 5 ut quandoque -am, quantum meas deprimat oneris impositi massa cervices. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 19, 4 -ant, in quod blasphemiae barathrum devolvuntur, qui *eqs.*

B *accedit obi. acc.: erroris relicti, ut sit fere i. q. sanitate mentis recuperata deponere*: EPIST. pontif. 223 Hil. coll. antiar. p. 157, 10 si quis ignorationis captum -ens *eqs.* *sanitatis recuperatae, ut sit fere i. q. convalescendo recipere*: VEN. FORT. vita Germ. 16 *manus contractae* stupentes digiti vigorem pristinum -unt (-sipesc-, -sepesc-, recipiunt *var. ll.; cf. p. 1474, 2*).

deriv.: resipiscentia. *Kuper.*

reses non **resis** *scribendum docet* PROB. *p. 1446, 24.*

o … desertores fidei, veritati **resistātōrēs,** alienatores disciplinae dei PS. TIT. epist. l. 625. *significari vid. is, qui resistit, formatione quidem barbara* (resistitores *coni. Bulhart, Rev. Bénéd. 62, 1952, 299, sed exspectes* restito- *coll.* destitor, institor).

resistentia, -ae *f.* *a* resistere. *i. q. actio resistendi: incorporaliter* (*sc. contra voluntatem, errorem*): AVG. pecc. mer. 2, 22, 36 p. 107, 23 *ut ante peccatum protoplastorum* illi *animae* corpus eius oboediret atque exhiberet … sine ulla -a famulatum. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 112, 4 orthodoxorum litterae ostendentium dignum zelum de contradictione et -a pro pietate. *corporaliter* (*in describendo pulsu*): AGNELL. in Galen. puls. 28, 17 propter ⌊organi⌋ -am (⌊ ⌋ *i. arteriae ut*: 31, 4. 53, 15).

?**resistito,** -āre *verbum iterativum a stirpe praes.* resistere *formatum v. p. 1577, 39.*

?**resistitōrēs** *v. l. 19.* *Bk.*

※**resisto,** -stitī, -ere. *a* re- *et* sistere. *scribitur* -seist- CE 117 (*saec. I a. Chr.*). NOT. Tir. 24, 58 -itit. 47, 1 -it. *fort. depon.* IORD. Rom. 377, *v. vol. X 2, 1084, 9.* *de formis: in stirpe praes. depravatur imperat. p. 1476, 66 sqq.* *formae perf. communes sunt c. verbo q. e.* resto (*cf.* PRISC. gramm. II 537, 17 -o vel resto, -stiti); *de ratione distinguendi v. p. 1478, 24. 1597, 16 sq. et Langen, Beitr. zur Kritik … des Plaut., 1880, 301 sqq.* *confunduntur stirpes in var. ll., ita ut scribatur praes.* -stit- TER. Phorm. 850 (restitis *cod. A*), *perf.* -sist- *e. g.* TAC. hist. 2, 23, 3 (*cod. M, ut* 3, 29, 2). VET. LAT. I Macc. 14, 29 (rec. L). II Tim. 3, 8 (cod. 75. *al.*); *cf. glossas l. 46. 49.* *de notione* (*pleraque spectant ad notionem infra sub III illustratam; v. etiam p. 1484, 73. 1597, 20. 23. 1598, 67. 1599, 19*): SYNON. Cic. p. 413, 9 adversatur. repugnat. … reluctatur. -it. renititur *eqs.* 422, 15 durum. rigidum. -ens. renitens. repugnans. 430, 21 infitiatur. abnuit. negat. renuit. -it. contradicit. 437, 20 oppositum. … inpediens. -ens *eqs.* 441, 29 repugnat. reclamat. -it *eqs.* GLOSS. -o: *ἐναντιοῦμαι. ἀφίσταμαι. ἀνθίσταμαι.* -ere: maledicere. -itit: stetit. -it. GLOSS.^{L} II Abav. MA 31 maledicere: obtrectare vel -ere. I Ansil. RE 1525 -ite: contradicite. 1526 sqq. (cod. Paris.) -ite: abnegate. revincite. inpugnate. 1652 restit[u]it: contradixit. 1656 -itit (-it *intellegit ed.*): rec[a]usat. 1657 -itit: ren[n]uit. *al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., LVCIL., *in prosa orat. inde a* SISENNA, RHET. Her., CIC. **[***confunditur in codd. c.* restare *p. 1480, 50. 1597, 74,* residere *e. g. p. 1477, 28. 41,* respicere *p. 1477, 59* (*restit. p. 1484, 9*), restituere *e. g. p. 1482, 62 et* CIC. Cluent. 153 LIV. 30, 10, 3 (*restit. l. 48. p. 1477, 4. 1482, 63*), sistere *p. 1476, 18 et* FLOR. epit. 1, 7, 8 (res stitere *cod. B*). DAMIG. lapid. 5, 5 **(***e coni. incerta* TAC. hist. 1, 35, 1 ⟨re⟩sistens; *falso trad.* PLAVT. Poen. 876 [*legitur* re⟨s⟩ sistens]. SOL. 24, 6 *v. vol. VII 1, 1579, 7*) *et compositis eius, e. g.* con- CIC. Att. 2, 24, 2 (-isse *codd. plerique*), de- *p. 1476, 24. 1478, 19* (*restit. p. 1478, 14. 1480, 13*), ob- *p. 1481, 41. 1484, 36; in var. l. falsa pro* restitare *e. g.* LIV. 10, 19, 5 (*falso trad. p. 1577, 31; v. etiam p. 1476, 32*).**]**

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *fere i. q. retro sistere; -unt, qui* (*quae*): **A** *consistunt, non pergunt: p. 1476, 5* (*strictius respic. cessatio motus localis p. 1476, 8, laxius respic. quaelibet intermissio, cessatio p. 1477, 63*). **B** *loco manent: p. 1478, 22.*

II *i. q. resurgere: p. 1478, 60.*

III *i. q. obsistere, non cedere*:

A *potius sustinendo*: **1** *firmitate incorporali: p. 1478, 75.* **2** *corporaliter: p. 1479, 34.*

B *potius repugnando, adversando*: **1** *corporaliter: p. 1480, 1* (*vim vel violentiam exercendo p. 1480, 2, laborando p. 1481, 52, obstando p. 1481, 62, morbos sim. sanando, arcendo p. 1482, 5*). **2** *incorporaliter: p. 1482, 36* (*varie agendo p. 1482, 36, impediendo sim. p. 1484, 12, obloquendo sim. p. 1484, 71, recusando p. 1485, 47*).

C *appendix syntactica et stilistica ad III: p. 1486, 5.*

I *fere i. q. retro sistere (vi praeverbii locali); -unt, qui* (*quae*):
A *consistunt, non pergunt sim.* **(***cf.* resto *p. 1604, 36 sqq.; indicatur, quamdiu aliquis -at, e. g. l. 35. 41. 44. 52. p. 1477, 15. 27; per praepos.* ab *indicatur, unde distetur p. 1477, 51, unde cessetur p. 1477, 54. 1478, 18* [*cf.* ex *p. 1477, 58, abl. nudum l. 40. p. 1477, 49*]**)**: **1** *strictius respic. cessatio motus localis* (*in imag. e. g. l. 22. p. 1477, 21*): **a** *-unt homines (eorum* vita *l. 22) vel dei*: **α** *vario modo* (*exempla selecta post* CELS.): PLAVT. Cas. 730 (*727* mane vero) dabo tibi *μέγα κακόν* …, nisi -is. Poen. 468 ubinam illic -itit miles …? sed eccum incedit. Pseud. 912 te … circumspectabam; nimis metuebam, male ne abiisses; … ubi -eras? Truc. 715 (*ancilla alloq. dominam*) ego hic interim (i. hic *trad.*) ⌊-iti, tricis⌋ praesidebo, *quibus amatorem expilemus* (⌊ ⌋ *ita Beikircher in schedis nostris sec. cod. B, ut systema bacchiacum e trim. catal. et dim. acatal. constet*; restitricis *codd. ceteri,* restititrix *coni. Turnebus,* restitans *Bücheler*). 751 bene ⌊vale. :: -e⌋ (valere siste *codd.*).:: omitte *me.* TER. Andr. 344 Dave, ades, -e. Eun. 303 ut illum di … senium perdant, qui me hodie remoratus est, meque adeo, qui -erim (ei -erim, *sc. cum dat. commodi, cod. A ante corr. et pars edd.*). 337 Phorm. 850. CIC. Tusc. 5, 80 (*in imag.*) dabit … se in tormenta vita beata nec … virtutibus … ad cruciatum profectis -et extra fores … limenque carceris. CAES. Gall. 5, 11, 1 Caesar legiones equitatumque revocari atque ⌊in itinere -ere⌋ iubet (⌊ ⌋ itinere de- *rec. β*). civ. 2, 39, 6 *equites* subsequi non poterant atque alii alio loco -bant. 3, 38, 3. BELL. Afr. 70, 5 modo procedendo, modo -endo tardius itinere confecto. Alex. 45, 1 (*antea*: Octavius … substitit ad insulam Tauridem) Octavium ibi -isse. VERG. georg. 4, 490 *Orpheus* -itit Eurydicenque … respexit. OV. am. 1, 12, 4 modo cum discedere vellet, ad limen digitos -itit icta Nape. ars 2, 704 ad thalami clausas, Musa, -e fores. fast. 5, 234 *Iuno* -itit ad nostras … fores. *al.* LIV. 6, 7, 2 *milites* cunctabundos … et ⌊-entes⌋ egressos castris esse (⌊ ⌋ res(s)entes, ser-, trem- *var. ll.*; restitantes *coni. Gronovius, quod probat Oakley, comm. 1997, ad l.; sunt qui locum ad p. 1483, 58 sqq. trahant*). 42, 25, 12. SEN. suas. 1, 2 (*ad Alexandrum, ne Oceanum naviget*) -e, orbis te tuus revocat. CELS. 2, 17, 6 *homo imbecillus,* ubi in balneum venit, paulisper -ere *debet.* SEN. Med. 381 celerem quo rapis tectis pedem? -e … ac retine impetum. dial. 3, 7, 4 ut in praeceps datis *hominum* corporibus nullum sui arbitrium est nec -ere morarive deiecta potuerunt. epist. 110, 7 (*in imag.*) tota vita incursitamus nec ob hoc -imus aut circumspectius pedem ponimus. VAL. FL. 3, 100 -itit ille gradu. 6, 755 ut fera Nyctelii paulum per sacra -unt … Thyiades (*postea p. 1024, 6; sunt qui locum ad p. 1483, 58 sqq. trahant*). TAC. hist. 2, 87, 1 Vitellius … ad omnes municipiorum … amoenitates -ens. SVET. Otho 6, 3 laxato calceo -itit. PANEG. 12, 7, 8 tu dies aliquot Mediolani -ens. LACT. ira 4, 13 (*in imag.*) cum *Epicurus in disputatione* gradatim descendisset, in extremo gradu -itit, quia iam praecipitium videbat. opif. 7, 1 aut excurrere aut -ere. AMBR. Abr. 1, 6, 55 (*respic. gen. 19, 17*) ne *Loth* respiceret retro nec -ret. PHYSIOGN. 75 si … interdum -at, circumspiciat …, superbiae dabit signum (*cf. gr. I 399, 10 ἐφιστάμενος*). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 4 *ischiadici* -unt repente. COD. Theod. 8, 5, 24 tamdiu -ere ac residere …, quamdiu *eqs.* (*v. p. 1450, 58*). PASS. Petr. 9 p. 32, 2 *plebs apostolum liberare studuit*; tunc Petrus -itit modicum et ascendens editiorem locum … ait *eqs.* *al.*

β *ad sepulchrum subsistendo, sc. fere in inscr.* (*maxime imperat. sing. in initio carminis; cf.* resta *p. 1604, 44 sqq. et e. g. CE 434* siste. *980* consiste): Ⓘ *varia exempla*: CE 11 (*saec. II^{2}/I^{1} a. Chr.*) hospes, gratum est, quom apud meas -tistei seedes. 53 (*saec. I a. Chr.*) rogat, ut -as, hospes, te hic tacitus lapis. 74 (*saec. I a. Chr.*) hospes, -e et hoc ad grumum ad laevam aspice (63. 117). CIL I^{2} 3146 (*saec. I a. Chr.*) hospes, r⟨esi⟩ste, … perspice monumentum. CE 82 (*saec. I^{1}*) hospes, -e et tumulum contempla meum, mora⟨re gressu⟩m *eqs.* (83. 1876). Ⓘ -e et lege *sim.*: CE 54 (*aet. fere Sullana*) hospes, -e et pa⟨rite⟩r scriptum perlig⟨e⟩ (61 [*saec. I^{2} a. Chr.*] re⟨s⟩iste et perlege. *al.*). 73 hospes, -e et, quae sum in monumento, lege **(**INSCR. Année Épigr. 1992 n. 560 [*saec. I a. Chr. ex./I in.*] viator, -e et rogo te et l. ATELL. inc. 2 hospes, -e et sophian Dossenni l. [*locum affert* Sen. epist. 89, 7 inscriptus Dossenni monumento titulus]. *et saepius***)**. *al., e. g. p. 894, 36.* *formae ortae e confusione cum* -as *vel* resta: CE 1902 (*saec. II*) ressita, viator, et lege *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1977 n. 806, 8 (*a. 356*) resista et relege *eqs.* (*cf. imperat. 10* vivate).

γ *a fuga desistendo* (*cf. e. g. p. 1477, 24. 26. 1480, 58 sqq. 69. 1481, 13*): CAES. Gall. 5, 51, 5 Caesar … hostes in fugam dat, sic uti omnino pugnandi causa -ret nemo (LIV. 37, 21, 3). civ. 2, 35, 2 ille saepius appellatus aspexit ac -itit. HIRT. Gall. 8, 48, 6 -ere et conversis equis hostem pellere. BELL. Alex. 20, 6. OV. am. 3, 6, 69 *Ilia* ter molita fugam ter ad altas -itit undas. met. 1, 503 *Daphne* fugit … neque ad … revocantis

[Spoth]

verba -it. Liv. 1, 12, 7 (*6* [*Romulus Iovi*] fugam *Romanorum* … siste) 'hinc', inquit, 'Romani, Iuppiter … -ere atque iterare pugnam iubet'; -itere Romani *eqs.* 2, 59, 2 *exercitus* turpi fuga petit castra nec ante -itit, quam *eqs.* 33, 7, 12 depulsi … Romani non ante restit[u]erunt, quam *eqs*. Sen. Herc. O. 823 (*ad refugientes, ut vid.*) *Hercules* '-ite!' inquit, 'non furor *mihi* mentem abstulit'. *al., e. g.* Rvfin. hist. 3, 23, 18 (*gr.* ἔστη).

δ *persona vel re aliqua visa gradum sistendo* (*cf. l. 22; aliter p. 1478, 3*): Ov. epist. 20, 206 ut te conspecta subito … -erim. met. 6, 327 ecce … ara vetus stabat …; -itit et pavido 'faveas mihi' murmure dixit dux meus. fast. 6, 606 corpus ut aspexit, … auriga … -itit (*sc. viso cadavere Servi Tulli ut*: Liv. 1, 48, 6 -itit pavidus atque inhibuit frenos). *al.* Phaedr. 3, 14, 2 puerorum in turba quidam ludentem … Aesopum nucibus cum vidisset, -itit et quasi delirum risit. Sen. epist. 115, 4 si quis viderit … faciem *hominis boni* …, nonne velut numinis occursu obstupefactus -at *eqs.*? Svet. Galba 19, 2 equites … viso procul eo *Galba* parumper -erunt; dein rursum incitati … contrucidarunt. Apvl. met. 11, 13, 1 *viso asino* sacerdos … confestim -itit et … coronam exhibuit. *al.*

b *-unt animalia*: Dirae 93 descendite monte capellae … tuque -e, *gregis* pater (caper *coni. Heinsius*). Prop. 3, 4, 14 ad vulgi plausus saepe -ere equos **(**[*in triumpho ut*: Ov. trist. 4, 2, 54]. Ov. rem. 82 [*in imag.*] opprime … semina morbi [*i. amoris*] et tuus incipiens ire -at e.**)**. Ov. met. 2, 500 *Callisto ursa facta* -itit Arcade *filio* viso et cognoscenti similis fuit. 15, 691 *serpens* -itit hic (respicit *var. l.*). fast. 2, 86 saepe sequens agnam lupus est a voce *Arionis* retentus, saepe avidum fugiens -itit agna lupum. Phaedr. 3, 7, 3 salutati invicem ut -erunt *canis et lupus.* Val. Fl. 3, 547 *cervus* tardus … fugae longumque -ens. Apvl. met. 7, 19, 1 (*loq. asinus*) si dolori parcens paululum -issem, plagis compellebar ad cursum. Sol. 10, 19 *hirundines* cibos non sumunt -entes (resid- *var. l.*), sed in aere capiunt escas.

c *-unt res* (*-it motus, sc. in imag., l. 39*): **α** *variae*: Aetna 305 tuta dum sede -ant *corpora* (*i. res corporeae*). Vitr. 5, 10, 2 ut … *caldariorum* solum … inclinatum sternatur …, uti pila, cum mittatur, non possit intro -ere, sed rursus redeat. Sen. Med. 744 rota -at membra torquens, tangat Ixion humum (*in eadem re*: Phaedr. 1237 nusquam -ens orbe revoluto r.). nat. 1, 3, 7 infirma vis oculorum non potest perrumpere … aera, sed -it (*antea p. 1230, 41 et 513, 45, postea p. 1156, 11*). 7, 20, 1 *ignes fulminum* ne -unt quidem, sed expressi fluunt et protinus pereunt (*sunt qui locum ad p. 1479, 55 sqq. trahant*). Qvint. inst. 10, 7, 14 (*in imag.*) cum … cursus *orationis* ad singula vestigia -itit. Tac. ann. 13, 57, 3 (*de incendio*) agrestes … eminus saxa iacere, dein ⌞-entibus⌟ flammis propius suggressi ictu fustium *eqs.* (⌞ ⌟ resid- *codd. rec. et pars edd., fort. recte*). Paneg. 9, 15, 2 *saxa Amphionem secuta* ad intervalla carminum -entia. Lact. opif. 11, 17 *ne cibi in intestino* forte obhaereant ac -ant. **β** *aqua fluens*: Ov. Pont. 4, 2, 18 ut … subpresso fonte -it aqua, … sic … *meum* carmen vena pauperiore fluit. Sen. Med. 627 *Orphei* ad chordas … -itit torrens, siluere venti. nat. 3, 26, 2 si crebrioribus ventis ostium caeditur …, amnis -it (-itit *var. l.*), qui crescere videtur, quia non effunditur **(***de Nilo ut*: 4, 2, 22 exitu prohibitus -it. Lvcan. 10, 245 quod *zephyri* aquas … Nili adsiduo feriunt coguntque -ere fluctu [fluctus *var. l.*]**)**. Paneg. 6, 11, 1 quamlibet ille *Rhenus* … -at gelu. Pavl. Nol. carm. 27, 520 (*respic. Ios. 3, 16*) Iordanis … fixis fluctibus a facie divinae -itit arcae. *al.* **γ** *sidera sim.* (motus *eorum l. 56; cf. p. 1478, 55*): Sen. benef. 6, 22, 1 si possunt, -ant **(**[*sc. sol et luna; sim. 6, 21, 1* consistant]. *cf.* dial. 12, 6, 7 ⟨sol⟩ … per omnis signorum partes discurrit, numquam -it. Lact. epit. 66, 8 ut sol -at a cursu suo [*inst. 7, 17, 5* stare]**)**. nat. 1 praef. 13 sideri … numquam -enti. 7, 10, 2 *siderum* motus irrevocabilis est nec haesitat usquam nec -it. Ivvenc. 1, 245 (*respic. Matth. 2, 9*) quae *stella* culmine summo -itit. Hil. in psalm. 51, 19 l. 22 (*respic. Ios. 10, 13*) cum … divinae legis ordo ex … elementorum indefesso … motu ad belli moram -itit (respexit *var. l.*). **δ** *regio, sc. describitur situs per imaginem motus cessantis* (*cf. p. 1482, 1*): Mela 3, 6 Lusitania … primum ingenti impetu in altum abit, dein -it ac se magis etiam quam Baetica abducit.

2 *laxius respic. quaelibet intermissio vel cessatio*: **a** *in ratiocinando, argumentando* (*cf. imag. p. 1476, 45*): Cic. fin. 4, 50 iam ille sorites ⟨est⟩ …: quod bonum sit, id esse optabile, quod optabile, id expetendum, … dein reliqui gradus; sed ego in hoc -o *eqs.* Sen. epist. 32, 5 ut … agitata mens tandem -at et certa sit. 74, 11 non pervenimus ad illud bonum … insuperabile, ubi necesse est -at voluntas nostra, quia ultra summum non est locus. **b** *in dicendo, scribendo (canendo p. 1478, 3):* *-unt animantes*: Verg. Aen. 4, 76 *Dido* incipit effari mediaque in voce -it **(**[*huc spectare vid.* Gloss.^{L} I Ansil. re 1523 -it: nunc tacet]. Drac. Romul. 2, 115 *nymphae* incipiunt fari m. que in v. -unt**)**. Sen. dial. 5, 8, 8 quotiens disputatio … pugnacior erit, in prima -amus, antequam robur accipiat. Qvint. inst. 10, 3, 10 tum maxime, cum facultas illa *scribendi* contigerit, -amus, ut provideamus et ferentes equos … coerceamus. 10, 3, 19 *in dictando* pudet … dubitare aut -ere aut mutare. 11, 3, 121 (*inter vitia orationis*) -ere subito et laudem silentio poscere. Clavd. carm. min. 25, 39 (*36 sq. Hymenaeus* pastoralia labris murmura temptabat) -itit, ut vidit Venerem … *et* ad terram … defluxit fistula. *-it res dicta, rhythmus* (*cf. imag. p. 1477, 39*): Ov. epist. 13, 121 semper in his *osculis* apte narrantia verba -unt. Qvint. inst. 9, 3, 55 *gradatio* repetit …, quae dicta sunt, et priusquam ad aliud descendat, in prioribus -it. 11, 2, 46 interruptus actionis impetus et -ens ac salebrosa oratio. Ter. Mavr. 924 versus *prosae orationis* ut quadre -at nec propaget terminum (quadrae *Lachmann, sed v. Beck, 1993, 399 ad l.*). 1034 vocalis verbi pariter cum fine -ens (*cf.* 1108 dactylus … vocalem quando supremam servabit verbique simul cum fine -et). **c** *cetera exempla*: Sen. dial. 3, 17, 7 *ira* modo ultra quam oportet excurrit, modo citerius debito -it **(***item -unt affectus*: 7, 13, 4 quae *voluptates* … intra naturale desiderium -ant [de- *trad.*], quae praeceps ferantur *eqs.***)**. epist. 65, 21 hoc *corpus meum* … oppono fortunae, in quo -at, nec per illud ad me ullum transire vulnus sino. 83, 17 *sapiens* citra ebrietatem -it. Lact. opif. 19, 4 citra hoc opus *gignendi* homo -it. Dict. 6, 4 *Menelaus* multitudine popularium cohibitus ab eo, quod coeperat, negotio ⌞-itit⌟ (*def. Löfstedt, Eranos 7, 1907, 71,* de- *var. l.*). Evagr. Gall. alterc. p. 21, 16 adveniente Christo ⌞-itit circumcisio puerorum⌟ (*variant codd., v. app. crit.*).

B *loco manent, non abeunt, non discedunt* (*in imag. e. g. l. 39. 47; accedit praedic.* defixus *l. 37; hunc sensum multo frequentius exhibet verbum q. e.* resto, *quo formas stirpis perf. traximus, v. p. 1597, 53 sqq.*): **1** *-unt animantes vel partes corporis eorum: dubie trad.*: Pompon. Atell. 158 iamne abierunt? … nunqui hic -it, qui *eqs.*? (-itit *Lindsay, ut locum ad* resto *trahas* [*v. l. 24*], restitat *Ribbeck,* restat *Bothe*). Ivvenc. 2, 805 (*respic. Matth. 13, 28*) messem purgabimus omnem triticeusque nitor selecta sorde -et (*codd. duo,* nitescet *vel* nitebit *rell.*). *cetera exempla*: Hirt. Gall. 8, 35, 2 Drappes castris praesidio cum parte copiarum -it, Lucterius agmen iumentorum ad oppidum ducit (-itit *codd. praeter unum*). Verg. georg. 4, 424 hic iuvenem in latebris … nympha conlocat, ipsa procul nebulis obscura -it. Sen. Herc. f. 637 (*loq. Hercules*) Theseu, -e, ne qua vis subita ingruat; me bella poscunt. dial. 6, 17, 5 aut naviga *Syracusas* aut -e. Stat. Theb. 11, 260 (*socii ad Eteoclen*) -e hic fretus solio, nos propulsabimus hostem. Tac. ann. 13, 16, 3 (*Britannico venenato*) diffugiunt imprudentes; at quibus altior intellectus, -unt defixi et Neronem intuentes. Plin. paneg. 10, 4 (*in imag.*) iam te providentia deorum primum in locum provexerat; tu, *Traiane,* adhuc in secundo -ere … optabas (*sc. Nerva adhuc vivente*). 48, 3 *v. p. 1059, 52.* Apvl. met. 2, 4, 5 (*in statua canum*) pedes imi -unt, currunt priores. 4, 18, 7 me solum -entem …, dum redirent *latrones.* Ps. Apvl. Ascl. 10 ut *homo* … parte, qua … divinus est, … inscendere posse videatur in caelum, parte vero mundana … mortalis -at in terra. Vet. Lat. Os. 13, 13 (Lact. inst. 4, 19, 9) hic filius meus sapiens, propter quod non -et in contribulatione filiorum suorum (*gr. ὑποστῇ* [*vertit Hier. in Os.* sustinebit], *cod. 175. al.* restabit, *Vulg.* stabit). Pavl. Nol. carm. 17, 6 (*in imag.*) iamne discedis …? sed et hic -is …, quoniam et profectum corde tenemus (*cf. 9* remane … vadens). Oribas. syn. 9, 31, 3 La p. 335 ⌞-unt⌟ vissicae et intestina relaxant (⌞ ⌟ *sc. distando, non coeundo; gr. ἀφίστανται αἱ κύστεις*).

2 *-unt res*: **a** *in imagine* (*respic. metrum, rhythmus*): Ter. Mavr. 1466 (*de versu antea citato*) tetrametrus erit; tribrachys in fine -et (*sc. post tres pedes proceleusmaticos*). Fortvn. rhet. 3, 10 (*cf. vol. X 2, 1590, 16*) *structura* gravis, id est stabilis ac -ens. *ibid.* -enti *opponitur* aspera et confragosa *eqs.* **b** *proprie*: Ps. Cens. frg. 3, 3 Saturni stella … tricenis mensibus singulis signis -it (*i. intra hoc spatium temporis ab uno quoque signo non discedit*). Cod. Theod. 7, 4, 28, 1 (*in cap.* de erogatione militaris annonae; *sim.* Iust. 12, 37, 12 [*a. 406*]) -entes … species (*i. remanentes, reliquas*).

II *i. q. resurgere* (*praeverbium indicat reversionem ad statum priorem; in imag.*): Enn. ann. 46 (*in somnio Iliae*) compellare pater me voce videtur his verbis: 'o gnata, tibi sunt ante ferendae aerumnae, post ex fluvio fortuna -et'. Cic. Mur. 84 in discrimen extremum venimus; nihil est iam, unde nos reficiamus aut ubi lapsi -amus.

III *i. q. obsistere, non cedere* (*vi praeverbii adversativa; cf.* resto *p. 1604, 58 sqq. et definitiones p. 1475, 40 sqq.; pass. impers. saepe inde a* Cic.; *in iuncturis* (non) posse, (ne)quire *sim. p. 1479, 15. 1480, 38. 45. 1481, 15. 1484, 17. al.*). *saepissime indicatur, cui (rei) -atur, sc. maxime per dat. vel praepos., raro per obi. acc. (v. C1). syn. e. g.* repugnare *p. 1482, 41. 47. 1485, 1. 61. al.,* obsistere *p. 1480, 10. 1483, 5. 16 et* Cic. Verr. II 5, 127. *al.; opp.* cedere *p. 1479, 29. 1480, 61. 1482, 2. 45. 52. 1483, 28. al. gr. resp. ἀνθίστασθαι, nisi aliud indicavimus.*

A *potius sustinendo, ferendo sine motu damnisve* (*accedit praedic. p. 1479, 59; exempla probabiliora, cetera sub B*): **1** *firmitate quadam incorporali*: **a** *-unt res*: Lvcil. 237 id solum adversae fortunae

[Spoth]

⌊re⌋que -it (⌊ ⌋ *dat., v. p. 1359, 32 sq.; incertum est, quid sit, de quo agatur; de studiis cogitat Marx, de vera virtute Terzaghi, Lucilio, 1934, 341 sqq. coll. Hor. p. 1556, 61*). CIC. leg. agr. 1, 21 qui ager ipse *Campanus* per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni -isset.

b *-unt homines eorumve mentes sim.*: **α** *quaelibet exempla*: CIC. Catil. 3, 25 tantum civium superfuturum *esse* …, quantum infinitae caedi -isset. fam. 5, 17, 3 ut … casum … sapienter ferres et dolori fortiter ac fortunae -res (LAVD. Turiae II 59 doctus actis tuis [*i. uxoris mortuae*] -am fo⟨rt⟩unae, quae mihi non omnia erip⟨uit⟩. *cf. p. 1478, 75. 1483, 51 sqq.*). ad Q. fr. 1, 1, 4 ne … te obrui tamquam fluctu sic magnitudine negoti sinas contraque erigas ac -as sive etiam ultro occurras negotiis. CAES. Gall. 3, 19, 6 ut ad bella suscipienda Gallorum alacer … est animus, sic mollis ac minime -ens ad calamitates perferendas mens eorum est. VAL. MAX. 8, 1 damn. 1 *L. Scipio* invidiae, quae tunc in … fratrum … cognominibus habitabat, -ere non potuit. SEN. dial. 4, 21, 7 alia *verba adsentatorum,* quibus vix … bene fundatae mentes -erunt. 7, 11, 1 quomodo -et labori et periculo, egestati et tot … minis? epist. 14, 6 plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit: specie enim vincuntur, qui patientiae (-tia *var. l.*) -issent. *al., e. g.* VET. LAT. Sirach 22, 22 sicut pali … contra faciem venti non permanebunt, sic et cor timidum … contra impetum timoris non -et (*gr. 22, 18 ὑπομείνῃ*). Mal. 3, 2 (Aug. civ. 18, 35; *antea*: sustinebit) quis -et in aspectu eius *dei*? (*gr. ὑποστήσεται ἐν, Aug. civ. 20, 25* ferre poterit, *Vulg.* stabit ad. *sim.* VVLG. Nah. 1, 6 quis -et in ira furoris eius?). **β** *-itur dolori, morbo*: CIC. Tusc. 2, 33 pungit dolor; vel fodiat sane: si nudus es, da iugulum; sin tectus … fortitudine, -e. 2, 54 qui doloris speciem ferre non possunt, … exanimati iacent, qui autem -erunt, discedunt … superiores. 2, 58 omnibus … rebus, non solum dolori, simili contentione animi -endum est (3, 71 cui *d.* … Crantor … cedendum putat; premit enim atque instat, nec -i potest. Att. 11, 15, 2 fam. 4, 6, 1. 5, 17, 3 *v. l. 7.* SEN. epist. 98, 18. PLIN. epist. 1, 22, 7 qua patientia … valetudinem toleret, ut d. -at *eqs.* FRONTO p. 235, 20. *cf. p. 1482, 21*). PLIN. epist. 1, 22, 8 ut *ille,* si *valetudo* esset insuperabilis, sponte exiret e vita, si tantum difficilis et longa, -ret maneretque. *al.*

2 *corporaliter* (*part. praes. ponitur pro adi. l. 48 sqq. 68. 74*): **a** *-it res*: **α** *contra actionem, instrumentum, pondus sim. animantis*: Ⓘ *quaelibet exempla*: CIC. Mil. 91 cuius *Clodii* non -erit cadaveri curia (*sc. quo minus aedificium incenderetur*). VERG. georg. 3, 502 (*de peste pecudum*) aret pellis ⌊et ad tactum tractanti dura -it⌋ (SERV. rigida est nec cohaeret digitis. *addit* auct. figuratum est '-it hanc rem' pro 'huic rei' ['adtactum tractantis' *legisse interpretem suspic. Thilo*]. ⌊ ⌋ *repetit* VEG. mulom. 1, 6, 1). MANIL. 1, 541 (*in imag.*) cui *rationi* nulla -unt claustra nec immensae moles ⌊caecive⌋ recessus; omnia succumbunt *eqs.* (⌊ ⌋ *coni. Bentley,* c(a)eduntque *codd.*). CELS. 8, 4, 2 quo mitior ictus fuit, eo facilius os ei -isse credibile est. SEN. epist. 108, 23 laudare solebat Attalus culcitam, quae -ret corpori. PLIN. nat. 16, 227 (*de lignis*) arida … latius … cedunt, viridia … pertinacius -unt serrarumque dentes replent (*pendet e Theophr. hist. plant. 5, 6, 3 τὰ … χλωρὰ λίαν συμμύει*). 37, 104 haec genera *lapidum* contumaciter scalpturae -unt. *al.* Ⓘⓘ *part. praes. fere pro adi.; respicitur: status immobilis*: PLIN. nat. 2, 211 cautes … horrenda, uno digito mobilis, eadem, si toto corpore inpellatur, -ens. *duritia*: CAEL. AVR. chron. 4, 5, 81 ventris exstantia … -ens atque dolorosa (4, 5, 82 e. plurimum -ens). GALEN. sect. 3, 4 si quedam est pars corporis dolens eaque -ens et duricia et tumore maxime (*gr. ἀντίτυπον*). 9, 15 inflatio … dolorem faciens et tactui -ens (*gr. ἀντίτυπος*).

β *contra vim naturalem, elementa sim.* (*cf. p. 1477, 37*): VARRO rust. 1, 13, 2 *instrumenta,* si *sunt* … sub dio …, adversus tempestatem nocentem non -unt. OV. epist. 5, 62 aequoreis illa *moles* -it aquis (*item -itur fluctui*: met. 1, 288 siqua domus mansit potuitque -ere tanto indeiecta malo, *sc. diluvio.* SEN. Phaedr. 581 ut dura cautes … -it undis …, sic *eqs.* PLIN. nat. 5, 84 occurrit ei *Euphrati* Taurus mons nec -it, *sed perrumpitur. al.; cf.* VERG. *p. 1485, 66*). ars 2, 651 ventis … durata -et … arbor (met. 15, 339 *Symplegades* immotae perstant v. que -unt. SEN. Ag. 488 vento -it aestus. *al.*). VITR. 6, 8, 4 extremae pilae in his *aedificiis* latiores spatio sunt faciundae, uti vires eae habentes -ere possint, cum cunei … ad centrum se prementes *eqs.* (*item -unt partes aedificiorum*: COLVM. 1, 5, 9 [*antea*: sustinebunt] ab imo praestructa valenter -ent contra ea, quae … superposita incumbant). PLIN. nat. 8, 192 lanae *tales* … etiam ferro -unt, immo vero etiam ignibus (36, 169 lapis vehementer igni -ens). 19, 68 -ere frigori radices. 33, 159 marmor … -it amaritudini calcis (-itit *var. l.*). *al.*

b *-it animans eiusve natura*: OV. epist. 11, 43 nimium vivax admotis -itit infans artibus (*sc. ne abortu periret*). BOETH. cons. 4, 2, 25 *Philosophia* 'recte' inquit 'praecurris idque, uti medici sperare solent, indicium est erectae iam -entisque naturae'. AGNELL. in Galen. puls. 18, 18 si … quidam sint bonae carnes (*i.* -nis) ad -endum ad omnem frigdorem.

B *potius repugnando, adversando sim.*: **1** *corporaliter*: **a** *vim vel violentiam adhibendo*: **α** *in pugna militari*: Ⓘ *indicatur, cui (rei) -atur*: Ⓐ *per dat.* (*exempla selecta inde a* CAES.): SISENNA hist. 31 cum densiores manipulatim -ere hostibus instituissent (CIC. leg. agr. 2, 85 *p. 1484, 42.* CAES. Gall. 2, 22, 1 LIV. 8, 25, 8. *al.; cf. in imag.* AVG. c. Iulian. 5, 16, 61 ut *animus* fines non transgrediatur, improbo hosti -itur, *sc. libidini*). CIC. Flacc. frg. Cus. 16 ⌊-ite … eorum peruriis iniuriisque⌋ (*ad p. 1483, 14 sqq.*), quorum saepenumero telis -istis (*cf. dat.* ferro VITR. 6, 1, 4 [*bis*]). Phil. 4, 9 laudatur provincia Gallia …, quod -at Antonio (*cf. 8* exercitu obsistit). POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1 (*L. Domitio procos.*) te ei *Caesari,* si propius accessisset, -ere velle. CAES. Gall. 7, 24, 5 factum est, ut alii eruptionibus -rent, alii *eqs.* civ. 1, 82, 5 constituerat signa inferentibus -ere (*ed. princ.,* de- *codd.*), prior proelio non lacessere. NEP. Hann. 5, 4 quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie -itit. LIV. 5, 44, 5 ex arce Capitolioque iis *Gallis* exigua -itur manu. 21, 55, 6 cum vix iam per se -rent decem milibus equitum quattuor milia *eqs.* 38, 1, 10 oppidum … paucos dies obsidentibus -itit (*item -it locus pro incolis positus*: AMM. 25, 8, 14 ⌊ni illi⌋ [*Clark,* nihil *cod. V*] haec civitas habili situ et moenium magnitudine -isset. CLAVD. 26, 187 quae durius olim -erant Medis, primo conamine ruptae Thermopylae. *al.; cf. l. 51 sqq.*). *et saepe.* Ⓑ *per praepos.*: contra: VET. LAT. Ios. 7, 12 (cod. 100. *al.*) -ere c. faciem inimicorum (*gr. ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν, Vulg.* stare ante hostes). VVLG. Ios. 8, 20 cum hii, qui simulaverant fugam …, c. persequentes fortissime -issent. CLAVD. 8, 57 *barbaris irruentibus* unus tot funera c. -itit. adversus (-sum): VET. LAT. II par. 13, 7^{c} (cod. 109) non -itit a. faciem eius (*gr. οὐκ ἀντέστη κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ,* VVLG. *non* potuit -ere eis). VET. LAT. II Macc. 3, 5 (rec. M) -ere a. Oniam principem (*gr. νικῆσαι τὸν Ὀνίαν, recc. cet.* vincere Oniam). Eph. 6, 11 (Rufin. Orig. princ. 3, 2, 1; *in imag.*) -ere adversum astutias diaboli (*gr. στῆναι πρὸς κτλ.,* Ps. Aug. spec. 105 -ere a. insidias, *Vulg.* stare a. insidias). VEG. mil. 3, 19, 4 a. cuneum hostium certis -itur modis. 3, 24, 6 a. quos *elephantos.* HEGES. 4, 15, 2 p. 263, 4. ante: VVLG. IV reg. 18, 24 quomodo potestis -ere a. unum satrapam *eqs.*?

Ⓘⓘ *sine tali indicatione*: Ⓐ *varia exempla* (*selecta*): CIC. Verr. II 5, 89 aliqua … ad -endum ratio, *sc. piratis.* prov. 33 numquam est antea cum omnibus *Gallis* dimicatum; -itimus semper lacessiti. CAEL. Cic. fam. 8, 16, 2 te … ad eos, *sc. Pompeianos,* fugatos accedere, quos -entis sequi nolueris. CAES. Gall. 1, 37, 4 ne … minus facile -i posset. 3, 21, 2 quibus fortiter -entibus vineas turresque egit. civ. 3, 63, 7 cum omnibus rebus nostri premerentur atque aegre -rent. HIRT. Gall. 8, 13, 2 paucis … ⌊-entibus⌋ interfectis (⌊ ⌋ in -endo *var. l.; part. praes. pro subst. ut*: 8, 14, 3. 8, 29, 3 *nostri* cum -entibus fortissime conflixerant. LIV. 9, 14, 11 caedunt pariter -entes fusosque. *al.* CVRT. 4, 15, 31 Alexander … -entium adversa ora fodiebat, fugientium terga. *al.*). SALL. Iug. 59, 3 neque diutius Numidae -ere quivissent, ni *eqs.* epist. Mithr. 16 considera nobis oppressis utrum firmiorem te ad -undum an finem belli futurum putes. NEP. Pel. 1, 3 *Thebanos* esse solos, qui adversus -ere auderent. Hann. 5, 1 nullo -ente (LIV. 22, 47, 6. *al.*). VERG. Aen. 2, 335 portarum vigiles … caeco Marte -unt. LIV. 21, 57, 3 spe … -endi (*sim.* 34, 11, 2. *al.*). 34, 15, 6 ut qua minima vi -atur, ea parte inrumpat *consul* (-itur, restatur *var. ll.*). 42, 63, 3 *obsessi* animis magis quam viribus -bant. SEN. Ag. 623 -itit annis Troia bis quinis unius noctis peritura furto ([*aliter cod. E, v. Tarrant, 1976, 376*]. *item -it locus pro incolis positus*: FLOR. epit. 2, 6, 33 nec diu *Sicilia* -itit; tota enim insula in una urbe superata est: … Syracusae … aliquando cesserunt. AMM. 25, 9, 8 quae *urbs* …, ne oriens a Persis occuparetur, viribus -itit maximis. *cf. l. 17 sqq.*). Med. 525 quis -et, gemina si bella ingruant? TAC. hist. 4, 66, 1 quominus *Civilis* ultra pergeret, *praefectus alae Batavorum* … tumultuaria manu -itit fretus loco. *et saepe.* Ⓑ *e fuga vel recessu* (*ut simul cogites de vi consistendi; cf. p. 1476, 70. 1481, 13*): LIV. 2, 50, 10 duxit via in editum … collem; inde primo -ere; mox … pepulere etiam subeuntes. 10, 33, 4 cedunt primo …; inde … conixi primo -unt, deinde *eqs. al.* FRONTIN. strat. 2, 6, 10 non esse pertinaciter instandum hosti fugienti, ne … fortius ex necessitate -ret. TAC. hist. 3, 17, 1 (*antea: dux* retinere cedentes) haud plures quam centum equites -itere (*codd. rec.,* -ere *M*). *al.*

β *in variis condicionibus*: Ⓘ *-unt homines* (*exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): CIC. inv. 2, 59 cuidam equiti Romano quidam … -enti gladio manum praecidit. har. resp. 7 si *Clodius* … in me impetum … facere conabitur, -am et … eius conatum refutabo (*in imag. ut*: or. frg. A XII 1 insequar fugientem, quoniam congredi non licet cum -ente). ad Q. fr. 1, 2, 16 *si Clodius* vi agere conabitur, spero fore …, ut vi -amus. CAES. Gall. 5, 7, 8 *Caesar Dumnorigem* retrahi … imperat …; ille autem revocatus -ere ac se manu defendere … coepit. BELL. Afr. 82, 4 cum centuriones pectore adverso -rent vique continerent milites, ne iniussu imperatoris concurrerent (*sim. conatur aliquis milites suos inhibere*: LIV. 37, 32, 12 *milites* ad diripiendam urbem … discurrunt; Aemilius primo -ere et revocare *eqs.*

[Spoth]

Rvt. Lvp. 1, 7 ego armamentario patefacto -iti atque efferri arma prohibui**)**. Ov. met. 9, 200 nova pestis adest (*i. virus in veste, quam induit Hercules*), cui nec virtute -i nec telis armisque potest. Liv. 3, 13, 4 patricii vi contra vim -unt. Rvt. Lvp. 2, 12 cum … adversarius armatus praesto est, -endum est huic non verbis (*cf. p. 1484, 71 sqq.*), sed armis. Sen. contr. 9 praef. 4 athletae binos simul … fatigant, ut facilius singulis -ant. Phaedr. 5, 2, 2 (*nisi ad p. 1597, 55 sqq.*) unus *miles* profugit, alter autem -itit, *sc. latroni,* et vindicavit sese. Sen. Tro. 671 (*loq. Andromacha*) -am; inermes offeram armatis manus (*cf.* Homer. 1060 turba rapit *Andromachen a rogo*; contra tamen omnibus usque -it). Octavia 847 temere. Plin. nat. 7, 26 fama est … *Pygmaeos* ova pullosque *gruum* … consumere …; aliter futuris gregibus non -i **(***item -itur animalibus*: Apvl. met. 4, 20, 3 [*1 latronem pelle ursi indutum* canibus repugnantem] nunc fugiens, nunc -ens. Epist. Alex. p. 198, 17 incursantibus leonibus ursisque**)**. 8, 142 canes … proeliati contra -entes. Apvl. met. 1, 14, 4 si -ere vir tantus mulieri nequibas. 3, 5, 8 audaciter. 4, 26, 8 nullo *familiari* … repugnante ac ne tantillum quidem -ente. Macer dig. 49, 16, 13, 4 qui centurioni castigare se volenti -erit. Cypr. patient. 10 (*iuxta* reluctatur, *v. p. 995, 57*). Firm. math. 6, 31, 6 pecorum abactores … insequentibus hominibus … gladio -entes. Amm. 31, 2, 9 laqueatis -entium membris. Prvd. perist. 10, 69 *martyr* it non -ens seque vinciri petit. Cod. Theod. 7, 18, 11 pr. *si desertores* inventi -endum atque armis obtinendum putaverint, … opprimantur. *al.* Ⅱ *-unt animalia* (Centauri *l. 25; cf. l. 13*): Varro rust. 3, 16, 7 *apis non est* ignava, ut non, qui *opus* eius conetur disturbare, -at. Ov. met. 9, 191 (*loq. Hercules*) nec mihi Centauri potuere -ere nec mi Arcadiae vastator aper. Liv. 37, 39, 13 ne pari quidem numero Indicis Africi *elephanti* -unt. Colvm. 8, 2, 11 *gallinacei mares* interdum -ere debent et protegere coniugalem gregem. Plin. nat. 28, 93 *hyaena* pantheris terrori esse traditur, ut ne conentur quidem -ere. *al.* Ⅲ *-unt res naturales* (*cf. p. 1479, 35 sqq.*): Vitr. 2, 9, 8 *quercus* (*i. lignum*) non potest in corpus recipere liquorem, sed fugiens ab umore -it et torquetur. Sen. Thy. 439 ratem aestus -ens remigi et velo refert. nat. 1, 2, 6 is *aer* …, qui fluit, ne feritur quidem lumine; non enim -it (Amm. 19, 4, 6 crassatum aera emittendis corporis spiraminibus -entem). 2, 9, 3 navigia sarcina depressa parum ostendunt non aquam sibi -ere, quo minus mergantur, sed spiritum? **(**2, 26, 3 exigua *a. in nube* … non -et nec vim ignis impediet. 6, 23, 4 [*de causis terrae motuum*] spiritus intrat terram …; cum … reditum … illi a tergo -ens a. *maris* abstulit *eqs.***)**. 2, 52, 1 *fulmen* valentiora, quia -unt, vehementius dissipat, cedentia nonnumquam sine iniuria transit. 4, 2, 22 etesiae descendenti Nilo -unt (*de eadem re*: Isid. nat. 43, 2 harum … flatu -ente undis). Sol. 38, 10 nisi *Taurus mons* profundis *maris* -entibus (ob- *var. l.*) extendere radices suas vetaretur (*e Plin. nat. 5, 97* nisi … occurrerent maria, *ut*: Mart. Cap. 6, 683 nisi maria -issent). Avg. vera relig. 202 si -entia pariunt dolorem, convenientia pariunt voluptatem. Ps. Prosp. carm. de prov. 127 (*122* aliis alia obsistunt) mollia sic duris, sic raris densa -unt. Boeth. cons. 3, 11, 28 quae dura sunt, ut lapides …, ne facile dissolvantur, -unt (*opp. 29 liquentia* dividentibus cedunt). Oribas. syn. 5, 49, 6 La p. 86 corpus humidus est, preter nisi epar contra -at (*gr. ἀντιπράττοι, Ab* contra agit. *item respic. partes corporis voluntati non subiectae*: Agnell. in Galen. puls. 42, 11 eo quod *ventositas* … inflammatione violenter extendat arteries et -entia). *al.*

b *laborando, contendendo*: Lvcr. 5, 207 id *arvum* natura suā vi sentibus obducat, ni vis humana -at (*sim.* Plin. nat. 17, 96 rubi … nascuntur ex sese repleturi omnia, ni -at cultura). Sen. dial. 4, 10, 8 *magister navigii foraminibus* ex occulto sentinam ducentibus labore continuo -it. epist. 95, 7 (*docetur gubernator*) sic secundo vento utere, sic adverso -e (*item -itur ventis*: Val. Fl. 2, 53 quantis … austris -itimus!). Plin. nat. 29, 72 nisi incendiis semina *anguium* exurerentur, non esset fecunditati eorum -ere. Cael. Avr. chron. 4, 3, 27 si fuerit aeger in ventris officium provocatus …, erit hortandus paulisper -ere (*de eadem re*: 4, 3, 49 -endo differant motu⟨m⟩ *alvi*).

c *obstando* (*accedit dat. l. 67 sq. 71*): **α** *-unt animantes*: Ⓘ *qui se ad pugnam, litem offerunt*: Verg. Aen. 11, 710 *Camilla* tradit equum comiti paribusque -it in armis (*i. in pugna pedestri*). Stat. Theb. 6, 749 (*740* prosilit Alcidamas *ad pugillandum*) illum … Capaneus ridet … poscitque alium; tandemque coactus -itit. Vet. Lat. Is. 50, 8 (Barnab. 6, 1, *sim. al.*) quis est, qui contradicit? -at mihi (*Vulg.* stemus simul). Gal. 2, 11 (*v. p. 1276, 10; huc spectat* Tert. adv. Marc. 5, 3, 7). Ⅱ *qui progredienti obsistunt*: Qvint. inst. 8 prooem. 18 (*in imag.; nisi ad p. 1485, 23 sqq.*) occurram … necesse est et velut in vestibulo protinus adprehensuris hanc confessionem meam -am iis, qui *eqs.* Vet. Lat. num. 22, 23 (cod. 100, *sim.* Aug. quaest. hept. 4, 50) ut vidit asina *Balaam* angelum dei -entem in via **(**[*Vulg.* stantem]. *in eadem re*: Vvlg. num. 22, 33 asina … dans locum -enti [*cf. e. g. 22, 26* obvius stetit, *quo spectat* Cypr. Gall. num. 610 *angelus* diversa in parte -it calle perangusto]**)**.

β *-unt loca, sc. quasi procurrentia* (*cf. p. 1477, 59*): Tac. ann. 2, 16, 1 is *campus* medius inter Visurgim et colles, ut ripae fluminis cedunt aut prominentia montium -unt, inaequaliter sinuatur (*locum alii aliter explicant, v. e. g. Goodyear, comm. 1981, ad l.*).

d *effectu medico vel magico sanando vel arcendo* (*sc. -itur morbis, variis infestis, noxiis*): **α** *-unt animantes*: Plin. nat. 8, 101 cervus herba cinare venenatis pabulis -it **(***item -it animal*: 22, 79 fama est hoc pabulo cervos -ere serpentibus. Sol. 17, 10 pantherae adversus hoc virus *aconiti* excrementa humana devorant et suopte ingenio pesti -unt [*e Plin. nat. 8, 100* sibi medetur]**)**. 21, 138 qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati -ent. 26, 138 pthiriasi … -itur uvae taminiae suco. Sol. 2, 29 Angitiam *deam* … salubri scientia adversus morbos -entem. Damig. lapid. 22, 5 qui habet … hunc lapidem, armatus est adversus omnem fraudem et ⌊omnibus maleficiis et ad⌋ insidias aliorum lapidum -it (⌊⌋ *var. ll.* o. m. et apud *et* omnia maleficia et adversus). **β** *-it remedium, amuletum sim.* (*cf.* adversari *vol. I 850, 10 sqq.*): Plin. nat. 20, 63 *lactucae folia* venenis -unt **(**22, 64. *al.* Sol. 52, 53 [*e Plin. nat. 37, 61* venena … inrita facit]. Oribas. eup. 3, 63, 4 La p. 522 [*gr. ἀντιβαίνειν*]. *cf.* Plac. med. 3, 20 rec. *β* adversus venena**)**. 20, 129 *nasturcium* ustum serpentes fugare, scorpionibus -ere (22, 59. 23, 155). 20, 147 eadem vi *menta* -ere … generationi creditur. 20, 210 *peplis* -it … capitis dolori ulceribusque (28, 101 fascinationibus -ere, … lumborum doloribus). 21, 170 torminibus et araneorum morsibus (22, 132). 28, 225 membrana partus earum *asinarum* … accedente morbo comitialium -it **(***cf.* 30, 93 morbo regio -unt sordes aurium. Veg. mulom. 1, 20, 3 [*1* ad … morbos … prohibendos] haec … succensa odore suo morbis … -unt. *al.***)**. *al.* Sol. 33, 20 molochitem … contra infantum pericula ingenita vi -entem. Firm. err. 20, 5 cui … -itit vel cui profuit lapis *idolatrorum*? Damig. lapid. 14, 10 -it *lapis saphirus* … ad omnem invidiam vehementer (34, 21 adversus i. et fascinum). 34, 29 *galactites lapis* oblivionem praebet omnium dolorum, ita -it. Oribas. eup. 2, 1 *I* 9 Aa p. 481 *isatis* ad omnes malitiosa bulnera miraviliter -it et sanat (*gr. πρὸς ἅπαντα τὰ … ἕλκη … ἀνθίσταται*). *al.* *cum obi. acc.*: Diosc. 3, 166 p. 444, 29 *androsaemon* sanguinem vulneri profluentem -it (*gr. 3, 156, 2 αἷμα ἐπέχει*). Plin. phys. Bamb. 81, 1 hoc … vomitum -it.

2 *incorporaliter vel modo minus definito; -itur*: **a** *varie agendo*: **α** *-unt homines eorumve animi, virtutes sim.*: Ⓘ *generaliter*: Ⓐ *non indicatur, cui (rei) -atur*: Rhet. Her. 2, 5, 8 si reus horum nihil fecerit (*sc. quae signa conscientiae sunt*), accusator dicet eum usque adeo praemeditatum fuisse …, ut confidentissime -ret ⌊et respondere⌋ (*v. app. crit.*). Cic. leg. agr. 3, 15 -am atque repugnabo (*v. p. 1317, 18*). Flacc. frg. Mediol. hunc, etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, -am. Sest. 45 unum … mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis … dixerit: ⌊-isses, repugnasses *eqs.*⌋ (*fort. frg. trag., v. p. 1314, 45*). Vatin. 6 *me* scelus et furorem vestrum cedendo maluisse frangere quam -endo. or. frg. A 9, 24 (*iuxta* ⟨re⟩clamante, *v. p. 368, 51*). Hirt. Gall. 8, 22, 2 invitis principibus, -ente senatu, omnibus bonis repugnantibus (*cf.* Tac. ann. 4, 66, 2 -itit … senatus et opperiendum imperatorem censuit). Lavd. Turiae 1, 17 qua mente ista, *sc. iniuriosa,* acc⟨eperis, qua prae⟩sentia animi -eris. Sen. Phoen. 79 victas … magno robore aerumnas doma; -e: tantis in malis vinci mori est. Plin. epist. 8, 14, 6 ubi cedendum, ubi -endum …, exemplis docebantur. Svet. Iul. 29, 1 Caesar … summa ope -itit. Pavl. dig. 9, 2, 29, 7 si quid … magistratus adversus -entem violentius fecerit. *al.*

Ⓑ *indicatur, cui (rei) -atur*: ① *per dat., sc. -itur*: ⓐ *hominibus eorumve animis sim. vel coetibus*: Rhet. Her. 4, 19, 26 nec amicis profuisti nec inimicis -isti (Sen. amic. p. 28). Cic. inv. 1, 4 -ere audacibus et opitulari suis … necessariis. 1, 5 eo studiosius et illis *improbis* -endum fuit et rei publicae consulendum. leg. agr. 1, 1 dabitis … Alexandriam clam petentibus eis, quibus apertissime pugnantibus -istis? Cael. 60 quonam modo ille furenti fratri suo … consularis -isset *eqs.*? **(**fam. 5, 2, 6 si qua ego in re f. tuo rei publicae causa -erim [restitu- *var. l.*]. 5, 2, 8. Liv. 42, 50, 10 *Persea* f. adfectanti per iniuriam regnum summa vi restit[u]isse**)**. Rab. Post. 16 tribuno plebis … quaestionem ferenti … aperte equites Romani -erunt (de orat. 2, 48. Cato 11 t. p., quoad potuit, -itit agrum … Gallicum viritim … dividenti). rep. 4, 8 non … facile valenti populo -itur, si … nihil iuris impertias (Tert. Scap. 4, 6 Severus *imperator* … p. furenti in nos palam -itit. *cf. p. 1485, 56*). Planc. Cic. fam. 10, 21, 1 omnia feci, qua re … perditis -rem. Brvt. Cic. ad Brut. 24, 10 -ere Antonio Ciceronem … nemo admiratur (Avg. civ. 3, 30 p. 143, 9). Bell. Afr. 83, 1 incitatis militum animis -i nullo modo posse. Sall. Catil. 34, 2 quoniam factioni inimicorum -ere nequiverit (Nep. Pel. 1, 2). Liv. 2, 55, 2 aliud … cogitandum *esse,* quomodo -atur patribus (*postea*: ut se ipsa plebs … defendat). Vell. 1, 15, 3 cui *censori* in eo *theatro* moliendo eximia civitatis ⌊severitas⌋ et consul Scipio -itere (⌊⌋ *ad γ*). Sen. epist. 13, 13 nemo … -it

sibi, cum coepit inpelli (AVG. civ. 14, 23 p. 48, 20 cum *animus* s. -it. *cf.* conf. 8, 9, 21 imperat animus s., et -itur [*antea opp.* paretur]). TAC. ann. 1, 47, 2 *milites seditiosos* -entes ... Druso posse a se *Tiberio* mitigari vel infringi. PLIN. epist. 3, 9, 26 fides in praesentia eos, quibus -it, offendit, deinde *eqs.* (*cf. 25* adversantibus ... obsistere). APVL. Plat. 2, 9 p. 234 *virtutes* illas, quae vitiosis partibus *animi* pro remedio -unt. VET. LAT. II Macc. 14, 29 (rec. V, *sim. al.*) quia *Nicanor dux* regi -ere non poterat (*gr. ἀντιπράττειν, rec. P* reluctari). Luc. 13, 17 (cod. 10) qui -bant ei *Iesu* (*gr. οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, cod. 2* qui ei adversabantur, *4. al. et Vulg.* adversarii eius). CYPR. unit. eccl. 4 ecclesiae (*iuxta* renititur, *v. p. 1101, 42*). HIER. psalt. sec. Hebr. 17, 49 a -entibus mihi elevas me (*Vet. Lat. cod. 300. al. et Vulg.* ab insurgentibus in me). COD. Theod. 11, 30, 58, 1 officium ... eius nisi huic pertinaciter -erit atque actis ita contradixerit. *al.* ⓑ *rebus* (*exempla selecta post* CIC.): RHET. Her. 2, 12, 17 aerarium ... conservavi, libidini malorum -iti (CIC. leg. agr. 2, 14 vis tribunicia non numquam l. -itit consulari [*antea syn.* obstiterunt]). CIC. S. Rosc. 36 vos, *iudices,* ... audaciae -ere ... debetis. Verr. II 1, 10 sustinebunt tales viri se ... tantae populi Romani voluntati -isse? (VAL. MAX. 7, 5 pr.). Font. 45 ulterior Hispania, quae ... religione sua -ere istorum cupiditati potest (HERM. vulg. mand. 12, 2 c. malae. *al., e. g. l. 32. 33*). Cluent. 3 nemo est ..., qui invidiae sine vestro ... subsidio possit -ere (134 falsae suspicioni et i. *cf. p. 1479, 14*). leg. agr. 1, 22 his ego rebus ... -am vehementer atque acriter (3, 13). 2, 50 -am consiliis hominum (Sest. 51 domesticis malis et audacium civium c. 139 BRVT. Cic. ad Brut. 24, 11). Flacc. frg. Cus. 16 *v. p. 1480, 7.* Mil. 22 -ere et levitati multitudinis et perditorum temeritati. orat. 148 non me ... maestitiae, cui -o, potius quam litteris dederem? ac. 2, 66 (*antea*: visa ... accipio iisque interdum etiam adsentior) non sum sapiens, itaque visis cedo nec possum -ere (*in eadem re*: 2, 75 iis -i non facile posse). Cato 35 -endum ... senectuti est ...; pugnandum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem. Att. 2, 2, 2 coniurationi (CAES. Gall. 5, 27, 4). 5, 20, 6 *continentia* voluptati -ere videtur (ad Q. fr. 1, 1, 7 cum pecuniae, cum v., cum ... cupiditati -es). ad Q. fr. 1, 1, 38 -endum esse iracundiae (AMM. 29, 2, 18 -ere cupiditati ... et implacabilibus i.). *al.* LIV. 5, 11, 9 conspirationi patriciorum. GERM. 134 *aetate aenea non* iam semina virtutis vitiis demersa -unt (SEN. dial. 9, 17, 12. *al.*). nat. 4 praef. 11 blanditiis tuis. LVCAN. 2, 380 iusto quoque robur *Catonis* amori -itit (SCHOL. Hor. carm. 3, 20, 11). QVINT. decl. 333, 16 *si haec fecissem,* ego utilitatibus publicis contra -issem. TAC. hist. 1, 80, 2 -entem seditioni tribunum. APVL. met. 10, 2, 4 mulier ... inbecillis adhuc eius *Cupidinis* viribus ... -bat. PANEG. 7, 11, 6 non potuisti -ere sanctae illius parentis (*i. Romae*) imperio et ... paruisti. COMM. apol. 484 qui nostris (*i. impiorum*) operibus contrarius valde -it. COD. Theod. 12, 1, 85 ut *officium* pertinaciae iudicis -at. *al.*

② *per praepos.*: contra (*cf. p. 1484, 8*): SEN. dial. 5, 1, 4 -ere c. adfectus suos. CLEM. ad Cor. 51, 3 qui -erunt c. ... Moysen (*gr. τῶν στασιαζόντων πρὸς ... Μωυσῆν*). adversus (*cf. l. 56*): VET. LAT. Matth. 5, 39 (cod. 1) dico vobis non -ere a. nequam (cod. 3. *al. et* VVLG. -ere malo, cod. 7 -ere malum). VLP. dig. 49, 1, 6 quid ..., si -at, qui *capite* damnatus est, a. provocationem *alterius*? CYPR. epist. 55, 9, 2 Cornelium *papam* a. edicta feralia -entem.

Ⅱ *specialia quaedam; -itur*: Ⓐ *fato, fortunae sim.*: OV. Pont. 2, 3, 51 quo fortuna magis saevit, magis ipse -is (-es *var. l.*). VAL. MAX. 7, 2, 2 iniuriae *fortunae* ... -ere, *sc. bellando.* APVL. met. 4, 16, 5 quod *dives* ... quoquo modo ⌊fortunae⌋ -ret (*cf. p. 1478, 75. 1479, 8*). FIRM. math. 1, 6, 2 ut ... stellarum violenti decreto et earum potestatibus -amus (*cf. 4* repugnamus). CLAVD. DON. Aen. 2, 320 p. 191, 3 adversus eam vim ..., cui ipsi quoque dii pro se -ere nequiverunt. CE 2199, 8 (*saec. IV/V, in inscr. sepulcr.*) quo fata vocant, nullus -ere possit. Ⓑ *deis vel daemonibus sim.* (*fort. huc p. 1476, 41*): SEN. contr. 1, 2, 17 ut appareret, quam nulla vis humana divinae -ret maies⟨tati⟩ (magis *vel* macis *codd.*). TERT. apol. 27, 7 -imus ... et repugnamus, *sc. daemonibus.* VET. LAT. psalm. 16, 8 (cod. 300. *al. et* VVLG.) a -entibus dexterae tuae. Mal. 3, 15 (Lucif. Athan. 1, 38. *al.*) -erunt deo ([*Vulg.* temptaverunt deum]. AVG. civ. 12, 3 p. 515, 10. *al.*). Iac. 4, 7 (cod. 67. *al. et* VVLG.) -ite diabolo (I Petr. 5, 9 [Aug. spec. 44, *sim. al. et* VVLG.] cui *d.* -ite fortes in fide. *al.*). VVLG. exod. 10, 4 (*verba dei ad pharaonem*) sin ... -is et non vis dimittere eum *populum meum eqs.* COMM. apol. 541 *Iudaei,* si nobis obsistunt, ⌊putant et⌋ -ere summo (⌊ ⌋ reputent se *coni. Rönsch, alii alia*). *al.*

β *-it deus Iudaeorum et Christ.* (*gr. resp. ἀντιτάσσεσθαι*): VET. LAT. prov. 3, 34 (cod. 94. *al.*) deus superbis -it ([*Vulg.* inlusores ... deludet]. Iac. 4, 6 [cod. 66. *al. et* VVLG.]. I Petr. 5, 5 [Hier. epist. 12, 2. *al. et* VVLG.]. *cf.* AVG. civ. 2, 7 p. 60, 28 cum eorum *philosophorum* superbiae iuste providentia divina -ret). Os. 1, 6 (cod. 176. *al.*) -ens -am eis, *sc. domui Israhel* (*Vulg.* oblivione obliviscar eorum). *al.*

γ *-unt res incorp.* (*v. etiam p. 1482, 75*): VET. LAT. prov. 3, 15 (Aug. c. Adim. 19. *al.*) non -it illi *sapientiae* ullum malum (*gr. οὐκ ἀντιτάξεται, aliter Vulg.*). Sirach 3, 33 elemosyna -et peccatis (*gr. 3, 30 ἐξιλάσεται,* Ps. Aug. spec. 24 e. -et peccata [-it peccatis *var. l.*], *Cypr. eleem. 2. al.* extinguit). Is. 59, 12 (Hier. *ad l.*) peccata nostra -erunt nobis (*Vulg.* responderunt). TERT. castit. 1, 1 carnis necessitas ..., quae fere ... fidei -it. AVG. in psalm. 84, 10 l. 15 *pax est,* ubi nihil -it, nihil adversum est. *al.*

δ *-unt sidera, sc. in genitura hominum*: FIRM. math. 2, 13, 6 quod *Iovis stella* ... contra inpugnationem Martis ... -ere sola non possit. 3, 3, 1 si nulla malivola stella sic ei *Iovi* posito ex aliqua parte -erit (*Kroll,* respexerit *trad.; sim. e. g.* 3, 3, 19. 4, 19, 11). 6, 35, 4 nisi omnibus *periculis* bonum Iovis testimonium -erit (*ed. 1499,* prae- *trad.*). *al. apud eundem.*

b *impediendo, prohibendo, frustrando* (*accedit dat. rei vel personae e. g. l. 16. 36 sq. 40. 42. 48; cf. p. 1481, 35 sqq. et nonnulla sub 1d*):

α *-unt animantes eorumve cura, voluntas*: Ⅰ *accedit enunt. secund. indicans, quid -endo impediatur*: Ⓐ quo minus (quo setius *l. 17*): CIC. inv. 2, 170 puto ... esse hanc necessitudinem, cui nulla vi -i potest, ⌊quo ea, *sc. necessitudo,* setius⌋ id, quod facere potest, perficiat (⌊ ⌋ *var. ll.* q. quod fas et ius. *al.*). AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. qui alienum praedium per fraudem locaverit nec -ere domino possit, q. is colonum frui prohibeat (*etiam in iure*: EPIST. imp. Sept. Sev. dig. 50, 4, 14, 4 PAVL. dig. 13, 7, 41). TERT. adv. Marc. 4, 36, 13 (*respic. II reg. 5, 6*) David in recuperatione Sionis offenderant caeci -entes, q. admitteretur. AVG. corrept. 14, 45 l. 3 voluntati dei ... humanas voluntates non posse -ere, q. faciat ipse, quod vult. de serm. dom. 1, 19, 57 l. 1413. Ⓑ ne: CIC. har. resp. 50 ne a re publica rei publicae pestis (*i. Clodius*) removeretur, -erunt, etiam ne *eqs.* NEP. Att. 3, 2 ne qua sibi statua ponetur, -itit. LIV. 23, 7, 4 ea ne fierent ..., summa ope ... -erat. SEN. amic. p. 28 *longiore peregrinatione* excidit notitia quoque, non tantum amicitia; quod ne possit accidere, omni ope -amus. SVET. Aug. 27, 1 in quo *triumviratu* -itit ... aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio. VIR. ill. 34, 3 acerrime. 75, 6. LVCIF. non parc. 14 l. 13 tamquam primi -erimus, ne idololatriam tuam in dei introduceres ecclesiam. AVG. civ. 17, 4 p. 209, 6 qui *adversarius* homini voventi invidet et -it, ne valeat implere, quod vovit. *al.* Ⓒ *cum variis coniunctionibus*: LIV. 4, 43, 11 *tum* vix deorum opibus, quin obruatur Romana res, -i posse (POMP. TROG. Iust. 38, 4, 6 q. *Hannibal* ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires -isse [ob- *var. l.*], sed domesticae aemulationis ... studium. HIER. in Eph. 1, 11 p. 455[A] illi *deo* ... nullus -ere potest, q. omnia, quae voluerit, faciat). EXCID. Troiae 21 p. 57, 9 quia *Laocoon* -it (-itit *var. l.*), ut equus Troie non mittatur ad templum Neptuni.

Ⅱ *cetera exempla*: CIC. leg. agr. 2, 76 ut huic simulatae largitioni -at (Mur. 24 Sull. 65. LIV. 2, 41, 4 consul alter l. -bat). 2, 85 (*simul alludit ad p. 1480, 2 sqq.*) nonne acerrime, tamquam armato hosti, sic huic legi pro vestris agris -etis? (Mur. 71 Brut. 97. *al.* LIV. 3, 11, 11. *al.*). Mur. 80 horum ... consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri -o (dom. 91. Sest. 86 hominum audacium ... s. legibus et iudiciis -ere). *al.* VERG. Aen. 2, 599 (*loq. Venus*) quos ..., ni mea cura -at, iam ... inimicus ... hauserit ensis. OV. met. 10, 322 (*loq. Myrrha*) di, precor, ... hoc prohibete nefas scelerique -ite nostro. LIV. 3, 38, 7 temptationem ... eam fore abolendi sibi (*i. decemviris*) magistratus, ni consensu -rent. 40, 9, 9 (*Perseus ad fratrem*) adhuc seu cura mea ⌊seu fortuna⌋ -itit parricidio tuo (⌊ ⌋ *ad β*). SEN. nat. 5, 18, 10 *Crassus* non horrebit ... praesaga fulmina et deos -entes (*item -unt dei*: FLOR. epit. 2, 6, 44 Hannibali ... ipsos deos ... -isse). CALP. decl. 26 -o orbitati, *sc. filios servare studendo.* GAIVS dig. 13, 6, 18 pr. eos casus ..., quibus -i non possit, velut mortes servorum ..., latronum ... incursus *eqs.* (44, 7, 1, 4 maiore casu, cui humana infirmitas -ere non potest. COD. Iust. 4, 65, 28 [*a. 294*]). VLP. dig. 19, 2, 15, 2 omnem vim, cui -i non potest ..., ut puta fluminum *eqs.* AVSON. app. A6 Od. 2 (446 S.), 5 Telemachus ... consilia profectionis exponit Antinoo -ente, qui eum ... abire prohibebat.

β *-unt res variae*: VERG. georg. 4, 455 tibi has ... Orpheus ... poenas, ni fata -ant, suscitat ([SERV. nisi f. prohiberent]. CE 1208, 2 [*saec. III*] quattuor amissis te quintum ... flere necesse est adsidu[a]e, dum mea f. -ent. *cf.* LIV. 40, 9, 9 fortuna [*v. l. 50*]). SEN. dial. 9, 13, 3 *sapiens* cogitavit aliquid posse propositis suis -ere. MARCELL. dig. 18, 7, 4 (*antea*: si minor viginti annis servum tibi ... vendiderit *eqs.*) lex ... consilio eius quasi parum firmo -itit (*item in iure*: LEX Visig. 10, 2, 3 [*sim.* Visig. Eur. 277] si quis ... post hunc XXX annorum numerum cau⟨sa⟩m movere temtaverit, iste numerus ei -at). TERT. adv. Hermog. 5, 1 'sed deus deus est, et materia materia est': quasi diversitas nominum comparationi -at, si status idem vindicetur! CAEL. AVR. acut. 2, 24, 138 temporis opportunitate permittente ..., e contrario -ente *eqs.*

c *obloquendo, contradicendo sim.* (*-ere dicuntur scripta p. 1485, 20 sqq.; cui sententiae -atur, indicatur per acc. c. inf. p. 1485, 16. cf.* DON. Ter. Andr. 572, 3 perstare ac -ere dicitur, qui aliquid negat. Ad. 133, 2 ['quid istic?'] deest 'loquor' aut '-o' [istuc *codd. Don., ut*: 350, 2 quasi qui dicat 'quid istuc -am?'. *v. vol. VII 2, 515, 58 sqq.*]): **α** *quaelibet exem-*

pla: Ⓘ *in iudicio*: CIC. Q. Rosc. 51 *adversarius* -ere et repugnare contra veritatem non audet. Verr. II 5, 1 cui *defensioni* quem ad modum -am, multo mihi ante est … providendum. Cael. 53 quid ego nunc argumentis huic crimini … -am? (*cf. l. 26*). de orat. 2, 215 argumento -endum est aut iis, quae comprobandi eius causa sumuntur, reprehendendis, aut *eqs.* part. 50 saepe etiam quaestionibus -endum est, quod … dolorem fugientes multi in tormentis ementiti … sint *eqs. al.* QVINT. inst. 4, 2, 14 *crimina* ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria -endum est. *al.* Ⓘⓘ *in philosophia, religione*: CIC. ac. 2, 28 Antipatro hoc idem postulanti … Carneades acutius -bat (*cf.* div. 2, 150 quorum *philosophorum* licentiae nisi Carneades -isset). fat. 23 ⌊quo⌋ defenso *Epicurei* facile Chrysippo possent -ere (⌊ ⌋ *sc. animi motum voluntarium esse posse*). *al.* TERT. adv. Marc. 5, 10, 1 cui *resurrectioni* … satisfecimus omnibus haereticis -entes (IREN. 3 praef. -es eis *h.* pro sola vera … fide). MART. CAP. 4, 378 si … maneat illa relativorum definitio …, difficile -imus dici partes secundarum substantiarum relative. *al.* *-unt scripta eorumve argumenta*: VET. LAT. deut. 31, 21 (cod. 100) -et hoc canticum contra faciem in testimonio (*gr. ἀντικαταστήσεται … κατὰ πρόσωπον μαρτυροῦσα, Vulg.* respondebit ei *populo*). TERT. carn. 3, 8 scripturas opinioni tuae -entes. adv. Marc. 4, 26, 11 si *hoc* putas …, -et tibi prior sensus. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 136, 38 *nos* et duarum naturarum *Christi* confessionem repperientes in scriptis et impassibilitatem divinitatis, quod maxime prius erat oppositum seu -ens. Ⓘⓘⓘ *contextu vario*: CIC. de orat. 3, 4 homini … et diserto et in primis forti ad -endum. fam. 7, 32, 1 ais … omnia omnium dicta … in me conferri; quid? tu id pateris? nonne defendis? non -is? MAT. Cic. fam. 11, 28, 1 respondebo criminibus, quibus tu pro me … saepe -isti. CAES. Gall. 5, 30, 1 hac … disputatione habita, cum a Cotta primisque ordinibus acriter -retur. civ. 1, 4, 1 omnibus his *sententiis* -itur omnibusque oratio consulis … opponitur. NEP. Alc. 1, 2 tanta erat commendatio … orationis, ut nemo ei ⌊dicendo⌋ posset -ere (⌊ ⌋ *sunt qui secludant*). RVT. LVP. 2, 12 verbis (*abl.; v. p. 1481, 5*). DOM. MARS. Quint. inst. 6, 3, 104 urbanitas est virtus … maxime idonea ad -endum vel lacessendum. PLIN. nat. 20, 77 Petronius Diodotus … damnavit *hoc genus oleris* … multis modis arguens, sed aliorum omnium opinio -it. APVL. met. 2, 29, 6 uxor … coarguenti marito -ens altercat. VET. LAT. psalm. 108, 20 (cod. 136) hoc opus -entium mihi aput dominum (*gr. τῶν ἐνδιαβαλλόντων με, cod. 300. al. et Vulg.* qui detrahunt). *al.*

β *locut. primae personae cum negativis* (*fere in dialogo*): AVG. bapt. 6, 44, 86 an etiam tali *publicano* haereticus peior est? nihil -o (quant. anim. 7, 12 non solum n. -o, sed etiam multum adprobo. soliloq. 2, 2, 2. *al. apud eundem*). civ. 21, 24 p. 533, 10 quod … non ideo confirmo, quoniam non -o **(**gen. ad litt. 7, 28 p. 228, 2 non solum n. -o, verum etiam faveo. mag. 1, 1, 3 n. -o tibi. *al. apud eundem.* VINCENT. LER. comm. 17, 17 n. -o, quin potius et malo. CONC.^{S} I 5 p. 182, 9 ad hanc … vocem, quae est theotocos, … volentibus dicere n. -o**)**. quant. anim. 29, 56 fateor nihil me invenire, quo -am.

d *recusando*: **α** *accedunt structurae, sc. maxime dat., sed acc. l. 54, inf. l. 63, quibus indicantur*: Ⓘ *preces sim. denegatae*: CIC. Sull. 18 numquam … illius lacrimis ac precibus -issem **(**VAL. MAX. 5, 4, 5 *tribunus plebis* p. minisque eius *senatus* acerrime -ens. SEN. benef. 2, 14, 3 -ere p. eius non possum. QVINT. decl. 298, 2 *filium* tam obstinate non praeceptis solum meis, sed etiam p. -entem. *cf. l. 67***)**. VAL. MAX. 6, 4, 4 amici cuiusdam iniustae rogationi. THEOD. MOPS. in Philem. 12 p. 279, 5 non oportebat petitionem (-ni *cod. unus post corr.*) eius *Pauli* -ere. Ⓘⓘ *homines, quorum preces denegantur*: CIC. Sull. 19 tum denique ei -bam. TAC. hist. 3, 75, 3 Vitellius consulis supplicium poscenti populo -itit. 4, 49, 1 is crebris sermonibus temptaveritne Pisonem ad res novas an temptanti -erit, incertum. CLAVD. 22, 220 (*ad Stilichonem*) innumerae trabearum insignia terrae certatim petiere tibi: poscentibus ipse -eras. Ⓘⓘⓘ *actiones petitae vel iussae, quae recusantur*: CYPR. laps. 2 l. 25 manus *vestrae* … sacrificiis sacrilegis -erunt (*antea*: repugnastis … saeculo; *postea*: respuerunt [*v. p. 964, 35*]). PASS. Peregr. Autiss. (BHL 6623) 7 (*loq. imperator*) diis nostris sacrificare -it.

β *cetera exempla*: Ⓘ *varia*: VERG. Aen. 7, 586 infandum cuncti … bellum … poscunt; … ille *rex Latinus* velut pelago (-gi *var. l.*) rupes immota -it *eqs.* SEN. Phaedr. 891 (*mentitur Phaedra*) temptata *Hippolyti* precibus (*abl.?*) -iti, ferro ac minis non cessit animus. *al., e. g.* AVG. civ. 22, 8 p. 572, 28 *episcopus* petivit, ut … ibi orationum locus fieret …; non -itimus, factum est. ORIG. in Matth. 17, 25 p. 654, 1 Pilato … cogente, ut susciperent statuam Caesaris in templum, Iudaeis autem et supra vires suas -entibus (*gr. κωλυόντων*). Ⓘⓘ *non vult aliquis officium sim. suscipere* (*cf. l. 59*): SVET. Tib. 25, 2 *milites* Germanicum … ad capessendam rem p(ublicam) urgebant, quamquam obfirmate -entem. PS. AVR. VICT. epit. 45, 3 Valentiniano imperium -enti oggeritur. HEGES. 4, 26, 2 p. 282, 21 milites … adoriuntur Vespasianum, rogant … suscipiat *imperium* …; ille … abnuere …, illi instare promptius, ille -ere perseverantius (*gr. 4, 603 ἀρνουμένῳ*). SVLP. SEV. Mart. 5, 2 *episcopus* temptavit … eum … ministerio vincire divino, sed cum saepissime -isset indignum se esse vociferans *eqs.*

C *appendix syntactica et stilistica ad III*: **1** *cui (rei) obsistatur, repugnetur sim.*: **a** *indicatur per dat. p. 1480, 3 sqq. 1482, 55 sqq. et passim; saepius accedit praedicative part. praes., e. g. p. 1482, 60. 63. 64. 1485, 10.* **b** *indicatur per praepos.*: ad *e. g. p. 1479, 75. 1482, 14. 29. 31 et* CLAVD. 21, 292 EVSEB. EMES. serm. 27, 21, adversus (-sum) *e. g. p. 1479, 56. 1480, 25 sqq. 1482, 12. 1483, 46,* ante *p. 1480, 32,* contra *e. g. p. 1479, 66. 1480, 21 sqq. 1481, 4. 1483, 44* (*fort. etiam p. 1485, 2*), in *c. abl. (si ita intellegendum) p. 1479, 22 sqq.* **c** *indicatur per obi. acc. p. 1482, 33. 1483, 48. 1484, 3. 1485, 54* (*cf.* SERV. auct. *p. 1479, 39*). **d** *non indicatur p. 1480, 34 sqq. 1482, 38 sqq. et saepe.*

2 *accedunt adverbia vel adi. praedic. ad subi. verbi spectantia, quibus*: **a** *firmatur notio oppositionis*: adversus *p. 1480, 47,* contra *e. g. p. 1481, 10. 48. 1483, 38 et* COMM. apol. 911. 973, *adi.* contrarius *p. 1483, 42.* **b** *indicatur gradus oppositionis, e. g.* acriter, acerrime *p. 1483, 23. 1484, 30. 42. 1485, 28. 50 et* CIC. Cael. 2 har. resp. 45 CAES. Gall. 7, 62, 4 AMM. 21, 12, 17. *al.,* fortiter, fortius *p. 1479, 7. 1480, 39. 63. al.,* minime *p. 1479, 13,* obfirmate *p. 1485, 73,* pertinaciter, -cius *e. g. p. 1479, 46. 1483, 13 et* HIRT. Gall. 8, 43, 4 LIV. 30, 34, 5. 34, 47, 2 HEGES. 1, 16, 4, vehementer *p. 1479, 68. 1482, 29. 1483, 22.*

3 *accedit abl. modi vel instr., imprimis* vi, viribus, *e. g. p. 1480, 51. 55. 70. 1481, 3. 1482, 20. 1484, 16 (cf. p. 1604, 75), aliae voces e. g. p. 1479, 28. 1481, 3. 5. 1482, 12. 1484, 27 et* VAL. MAX. 9, 2, 4 vecordi pertinacia.

4 *accedunt struct. verbales indicantes, quid -endo prohibeatur, impediatur, recusetur sim., sc. enunt. secund. c.* ne, quin, quo minus, quo setius, ut non *p. 1484, 14 sqq., inf. p. 1485, 63, acc. c. inf. p. 1485, 16.*

part. praes. -ens *pro adi. p. 1478, 8. 54. 1479, 34. 1485, 23 (accedit praepos.* ad *indicans finem p. 1479, 13), pro subst. masc. e. g. p. 1480, 41 sqq. 1481, 15. 20, neutr. p. 1481, 44. 51.*

deriv.: resistentia, *?*resistito, restibilis, restito, 1. restitor; *cf.* resistatores (*p. 1475, 17*). *Spoth.*

resocio, -āre. *a* re- *et* sociare. *i. q. reducendo sociare* (*in argumentatione l. 39*): PS. AVG. hypomn. 3, 9 l. 424 liberum arbitrium … a iustorum errasse consortio nec per se ad cortem … fidelium numero -andum (soc- *var. l.*) posse reverti. frg. Migne 125, 611^{A} *haereticus* sic dividit trinitatem, ut in unum non -et mysterium trinitatis.

resolido, -ātum, -āre. *a* re- *et* solidare.

1 *pro obi. est id, quod laesum est, ut sit fere i. q. restituendo solidare; restituitur*: **a** *structura corporea*: VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 8 p. 752^{B} fractum -are … vitrum. *ibid.* ‘fac’ *inquit vir sanctus* ‘hoc vas solidum, sicut fuerat prius’; mox … omnes illae particulae -tae sunt. PS. HIER. epist. 6, 8 p. 89^{B} *quod impossibile videtur,* id tum, *cum resurgent mortui,* fieri …: liquescere ac -are. VINDIC. gyn. rec. P p. 459 *ossa* fracta confirmantur … vel in locum suum -antur (*rec. G p. 458. al.* revocantur). PS. SORAN. quaest. med. cod. Lond. 236 (= cod. Lincol. 322) inferior pars vesicae … cum inciditur, saepe accidit, ut ⟨non⟩ (*suppl. Fischer*) -etur; naturalis voluntas mictus … solidare non sinit, quia nervis -ari (-are *var. l.*) natura non concessit. **b** *praestantia incorporea*: EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 65, 14 (*Zenoni imp.*) professionem tuam conscientiamque -andam *esse.* **c** *numerus plenus*: ALC. AVIT. epist. 36 p. 66, 16 (*cum* p. 374) *filii* reditu[s] … nuntiato -tam … familiam meam … inventam esse.

2 *pro obi. est ipsa ruina, ut sit fere i. q. auferendo solidare, resarcire*: PASS. Nazar. (BHL 6039) p. 332, 25 omnis ⌊illa⌋ navis -ta iactura est (⌊ ⌋ *v. p. 332, 8* omni … compage dissoluta *eqs.*). *Bk.*

resolūbilis, -e. *a* resolvere. [*in falsa var. l. pro* sol- AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 20 (*cf. l. 65. 67*).]

i. qui resolvi, sc. dissolvi, potest (a qua persona vel re, indicat dat. l. 67. 69. 75): de incorporeis: AMBR. fid. 5, 13, 163 (*antea p. 1492, 26*) qui … -e dei verbum deique sapientiam *esse* probare non possunt (insol- *var. l.*). PRVD. c. Symm. 2, 229 lux inmensa mihi, *sc. deo,* est ⌊et non -is⌋ aetas (⌊ ⌋ nec morte solubilis *var. l.; cf. l. 71*). LEO M. epist. 106, 2 Conc.^{S} II 4 p. 60, 16 *tamquam* illa Nicaenorum canonum … condicio in aliqua cuiquam sit parte -is (sol- *var. l.; gr. II 1, 2 p. 57, 6 ἀναλυτέα*). PS. PROSP. carm. de prov. 945 (*944 hominum* cum saevo pacta tyranno, *i. diabolo*) -e Christo est hoc foedus. *de corporeis*: PRVD. apoth. 515 artificis quia dextrā solubilis illud caementum struxit -e, iure solutum est *templum Salomonis.* cath. 10, 149 -e corpus revocas, deus, atque reformas (*de dissolutione corporis ut*: CONC.^{S} I 5 p. 174, 16 ad ostensionem corruptibilis et -is … *hominum* naturae. p. 174, 19 corruptibiles et -es omnes sumus. *cf. l. 65*). PAVL. NOL. epist. 16, 2 omnis compago *mundi* -is. SIDON. carm. 23, 191 nulli -es calori … nives.

[Ok.]

compos.: cf. irresolubilis. *Ok.*

resolvo, -vī, -ūtum, -ere. *a* re- *et* solvere. NOT. Tir. 29, 98 -it. *de notione* (*v. etiam l. 25. p. 1488, 48. 1493, 16*): PORPH. Hor. epod. 17, 7 'retro solve' id est, quod brevius '-e' dicimus. GLOSS. II 272, 33 *διαλύω*: renodo, desolvo, dissolvo, -o. 291, 35 *ἐκλύομαι*: -o. III 126, 66 *ἀναλύω*: -o. 604, 51 -is: ligabis (liqua- *var. l.*). GLOSS.[L] I Ansil. RE 1558 sqq. -ere: rumpere. aperire. pandere. -o: dissipo. immuto. -ere: liberare. *sim. al. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ATTA, CATVLLO, LVCR., *in orat. soluta apud* CATONEM *et inde a* LIV., VITR. (*in inscr. aet. Aug. p. 1490, 50*). [*abrut.* arešòjjə *'ieiunium solvere' (v. l. 72); cf. Faré, Postille 7244a. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. c.* solvere *e. g. p. 1490, 5. 1494, 60. 1495, 29,* revolvere *p. 1494, 13. 74 (restit. p. 1494, 68); in falsa var. l. pro* repollere *p. 1235, 71; contextu deficiente* TAB. devot. Année Épigr. 2012 n. 1024 ut tu eum nusquam … set resolu[g]tum adv⟨e⟩rsarium ma⟨l⟩um.**]**

fere i. q. (rursum) solvere **(***vis praeverbii saepe vix perspicua est, hic illic notio reversionis ad statum solutum apparet, e. g. p. 1492, 14 sqq. 40 sqq. 1493, 11; accedit* iterum *p. 1492, 14,* rursum *sim. p. 1492, 39. 50; adhibetur absolute l. 26. p. 1491, 30 sqq., reflexive e. g. p. 1489, 63. 69. 1490, 7. 1492, 54. 1493, 41. 1495, 5. 49, mediopass. e. g. p. 1491, 19. 64. 1495, 16. 30, intrans. pro refl. p. 1493, 12, pass. impers. p. 1494, 60; accedit acc. respectus p. 1490, 33. 54. 1491, 7. 1495, 30, abl. p. 1490, 37. 1491, 6. 10. 66. 69. 1494, 23***)**:* **I** *de actione incorporali*: **A** *-untur res*: **1** *persolvendo, restituendo, sc. debita sim.* (*damnum l. 36; cf.* FEST. p. 281 reluere: -ere, repignerare. *cui aliquid reddatur, indicatur per dat. l. 34, quid compensetur, per praepos.* pro *l. 31 sq.*): **a** *sine obi.*: PLAVT. Amph. 705 Bacchae bacchanti si velis advorsarier …, feriet saepius; si obsequare, una -as plaga (*nisi ad p. 1488, 16*). Epid. 352 ego -vi, manibus his denumeravi. CATO agr. 144, 3 si quid redemptoris opera domino damni datum erit, -ito (*cf.* 149, 2 si quid emptor … domini damni dederit, … -at). 145, 1 si operarii conducti erunt aut facienda *olea* locata erit, pro eo -ito aut deducetur. 148, 2 quod admensus erit, pro eo -ito (rem solvito *fere trad.*). **b** *c. obi.: pecuniam reddendo*: PLAVT. Epid. 142 danistae quas *minas* -at (-as *codd.*). Men. 929 si -vi argentum cui debeo. MOD. dig. 50, 12, 10 uti … usuras semissales ad praemia certantium -at. CYPR. GALL. exod. 892 *fur* sic damna -et, quae fuerint inlata prius. PS. PROSP. carm. de prov. 507 (*in imag.*) emptus … es pretiumque tui -ere fas est. *vario modo*: AVR. Fronto p. 45, 8 sei -i vis nil, quomodo tibi par pari expendam, nisi obsequio? CE 250, 14 (*a. 156*) ex voto meritoque libens mea dicta -o. LEO M. epist. 28 Conc.[S] II 1, 2 p. 27, 4 ad -endum conditionis nostrae, *sc. humanae,* debitum (*gr. II 1, 1 p. 13, 13 πρὸς τὸ χρεωστούμενον ὄφλημα*). CE 592, 1 manibus hoc sacrum certa pietate -o (*sim.* 593, 1. 594, 1).

2 *tollendo, removendo, infirmando sim.*: **a** *vim sim., quae invalida fit*: LVCR. 4, 953 languescunt … omnia membra … poplitesque cubanti saepe … summittuntur virisque -unt **(**PLIN. nat. 27, 144 -itur … omnium *herbarum* vis consuetudine. 28, 82 *quidam* tradit … omnem … vim talem, *sc. speculi,* -i. TAC. ann. 1, 6, 3 monuit Liviam …, ne … Tiberius vim principatus -ret. GAIVS inst. 4, 126 adiectio 'replicatio' vocatur, quia per eam replicatur atque -itur vis exceptionis**)**. SCRIB. LARG. 83, 1 *acetum* radicis, *sc. symphyti,* effectum -it. PLIN. nat. 29, 59 tradunt Magi … *medicamentum* in homine quoque similiter valere, sed -i (*sc. effectum sim.*) cyatho olei poto.

b *affectus sim.* (*disting.* mollire *l. 63*): VERG. georg. 1, 302 invitat genialis hiems curasque -it **(**VAL. FL. 4, 703 *non* vero ipse metus c. que -ere ductor. HOMER. 685 indulgent … mero c. que ⟨animos⟩que -unt [⟨ ⟩ *ad p. 1489, 73 sqq.*]. BOETH. mus. 1, 1 p. 185, 28**)**. PLIN. nat. 24, 24 invenio potu modico *styracis* tristitiam animi -i. VAL. FL. 4, 43 cum sopor et vano spes maesta -itur actu. SIL. 13, 508 ferro … -es gaudia Poenorum. STAT. silv. 5, 5, 82 (*loq. pater*) cui *puero meo* verba sonosque monstravi questusque et vulnera caeca -ens (ne solvam *trad.*). VET. LAT. Is. 58, 6 (Cypr. testim. 3, 1, *sim. al.*) solve omnem nodum iniustitiae, -e suffocationes impotentium commerciorum (*gr. διάλυε, Vulg.* solve). RVFIN. Orig. in gen. 5, 4 p. 94, 9 H. patris maestitiam vel rigorem vino molliunt et -unt. *al.*

c *iura, leges, pacta, obligationes sim.*: **α** *quae violantur*: VERG. Aen. 2, 157 (*loq. Aeneas*) fas mihi Graiorum sacrata -ere iura (4, 27 ante, pudor, quam te violo aut tua i. -o). TER. MAVR. 8 veterem virum … quendam, qui ter Olympia vicisset …, maturasse -ere legem pulveris et cibi. CYPR. epist. 15, 1, 2 ut ea *praecepta,* quae a vobis … circa sacerdotem dei honorifice fiunt, a quibusdam presbyteris -antur. PRVD. perist. 6, 57 numquam conviolabo ius dicatum nec mors ipsa meum sacrum -et **(**psych. 400 voluptas oblectat iuvenem, iurataque sacra -it [*sc. Ionathas sec. I reg. 14, 24 sqq.*]**)**. REGVLA mag. 28, 13 infirmis … certa ieiunia -antur (28, 18 infirmis -i i. diximus, propter fragilitatem corporis). **β** *quae irrita fiunt* (*praesertim apud iurisconsultos; opp.* agere *p. 1488, 6,* committere *p. 1488, 13,* constituere *p. 1488, 14,* -trahere *p. 1488, 3. 4*): TAC. hist. 4, 65, 3 (*loq. Agrippinenses*) vectigal et onera commerciorum -imus. IAVOL. dig. 41, 3, 19 condicio emptionem -it (VLP. dig. 18, 3, 1 ut sub condicione -i e. *magis* quam sub condicione contrahi videatur. *al. apud eundem.* PAVL. dig. 18, 5, 3 e. et venditio sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu -itur. COD. Iust. 4, 45, 1). NERAT. dig. 2, 14, 58 quae *conventio* pertinet ad -endum id, quod actum est. IVLIAN. dig. 23, 3, 44 pr. non -itur promissio. POMPON. dig. 46, 3, 107 verborum obligatio aut naturaliter -itur aut civiliter **(**PAVL. dig. 18, 5, 4 si emptio contracta sit … et pactus sit venditor …, puto -i o. huius rei nomine dumtaxat. COD. Iust. 5, 75, 1 [*a. 212*] actio, quam adversus tutores seu curatores tuos instituisti, alienam o. non -it**)**. AFRIC. dig. 46, 7, 15 haec stipulatio 'quamdiu res non defendatur', simul atque defendi coeperit aut defendi debere desierit, -itur (GAIVS dig. 21, 2, 57, 1 semel commissa s. -i non potest). MARCELL. dig. 45, 1, 98 pr. qui … ea, quae recte constiterunt, -i putant. LACT. inst. 4, 23, 2 si re ipsa *praeceptor* -at, quod verbis nitatur adstringere. *al.*

d *controversias, quaestiones, aenigmata sim.* (*cf. l. 49; fort. huc iam* PLAVT. *p. 1487, 28*): VERG. Aen. 6, 29 Daedalus ipse ⟨dolos⟩ tecti, *sc. labyrinthi,* ambagesque -it [⟨ ⟩ *ad l. 37*]. STAT. Theb. 1, 67 [*loq. Oedipus*] si Sphingos iniquae callidus a. … -vi**)**. HOR. sat. 2, 3, 103 nil agit exemplum, litem quod lite -it. QVINT. inst. 7, 9, 14 nec refert, quo modo sit facta amphibolia aut quo -atur. 12, 2, 13 -enda ambiguitate. GELL. 18, 2, 9 quaesitum est, in quibus verbis captionum istarum fraus esset et quo pacto distingui -ique possent (*seq. p. 1497, 11*). CHALC. comm. 302 p. 304, 15 quotus quisque … in disputatione sic exordietur, ut ab his, quae prima sunt ad nos versum, ascendat ad ea, quae sunt a nobis secunda, -ere dicitur quaestionem (AGNELL. in Galen. puls. 5, 5. *al.*). *al. fere i. q. concludere vel finire*: BOETH. anal. pr. 29a32 (rec. Carn.) *syllogismi* aut … demonstrative aut per impossibile -untur omnes (*rec. Flor.* clauduntur; *gr. περαίνονται*).

e *argumenta, dicta sim., quae refelluntur vel refutantur*: PETRON. 107, 12 -vit Eumolpus tam iniquam declamationem. QVINT. inst. 5, 13, 12 si -ere ex parte diversa dicta difficilius erit. 12, 2, 10 ambigua aperire et perplexa discernere et de falsis iudicare et colligere ac -ere, quae velis, oratorum est. PS. QVINT. decl. 10, 19 ut ferrum tuum refigas, ut verba tua -as. IREN. 2, 19, 8 *nos* ea, quae sunt maxime continentia regulae ipsorum, -entes capitula. *al.*

f *cetera exempla*: VERG. Aen. 6, 29 dolos ([*v. l. 17*]. SIL. 12, 740 sese abstulit agmen suspectosque d. dempto terrore -vit). CELS. 2, 8, 35 morbus intestini tenuioris nisi -tus est, intra septimum diem occīdit. PLIN. nat. 28, 85 per se annis virginitate -ta. 28, 116 omnia ea *somnia* dextro pede *hyaenae* -i. SIL. 7, 153 discinxit ratione dolos fraudesque -vit. 8, 275 *dies quaedam* patrum regna et Poenorum bella -et. TAC. hist. 1, 51, 2 quam *disciplinam militum* in pace … discordiae civium -unt. IAVOL. dig. 24, 1, 20 id quoque causam stipulationis aut confirmabit aut -et. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 225, 26 *vitia* in semet ipsa -ta evanescunt. SACR. Leon. 416 tua clementia ea lege nostros -it errores. *al.*

3 *aperiendo, expandendo, sc. rationem, secretum sim., ut explanetur, disseratur sim.* (*cf.* SYNON. Cic. p. 422, 32 dixit. … exposuit. -vit. rettulit. narravit *eqs.; quaedam exempla ad 2d vergunt; pendet enunt. secund. l. 51. 56 sq.; fere syn.* expandere *l. 61, disting.* legere *l. 53*): LVCR. 5, 773 magni per caerula mundi qua fieri quicquid posset ratione, -vi (*v. Bailey, comm. 1947, ad l.*). FRONTO p. 225, 2 cur igitur tu, Marce, … *non* invenias tibimet tempora non modo ad orationes et … praecepta sapientium legenda, sed etiam syllogismos … -endos? VET. LAT. Marc. 4, 34 (cod. 2) secreto … discipulis suis -bat illas *parabolas* (*gr. ἐπέλυεν, Vulg.* disserebat). SERV. auct. Aen. 1, 641 -it poeta illud, quod reprehenditur, cur in templo Iunonis non Poenorum, sed Troianorum et Graecorum facta depinxerit. 10, 127 *quidam* hoc ita -unt, quod qui iactum saxum refert, unius tantum rei eventum ostendit, qui ferentem dicit, longum actum notat. AVG. catech. rud. 3, 2 *oportet* quaedam mirabiliora, quae suavius audiuntur …, aliquantum immorando quasi -ere atque expandere. CORIPP. Ioh. 7, 415 qui cuncta duci manifesta -ant Carcasan arcana sui (7, 462 magno secreta magistro qui referant linguisque suis a. -ant. *cf.* 7, 496 qui cuncta tibi secreta -ant gentis iniqua suae doceantque ex ordine mentem). *in plurimos libros expandendo*: AVIAN. fab. praef. quas *fabulas* graecis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit, Phaedrus etiam partem aliquam quinque in libellos -vit.

4 *liberando, sc. vim alicuius rei effrenando sim.* (*cf. p. 1490, 1. 1495, 42*): OV. met. 9, 161 (*respic. mors Herculis*) incaluit vis illa mali, *sc. veneni,* -taque flammis Herculeos abiit late dilapsa per artus. HIL. c. Aux. 8 ea, quae Nicaeae Thraciae omnium impietas -visset.

5 *convertendo, transferendo sim.*: **a** *in quaslibet formas, sc. fere in arte gramm.* (*praeter p. 1489, 9; cf. Schad, Lex. of Latin Gramm. Terminol., 2007, 349 sq.*): SEN. dial. 11, 11, 5 quae *carmina* tu ita -visti (*sc. in orat. solutam*), ut … permaneat … gratia. GELL. 1, 18, 1 M. Varro … L.

[Meusel]

Aelium errasse ostendit, quod vocabulum Graecum vetus traductum in linguam Romanam … -verit in voces Latinas (*sc. complures*) ratione etymologica falsa. CHAR. gramm. p. 227, 13 (*e Cominiano*) *verba secundae coniug.* interdum … -untur et in formam passivorum et deponentium sic; fit enim ut ab eo, quod est 'audeo', 'ausus sum' **(***sim.* DIOM. gramm. I 348, 25. *cf.* MART. CAP. 3, 315 septimus est, *sc. modus secundae coniug.,* qui -itur in formam passivorum [*sim.* 3, 319]**)**. VINCENT. LER. exc. 10 l. 49 (*de natura Christi*) ut … nec in carnem coagularetur divinitas nec in divinitatem -retur humanitas. PRISC. gramm. II 588, 14 tam … possessiva pronomina quam nomina in genetivum primitivorum -untur (*sim.* 588, 18. III 166, 9). III 228, 3 omnes modi in hoc *infinitum* transsumuntur sive -untur, ut 'ambulo': 'indico me ambulare' *eqs. al.*

b *in suas partes, sc. dividendo, partiendo sim.*: **α** *in arte gramm.*: TER. MAVR. 2352 longam *syllabam* -i per duas dixi breves **(**DIOM. gramm. I 505, 24 priore trochaei syllaba in duas breves -ta. *cf.* 494, 16 pedes … inter se variatos duos, spondeum et -ta eius posteriore parte dactylum. PRISC. gramm. III 459, 18 spondeos, qui in dactylos -untur ratione temporum**)**. DIOM. gramm. I 436, 11 dictio est vox articulata cum aliqua significatione, ex qua instruitur oratio et in quam -itur (MAR. VICTORIN. gramm. 2, 8). SERV. Aen. 1, 316 *Κρῆσσα* per *η* simpliciter scribitur, nec potest recipere solutionem, *Θρᾷσσα* vero per *αι* diphthongon, unde et -itur. gramm. IV 408, 25 ut tunc intellegamus corrupta esse in conpositione, quotiens -ta possunt ⟨esse⟩ integra (POMP. gramm. V 178, 27. *al.; cf.* 169, 27 quotiens ipsa corruptio -itur. 179, 1 non possumus dicere partes corruptas esse in oratione, nisi quae -tae integrum faciunt. 179, 2). MACR. verb. De Paolis p. 13, 13 sunt quaedam composita, quae non possunt -i (PRISC. gramm. II 180, 7 est … illud … attendendum, quod separata c. non solum in simplices -untur dictiones, sed etiam in ante compositas. 180, 9). *al.* **β** *vario contextu: figurae vel numeri in minores partes -untur*: MACR. Sat. 1, 16, 40 ut retroversum cedente numero ab augmento in diminutionem computatio -ta desineret. MART. CAP. 6, 722 sphaera sane intrinsecus capax omnium circulis subsistit, in quos -itur. 7, 749 quidam numeri semel saepiusve per pares replicati (*i. divisi*) citra singularitatem in impares -untur. *al. cetera exempla*: BOETH. anal. pr. 51a3 eorum … syllogismorum, qui sunt in postrema figura, unus tantum non -itur in primam …, alii autem omnes -untur (*gr. ἀναλύεται et ἀναλύονται*). in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 165, 4 animus, cui potestas est et disiuncta componere et composita -ere, quae a sensibus confusa et corporibus coniuncta traduntur. *al. apud eundem.*

B *-untur animantes vel animus coetusve eorum*: **1** *liberando, solvendo sim. ab aliqua re* (*unde, indicatur per abl. e. g. l. 55. 58, praepos.* ab *e. g. l. 52; accedit adi. praedic. indicans statum futurum l. 47*): **a** *speciatim -itur: qui e vinculis corporis, vitae sim. expeditur, i. moritur* (*cf. p. 1490, 46. 1491, 69 sqq. 1495, 25*): VERG. Aen. 4, 695 *p. 1490, 39.* CE 1567, 2 (*saec. I ex.*) quibus *annis* completis septima … die -ta legibus *uxor.* TAB. devot. Audollent 286B, 11 (*ad daemonem; v. vol. X 1, 988, 45*). PRVD. perist. 5, 359 quae *mors* corporali ergastulo mentem -it liberam. 12, 26 ad Christum eundum est, iam -or. *al. qui a culpa sim. absolvitur*: HOR. carm. 1, 28, 34 te … piacula nulla -ent. QVINT. decl. 335, 16 cum totius te vitae gravitas -et. PAVL. NOL. carm. 19, 238 quae *gratia* nos peccatis prece sanctorum exorante -it atque … alligat illos … hostes, qui nos vincire solebant. AVG. epist. 157, 18 nisi ab eius *peccati* reatu per Christi baptismum -antur. *al. qui ex officio dimittitur*: COD. Theod. 8, 7, 18 nullus ex his, quos claruerit militia -tos, indebita denuo sacramenta suscipiat. **b** *generatim*: TIB. 1, 9, 83 fallaci -tus amore Tibullus. MANIL. 4, 682 quae *Europa* prima natantem fluctibus excepitque Iovem taurumque -vit (*sc. fecit, ut tauri formam exueret; v. Shackleton Bailey, Class. Quart. 6, 1956, 85*). SIL. 11, 36 -tam legibus urbem. 17, 205 *Scipio* tandem, *sc. fine belli Punici,* … -at Ausoniam. PS. QVINT. decl. 17, 17 perit ille susceptae mortis ardor et utroque nos -it *pater* adfectu: mori non debeo, si vetuerit, non potero, si iusserit. PS. APVL. herb. 7, 1 tit. si quis devotus defixusque fuerit, sic eum -es. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 5 p. 415$^{extr.}$ te sollicitudinis -is angoribus (*antea*: liberabis … exoneras [*quibus verbis resp. gr. p. 199*$^{med.}$ *ἀπαλλάττεις*]). *al.*

2 *emolliendo, infirmando, relaxando sim.* **(***accedit praepos.* in *c. acc. e. g. l. 69. p. 1490, 9 sqq., c. abl. p. 1490, 19,* ad *p. 1490, 16; opp.* intendere *p. 1490, 13, disting.* mollire *p. 1490, 3,* remittere *l. 75* [*cf. l. 74*]**)**: **a** *in bonam vel neutram partem*: SEN. contr. 1 praef. 14 rursus cum se remiserat, in omnes lusus, in omnes iocos se -bat. VAL. MAX. 7, 3, 10 animi impetum satietate licentis concubitus -tum. SEN. dial. 3, 7, 1 id … retinere, sine quo languebit actio et vis ac vigor animi -etur. 5, 9, 2 quis … ignorat lituos et tubas concitamenta esse sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens -atur? (SIL. 14, 679 -ta in gaudia mente). 9, 17, 5 vires *animi* recipient paulum -ti et ⟨r⟩emissi **(**epist. 15, 6 dandum est aliquod intervallum animo, ita tamen ut non -atur, sed remittatur. HOMER. 685 *p. 1487, 55.* RVFIN. hist. 8, 14, 15 *non* esse dignum -i erga se, *sc. Dorotheam,* truces a. [*gr. κατακρατούσης*]. Orig. in Rom. 5, 5 l. 9**)**. epist. 36, 1 *felicitas* hos inflat, illos mollit et totos -it. QVINT. inst. 4, 2, 19 ficta … narratio introduci solet vel ad concitandos iudices … vel ad -endos aliqua urbanitate ([solv- *var. l.*]. 8 prooem. 12). PS. QVINT. decl. 5, 3 ille … pariter in laetitiam ⌊metus⌋que -tus (⌊ ⌋ *ad b*). *al. reflexive*: VEN. FORT. vita Hil. 6, 20 *filia* nulli in coniugio se -ens. **b** *in malam partem*: VAL. MAX. 7, 2, 1 *animadvertere* praepotentia imperia … nimia quiete in desidiam -i (SEN. dial. 4, 21, 6 *puero* dabimus aliquod laxamentum, in d. vero otiumque non -emus). FRONTIN. strat. 1, 5, 16 barbari in spectaculum usque -ti sunt. 1, 5, 17 hostem … propter indutias neglegentia -tum. 2, 9, 7 -tis suis in nimiam securitatem somnoque et mero pressis ([*cf. p. 1491, 57*]. 3, 3, 1). TAC. ann. 4, 67, 3 *Tiberius* quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultior⟨es⟩ in luxus et malum otium -tus. VEG. mil. 3, 22, 15 ille credit, quicquid insidiarum fuerat, praeterisse et sine cura -itur ad neglegentiam. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 5, 2 *ne* delicatis vestibus ac fluidis -amur (*Migne gr. 36, 316*^{C} *μαλακισθῶμεν*). FAVST. REI. grat. 1, 4 p. 19, 17 (*spectat ad Matth. 5, 16*) ut non … otio -amur. IORD. Get. 107 *Gallieno* in omni lascivia -to. *et saepius.*

3 *delendo, destruendo sim.*: VET. LAT. psalm. 8, 3 (Pacian. bapt. 3, 5) ut -as inimicum et vindicatorem (*gr. καταλῦσαι, Vulg.* destruas). ANIAN. Chrysost. hom. 16, 4 p. 76, 4 *ne* eos, qui illam *legem* servare cupiunt, -amus (remoremur *var. l.; gr. p. 243*$^{extr.}$ *ἐκλύωμεν*).

II *de actione corporali vel sensibus percipienda*: **A** *respicitur mutatio naturae vel statūs*: **1** *-untur animantes vel partes coetusve eorum* (*addidimus cadavera l. 45 sqq.*): **a** *explicando, disiungendo*: **α** *crines, comas sim. (sc. comptas in formam quandam), quae indicantur: per obi.*: ATTA carm. frg. 1 praeterea ⌊fusus⌋ -ta crine capillus **(**[⌊ ⌋ *Onions,* tusis *codd., alii aliter*]. OV. fast. 3, 213. 257 LIV. 24, 26, 2 TERT. virg. vel. 17, 3**)**. OV. ars 3, 238 *ne* lapsas saepe -e comas! **(**OCTAVIA 719. PERVIG. Ven. 4 [*in imag.*] nemus comam -it de maritis imbribus. SERV. Aen. 6, 48 'comptae comae' antehac scilicet: nam propter sacra -tae sunt**)**. COLVM. 10, 361 capillo (*v. p. 1495, 30*). *per acc. respectus* (*cf. p. 1495, 30*): TIB. 1, 3, 31 *Delia* bis … die -ta comas (CLAVD. 28, 153 una Naiadum -ta comam. ANTH. 429, 4 *Arethusa* nunc astricta comas, nunc -ta c.). OV. am. 2, 14, 39 -ta capillos. SIL. 8, 130 *Dido* -ta … crinem (STAT. Theb. 1, 90 *Tisiphone* -ta … vertice crines). *per abl. respectus*: COLVM. 10, 167 (*in imag.*) nunc *tellus* capitis porri longo -ta capillo laetetur.

β *cetera exempla*: VERG. Aen. 4, 695 quae *Iris* ⌊luctantem animam⌋ nexosque -ret artus *Didonis morientis* (⌊ ⌋ *ad p. 1489, 44; cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 420, 29 omnia, quibus vita constat, sibi invicem nexa sunt, sed cum -ta fuerint atque a sese recesserint, adferunt mortem. *sunt qui intellegant 'nexos animae', ut locus ad B2b pertineat*). SEN. contr. 10, 4, 2 pedum crurumque -tis vertebris.

b *dissolvendo*: **α** *corpora, quae -untur in putredinem, tabem sim.* **(***fere mortua vel morientium praeter l. 62 [et p. 1495, 14, si huc trahas]; saepe accedit praepos.* in *c. acc., e. g. l. 51 sq., ceterum nom. praedic. l. 60, acc. respectus l. 54***)**: LVCR. 3, 576 -to corporis omni tegmine … dissolvi sensus animi fateare necessest (*cf. Epicur. epist. 1, 65 τοῦ στεγάζοντος λυθέντος*). CIL II^{2} 7, 116 (*aet. Aug.*) quod corpore -to se vertit in fa⟨villam⟩ (PLIN. nat. 2, 223 quod *luna* ferarum occisa c. in tabem visu suo -at. MIN. FEL. 11, 4 quasi non omne c. … annis … et aetatibus in terram -atur. *al.*). MANIL. 5, 681 *piscium turba capta in dolia missa* fluit in liquidam tabem, *sc. garum,* -ta medullas. VELL. 2, 123, 2 *Augustus* in sua -tus initia … septuagesimo et sexto anno animam caelestem caelo reddidit. LVCAN. 7, 846 quam *partem maximam mortuorum* sol nimbique diesque longior Emathiis -tam miscuit arvis (*cf.* STAT. Theb. 12, 99 ei mihi, quod positos, *sc. mortuos Pelasgos,* humus alma diesque -et). PLIN. nat. 9, 159 *ranae* semestri vita -untur in limum nullo cernente. CE 1545, 6 (*saec. I*) sub terris sum -ta cinis. RVFIN. Adamant. 5, 18 cum *homo* … mortuus fuerit ac -tus (*gr. διαλυθῇ*). PHILVM. med. 2 p. 115, 7 *dysenterici* sitim habent nimiam et carnes -untur et fastidium patiuntur. *al.* **β** *coetum animantium* (*aliter supra l. 53*): STAT. Ach. 1, 554 laxantur coetus -taque … agmina discedunt.

c *remittendo, relaxando, sc. intentiones, rigores, duritias sim. corporis* **(***opp.* adstringere *p. 1491, 17. 23. 26. 39* [con- *p. 1491, 28,* re- *p. 1491, 26*], comprimere *p. 1491, 22,* contrahere *p. 1491, 28; sine obi. p. 1491, 30 sqq.; accedit abl. respectus p. 1491, 6. 10. 66. 68, acc. p. 1491, 7***)**: **α** *generatim*: Ⓘ *in bonam vel neutram partem*: Ⓐ *vario contextu*: ① *ora, vox, lingua sim. -itur, ita ut aliquis loquatur vel loqui possit*: VERG. georg. 4, 452 *vates* graviter frendens sic fatis ora -vit: '…' (*al., v. vol. IX 2, 1079, 18 sqq., ubi addas* CORIPP. Ioh. 7, 538; *aliter p. 1491, 18. 1492, 21*). OV. met. 2, 282 vix … fauces haec ipsa in verba -o. PHAEDR. app. 8, 6 voces -it icta Python numine: '…' (*nisi ad B4*). PLIN. paneg. 66, 5 frenatam … tot malis linguam -imus **(**VET. LAT. Luc. 1, 64 [cod. 4. *al.*]

[Meusel]

continuo -ta est l. eius …; apertum est … os eius [*gr. ἀνεῴχθη, Vulg.* apertum est … os eius et l. eius. *huc spectat* SVLP. SEV. dial. 1, 27, 4]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 7, 2 mihi … l. -it … conspectus vester et congregatio**)**. ② *cetera exempla* (*fort. huc p. 1494, 46*): PROP. 2, 34, 42 ad mollīs membra -e choros **(***cf. abl. respectus*: RVFIN. hist. 1, 8, 11 -tus est omnibus membris [*gr. τὸ σῶμα χαλασθέν*]. *sim. c. acc. respectus*: AMBR. Iac. 2, 9, 39 qui … membra -tus *eqs.* [membris *var. l.*]**)**. OV. ars 2, 683 odi concubitus, qui non utrumque -unt (*item in rebus amatoriis*: 3, 793 *utinam* sentiat ex imis venerem -ta medullis femina. met. 9, 484 ut iacui totis -ta medullis! *cf. l. 13. p. 1489, 70*). PETRON. 131, 9 premebat illa *Circe* -ta marmoreis cervicibus aureum torum. PLIN. nat. 8, 109 non ante quam fracta concrepuerint ossa, morsus -it *fiber.* 8, 134 calidae … aquae adspersu -itur pila *erinacei.* CE 2058 (*Pompeiis*) ⟨h⟩ic ego cum domina -to clune ⟨p⟩er⟨e⟩gi (*sc. ita ut clunis se aperiat, cf. sub d*). QVINT. inst. 11, 3, 97 eadem *manus* aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in nos et fusius paulo in diversum -itur. PS. QVINT. decl. 10, 17 ut *in corpore* sicca humidis, calida frigidis, -tis adstricta pugnarent. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 3 *leones* quotiens … aperta ad morsus ora iussi -unt! RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 19, 5 quid … super his, qui -untur in eburneis lectis? (*Migne gr. 35, 961*^{B} *τοὺς κατασπαταλῶντας*). *al.*

Ⓑ *in arte medica* (*formis saepe act.*): CELS. 1 prooem. 63 quid … compressum corpus -at, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus. 68 quae *res* in pluribus ventrem aut adstringunt aut -unt (3, 16, 2 GARG. MART. med. 7, 3. *al.; aliter l. 39*). 4, 6, 5 alvus quoque ducta saepe superiores partes -it. 5, 18, 8 ad -enda, *sc. membra,* quae astricta sunt. GARG. MART. med. 11, 4 *lactucae* alvum restringunt, copiosius ingestae -unt (30, 17 *brassica* semicruda a. -it, bis cocta constringit). 21, 3 *Hippocrates* vulvas contractas eodem suco -it. CASS. FEL. 78, 3 pessus malacticus … ad -endas matricis duritias sive stricturas. *al.*

absolute: CELS. 5, 18, 7 quod *malagma Andreae* … -it, educit umorem, pus maturat. 5, 18, 26 Niconis … est, quod -it, aperit, purgat. 5, 28, 11^{B} si *locus pure affectus* iam durior est, ad ea veniendum est, quae digerant et -ant. PLIN. nat. 27, 6 auxiliatur iis *scorpionibus stupefactis* helleborum album ⟦tactu -ente⟧ (*abl. instr.*).

Ⓘ *in malam partem, sc. resolutio viribus deficientibus ita fit, ut aliquis vix se movere possit aut etiam torpeat* (*fere pass.*): Ⓐ *in arte medica: de torpore ventris vel stomachi* (*saepe respic. actio vomendi, sed profluvium l. 39; aliter l. 24. 27*): CELS. 1, 3, 7 quibus alvus facile nec tuto -itur (1, 3, 13 alios adstricta, alios -ta a. exercet). 2, 8, 19 venter -tus est (CAEL. AVR. chron. 4, 3, 32 nisi cum nausea etiam v. fuerit -tus). 3, 19, 5 quod si stomachus -tus parum continet (4, 12, 1 frequentissimum … *stomachi* malum est, quo -itur. *al.*). *de paralysi, stupore membrorum, nervorum*: CELS. 2, 4, 7 membrum … aliquod esse -tum (2, 8, 14. 2, 8, 40 quacumque … parte corporis m. aliquod -tum est, si neque movetur et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur. 2, 14, 8 m. aliquod -tum ipsius frictione confirmatur). 2, 10, 8 ubi nervi -ti sunt (2, 12, 1^{B} quorum n. parte aliqua -ti sunt. 5, 26, 17 medullā … discussā n. -untur aut distenduntur). *al.* *de languore epilepticorum*: THEOD. PRISC. log. 47 crebris oscitationibus -untur et ad omnes motus pigriores fiunt.

Ⓑ *vario contextu*: CVRT. 4, 16, 13 -tis … et torpentibus membris. 9, 5, 10 adeo … -tus, ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextera. CALP. ecl. 5, 40 si qua iacebit ovis partu -ta recenti. PLIN. nat. 11, 137 *aures* in equis … indicia animi praeferunt, … *sunt* -tae aegris. PS. QVINT. decl. 8, 21 totus in lacrimas maeroremque -tus (*cf.* 15, 12 lacrimis fletuque -tus). VET. LAT. Matth. 15, 32 (cod. 1) et non remittam eos ieiunos, ne forte -antur in via (*gr. ἐκλυθῶσιν, Vulg.* deficiant). *al.*

β *speciatim*: Ⓘ *in somnum*: VERG. Aen. 6, 422 *Cerberus* corripit obiectam *offam somniferam* atque immania terga -it. OV. met. 7, 253 *Aesonis corpus effetum* in plenos -tum carmine somnos (7, 328 neci similis -to c. regem … somnus habebat. CLAVD. MAM. anim. 1, 24 p. 86, 4 ne defesso quidem c. in somnosque -to). 9, 469 *Byblis* placida -ta quiete. fast. 1, 371 iuvenis -ta … somno alligat aequorei bracchia capta senis. OCTAVIA 717 (*loq. Poppaea*) inter Neronis ⟦victa⟧ complexus mei somno -or (⟦victa⟧ *var. l.,* iuncta *recc.*). CVRT. 6, 8, 21 illum sive securitate animi sive fatigatione -tum somnus oppresserat. STAT. Theb. 10, 150 errare oculi -taque colla. Ach. 1, 228 toto -tum pectore Achillem. PS. QVINT. decl. 2, 19 tu, *mulier,* iaces et in cadaveris similitudinem usque -ta es. CLAVD. DON. Aen. 3, 630 p. 344, 22 *cyclops* prostratus … per antrum ac -tus fuerat omnibus membris. *al.* Ⓘ *in mortem* (*cf. etiam p. 1489, 43 sqq. 1490, 46 sqq.*): CELS. 2, 8, 24 *aegri autumno* fere, qui cetera parte anni traxerunt, *i. in vita manserunt,* -untur. VAL. FL. 2, 536 *belua* iam totis -ta vadis. SIL. 6, 280 *serpens* longo … -ens aggere se ripae tandem exhalavit in auras liventem nebulam. STAT. Theb. 2, 639 *Panormus* oculos … sistit et aspecta germani morte -it. VET. LAT. Phil. 1, 23 (Rufin. Orig. princ. 1, 7, 5, *sim. al.*) optarem … -i vel redire et esse cum Christo (*gr. ἀναλῦσαι, Vulg.* dissolvi). VITA Anton. 89, 2 l. 7 tempus est … me -ere (*gr. ἀναλῦσαι. cf.* EVAGR. vita Anton. 89, 3 l. 8 cogit conditio naturae, ut post centenarium numerum … iam -ar. SVLP. SEV. epist. 3, 9 convocatis … fratribus indicat se iam -i). *al.*

d *aperiendo, ita ut*: **α** *pars corporis quaelibet rescindatur, incidatur*: OV. met. 1, 227 iugulum mucrone -it (6, 643 i. ferro Philomela -it. *cf.* cervix -ta, *sc. incisa*: SEN. Oed. 139 patuit sub ictu ponderis vasti -ta c.). CELS. 2, 10, 18 ut recens coitus *venae* eius -atur. 7, 20, 6 aliquae membranulae … scalpello -untur. TAC. ann. 6, 9, 2 (*antea*: cum … ferrum temptavisset, obligat venas) precatus … per codicillos, immiti rescripto venas -it (v. *del. Ritter; sc. antea colligatas, ut* CHIRON 103, *aliter* TAC. ann. 6, 48, 3). CE 420, 12 ⟨coni⟩ugis adsumpsi nomen gremiumque -vi (*cf. Homer. 337* soluto … gremio). CASS. FEL. 20, 1 si *ulcera in cicatricem* venerint, iterum -untur. *al.* **β** *vulnera vel partes corporis ligamento remoto detegantur* (*opp.* deligare *l. 18 sq.,* tegere *l. 16*): CELS. 6, 19, 3 (*antea*: tegendum) tertio die digitus -endus *est* (*cf. p. 1494, 55*). 7, 3, 3 quotiens *medicus* ulcus -erit (8, 10, 7^{H} saepius u. -ere). 7, 7, 15^{H}. 7, 19, 9 deligatum … vulnus … quinque primis diebus non est -endum (8, 4, 10 v. deligare et cotidie -ere. QVINT. inst. 6, 1, 30 videmus … vulnera -i. 6, 1, 49 *iuvenis* v. in iudicio -batur. *al.*). **γ** *pars corporis vario modo patefiat*: STAT. Theb. 4, 839 (*in imag.*) *tu Nemea,* quacumque domo gelida ora -is immortale tumens (*aliter p. 1490, 71 sq.*).

e *vario modo*: SERV. georg. 4, 387 *Protei* equi … marini prima parte equi sunt, postrema -untur in pisces (*cf. Stat. Theb. 2, 47 Neptuni equi* postremi solvuntur in aequora pisces). AMBR. fid. 5, 13, 162 si … ea erit verbi subiectio, ut -atur in patrem deus verbum, ergo et quaecumque patri filioque subiecta sunt, in patrem et in filium -entur, 'ut sit deus omnia' et 'in omnibus' creaturis. RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 6 cum ignem, aerem, aquam terramque mutari in semet ipsa invicem ac -i aliud in aliud elementum mutua quadam consanguinitate docuimus. ENNOD. opusc. 4, 24 p. 389, 2 quando illa imago *Antonii* statum suum -vit in risum? AGNELL. in Galen. puls. 1, 8 sq. *pulsus* invisibilem animae demonstrans passionem et corporis, quae -untur; (9) -untur corpora nostra.

2 *-untur res*: **a** *naturales, quae*: **α** *dissolvuntur* (*cadavera v. p. 1490, 45; in quam rem aliquid -atur, indicatur per praepos.* in *c. acc., e. g. l. 46. p. 1493, 2. 5, in quas partes, per praepos.* ad *p. 1493, 11; opp.* componere *l. 49,* gignere *l. 41*): Ⓘ *in partes* (*saepe minimas partes, ita ut aliquid fere evanescat*): Ⓐ *-untur elementa rerum, mundus sim.*: LVCR. 1, 57 pandam, … quo … eadem, *sc. omnia,* rursum natura perempta -at. 2, 63 *expediam,* quo motu genitalia materiai corpora res varias gignant genitasque -ant. 5, 278 omnia iam -ta forent et in aera versa (VERG. georg. 4, 225 huc, *sc. ad deum,* reddi deinde ac -ta referri o. SEN. epist. 91, 15 a quo *fato* o. -untur). *al.* OV. met. 15, 245 omnia *elementa* fiunt ex ipsis et in ipsa cadunt: -taque tellus in liquidas rarescit aquas *eqs.* MANIL. 1, 487 qui *Epicurus* primus moenia mundi seminibus struxit minimis inque illa -vit. 2, 807 dissociata fluat -to machina mundo (SEN. epist. 9, 16 *Iuppiter* -to m. et dis in unum confusis paulisper cessante natura adquiescit sibi cogitationibus suis traditus. HIL. myst. 2, 10, 2 AVG. civ. 12, 12 tit.). SEN. epist. 30, 11 *natura,* quicquid composuit, -it, et quicquid -it, componit iterum. 71, 13. PS. QVINT. decl. 6, 11 *natura* rursus opus suum -it. *al.* Ⓑ *-itur terra sim.* (*aliter l. 44; resolutio fit sive arando sive siccando, alio modo l. 56. 62. 67*): VERG. georg. 1, 44 vere novo gelidus canis cum montibus umor liquitur et zephyro putris se glaeba -it **(**COLVM. 2, 15, 6 ut eae *glaebae* solibus aestivis vaporatae -antur [*sim.* 10, 7]. 2, 17, 4 glaebas sarculis -emus**)**. OV. met. 8, 588 (*loq. Achelous*) fluctus noster … continuam diduxit humum ⟦partesque -vit⟧ in totidem, … quot cernis, *sc. insulas* (⟦ ⟧ pariterque revellit *codd. plerique*). VITR. 2, 4, 3 *harenae fossiciae* si … diutius iacent, ab sole et luna et pruina concoctae -untur et fiunt terrosae. COLVM. 2, 2, 4 *non* aliud est colere, quam -ere et fermentare terram. 2, 2, 24 ubi *in Italia* … ager altius -i ac subigi desiderat. 4, 4, 2 crebris fossionibus pastinatum -ere atque in pulverem redigere. 10, 145 *terra* cum feta suos nexus adaperta -it. *al. apud eundem.* *part. perf. pass.* (*fere pro adi.*): MANIL. 3, 665 terra tepore autumni -ta patet **(**COLVM. 10, 140 haec ubi credidimus -tae semina t. *al.* PETRON. frg. 37 [= ANTH. 475] vers. 5 Auster non patitur glaciem -tā vivere terrā. *cf.* PALLAD. 1, 5, 4 si *terra* coloris et corporis rari aliquatenus atque -ti est**)**. CVRT. 4, 6, 11 quae *glaeba,* cum regis capiti incidisset, -ta defluxit. COLVM. 2, 2, 4 ex his *omnibus, quae terra progeneret,* nihil non melius -ta humo quam densa provenit (2, 16, 3 in densa et -ta h. 2, 17, 5. *al. apud eundem*). 2, 10, 15 solo tenui et -to (3, 1, 8 s. nec densum nimis nec -tum. 5, 4, 2 s. putre et per se -tum est. *al. apud eundem*). *al.* PALLAD. 1, 5, 6 eligendus est pinguis ac -tus ager. Ⓒ *-untur quaelibet* (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): VERG. Aen. 8, 591 *Lucifer* extulit ōs sacrum caelo tenebrasque -vit (MANIL. 3, 639 *Capricornus* producit … diem t. que -it. HIER. in Zach. 14, 16 l. 692). OV. met. 11, 516 cadunt largi -tis

[Meusel]

nubibus imbres (SEN. nat. 5, 12, 5 facit ... ventum -ta nubes, quae pluribus modis solvitur. epist. 53, 1 quae *n.* fere aut in aquam aut in ventum -untur). SEN. nat. 5, 3, 3 tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus, et stipatio illorum et turba -ta est. COLVM. 12, 23, 1 *pix* omni lentore misso facilius in pulverem -itur atque cribratur. PLIN. nat. 36, 183 *gypsum* in farinam -i patitur. SIL. 5, 58 sensim ... fluebat caligo in terras nitido -ta sereno. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 2 fluctus ... longe insurgentes et paulatim in aërem superbo vertice tumescentes, tum deinde fracto inpetu languidiores iam -bantur ad litus. PRISC. periheg. 983 qui *tecolithos* lapides renum ... -it. INST. Iust. 2, 1, 25 (*antea*: reverti non potest) ne mulsum quidem ad vinum et mel -i potest. *et saepius. intrans. pro refl.* (*cf. l. 42*): AGNELL. in Galen. puls. 56, 4 -ente ... flegma et veniente[m] circa isofagum (*v. Palmieri, 2005, 192 ad l.*).

Ⅱ *in statum liquidum* (*syn.* liquidum facere *l. 17*): Ⓐ *calefaciendo, quod solidum (sc. metallum) vel congelatum est* (*cf.* GLOSS. III 604, 50 -tum: ex foco remissum. *opp.* congelare *l. 21*): LVCR. 6, 966 ignis ... liquidum facit aes aurumque -it. OV. trist. 3, 10, 13 *nivem* iactam ne sol pluviaeque -ant **(**LVCAN. 9, 782 calido non ocius austro nix -ta cadit. PLIN. nat. 2, 152 grandines ... multo celerius -i quam nives. *al.; cf.* LVCAN. 1, 219 madidis Euri -tae flatibus Alpes [*i. nives Alpium*]. *aliter l. 54***)**. COLVM. 12, 52, 12 (*antea*: oleum cum amurca congelabitur) ea res, *sc. sal coctus,* -it oleum (*ibid.* solet *o.* ... ne sic quidem -i, cum maiora frigora incesserunt). SCRIB. LARG. 173, 1 *v. p. 1469, 21.* PLIN. nat. 28, 184 talum candidi iuvenci ..., donec -atur in liquorem, decoctum. 34, 157 *calculi nigri* conflati ... in plumbum album -untur. 35, 149 -tis igni ceris. SVET. Dom. 6, 2 -tus repente Rhenus. PELAGON. 386, 1 haec omnia simul missa in caccabum -is ad lentos carbones, ut omnia se diligenter commisceant. *al.* Ⓑ *immiscendo in liquorem vel addendo liquorem* (*qui indicatur per nom. l. 31. 34, abl. e. g. l. 36. 37, praepos.* cum *e. g. l. 39,* ex *e. g. l. 40*): CELS. 7, 7, 8[D] ut gluten, quo vinctus est pilus, non -atur. SEN. nat. 6, 10, 1 (*ratio Anaximenis*) *partes terrae* aut umor -verit aut ignis exederit aut spiritus violentia excusserit. COLVM. 12, 46, 5 *māla granata creta figulari illita* in aquam demittere et cretam -ere (12, 52, 15 sunt qui c. figularem in modum liquidae faecis aqua -ant). PLIN. nat. 9, 120 cuius *aceti* asperitas visque in tabem margaritas -it. 24, 34 -itur resina ad vulnerum usus et malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. 25, 118. 27, 120 *pastilli* -ti ... in vini albi cyathis ternis. 28, 209 glutinum taurinum aqua calida -tum. 33, 89 globulis *orobitidis* sudore -tis. *al.* PELAGON. 92, 2 quos *adipes* -is cum vino. CHIRON 283 *omnia* -es in aqua. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197 acaciae -tae ex posca aut oleo Hispano. PLIN. phys. Bamb. 57, 37 *ecligmatium* sub lingua tenendum et paulatim, ut se -verit, glutiendum. Sang. p. 279 l. 28 alica(m) in aqua macera, donec -at (*sc. aquā alicam, nisi intrans. pro refl.*). *al.* Ⓒ *exprimendo sim.* (*hucine l. 52?*): PALLAD. 3, 25, 12 pira maturissima ... calcantur ...; ubi carnes eorum fuerint -tae *eqs.* PAVL. NOL. carm. 15, 302 quo, *sc. in os,* rorem exiguum -ta infunderet uva. Ⓓ *permiscendo*: PLIN. med. 2, 11, 5 quidam eadem ova -unt et in patinis tosta dant in cibo (*pendet ex l. 49*).

β *molliuntur, sc. in liquore*: VAL. MAX. 7, 6, 2 pelles ferventi -tas aqua. PLIN. nat. 29, 49 quidam ita -ta, *sc. ova, quorum putamina in aceto macerata sunt,* in patinis torrere utilius putant (*inde l. 46*).

γ *aperiuntur sim.* (*opp.* concludere *l. 55*): COLVM. 12, 49, 10 *prelo suppositarum bacarum* -tis corticulis (*nisi ad l. 43 sqq.*). VAL. FL. 1, 655 emicuit reserata dies caelumque -vit arcus et in summos redierunt nubila montes. SIL. 3, 521 haurit hiatu nix -ta viros. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 12, 5 si -as cataractas caeli, quis eas concludet? (*Migne gr. 35, 949[D] λύσῃς*).

b *variae, sc. factae, constructae sim. (fere ab hominibus, sed a deis l. 66, respicitur habitus animalium e. g. p. 1494, 10. 21), quae*: **α** *aperiuntur, panduntur*: LVCR. 1, 415 (*in imag.*) ut verear, ne tarda ... senectus ... in nobis vitai claustra -at **(**CYPR. unit. eccl. 12 -tis carceris c. CARM. Inscr. christ. Diehl 1841, 5 [*in imag.*] *Christus* c. -it mortis**)**. LIV. 26, 15, 9 Fulvius ... acceptas litteras neque -tas cum in gremio reposuisset. SEN. epist. 22, 13 iam imprimebam epistulae signum; -enda est, ut cum sollemni ad te munusculo veniat. CVRT. 7, 5, 11 alter ex his *amicis* utre -to vas ... implet porrigens regi. *al.* **β** *destruuntur, in partes dissolvuntur sim.* (*syn.* destruere *l. 73, opp.* aedificare *l. 72*): OV. met. 2, 654 triplices ... deae tua fila -ent (*i. vitam finient*). OCTAVIA 318 quae *ratis* -to robore labens ... dehiscit sorbetque mare (*cf.* PAVL. dig. 45, 1, 83, 5 navis si ... -ta est). SIL. 5, 553 duro ... -ere muros ariete. VET. LAT. II Cor. 5, 1 (Ps. Cypr. epist. 4 p. 277, 6, *sim. al.; in imag.*) si terrena domus nostra huius corporis -atur **(**[*gr. καταλυθῇ, Vulg.* dissolvatur]. RVFIN. Orig. in gen. 14, 2 p. 195, 2 H. ubi ... fundamenta sunt et 'supra petram' [*Matth. 7, 24*] aedificatur domus, numquam -itur d. illa**)**. Eph. 2, 14 (Rufin. Greg. Naz. orat. 7, 8, 1) medius paries saepis -tus est et destructus (*gr. λύσας* [*Migne gr. 35, 732[A] διαλέλυται*], *Vulg.* solvens). ARNOB. nat. 6, 16 p. 327, 8 utinam liceret Olympiacos illos et Capitolinos Ioves (*i. statuas eorum*) diducere in membra -tos omnesque illas partes ... corporum discretas ac singulas contueri. *al.* **γ** *explicantur vel relaxantur, sc. nodi, conexa, vincula sim.* (*quaedam exempla ad B1 pertinere possint; opp.* alligare *l. 10. 19,* texere *l. 19*): LIV. 21, 28, 9 -tis, quibus leviter adnexa erat *ratis,* vinculis **(**SEN. dial. 11, 15, 1 [*in imag.*] cuius *sororis Pompeii* morte optime cohaerentis Romanae pacis v. -ta sunt. PETRON. 136, 4 alius v. calceamentorum -it ac trahit. FRONTO p. 64, 14 [*in imag.*]. *al.; cf. l. 48***)**. MANIL. 3, 622 (*in imag.*) in illis quattuor anni tempora vertuntur signis nodosque -unt **(**[*cf. Housman, 1903, ad l.*]. CELS. 7, 4, 4[B] tertio quoque die n. -endus est et ad caput alterum recens linum alligandum [*cf. l. 55*]. PLIN. nat. 8, 33 -unt illi *elephanti* nodos *circa pedes a serpentibus factos* manu, *i. proboscide.* COD. Iust. 4, 29, 23 pr. [*in imag.*]**)**. SEN. contr. 7, 1, 8 *navigii putris* -tis compagibus **(**SEN. nat. 3, 27, 7 *torrens* saxa -tis remissa c. rotat [revol- *var. l.*]. COLVM. 9, 6, 4 -tis structurae c. QVINT. decl. 299, 7 sponte -tā lapidum c.**)**. COLVM. 2, 10, 13 modicus fasciculorum numerus -tus in extrema parte areae colligetur. 12, 52, 10 -tis torculis. PETRON. 83, 3 lyram ... -tam (*sc. eius chordas*). CALP. ecl. 4, 139 (*in imag.*) di, ... *principi* mortale -ite pensum et date ... caelestia fila (*cf. p. 1493, 66*). PLIN. nat. 19, 28 *spartum* volsum fascibus in acervo alligatum biduo, tertio -tum spargitur. SIL. 4, 320 *equites* texunt alterno glomerata volumina cursu atque eadem refuga cedentes arte -unt. 6, 227 *serpens* rapide ... -ens contortos orbes derecto corpore totam extendit molem **(***item de nodis serpentium*: DRAC. Orest. 824 *mater* -tos ⌊orbibus⌋ angues ingerit in faciem iuvenis, *i. Orestis* [⌊ ⌋ *abl. respectus*; sortibus *vel* crinibus *codd.*]. *cf. l. 11***)**. 12, 681 donec equum (*gen.*) Titan, *i. sol,* spumantia frena -it (CLAVD. 5, 22. 10, 330). QVINT. inst. 9, 4, 127 (*in imag.*) ipsas perihodos maioribus intervallis et velut laxioribus nodis -emus. *al.*

B *usu vario, sc. natura, condicio sim. non mutatur, integra manet; -untur*: **1** *quae removentur* (*fere res, sed pars corporis sim. l. 39 sqq. 46; indicatur unde per praepos. l. 33. 40. 42. 48, abl. nudum l. 48. 51; opp.* iungere *l. 32; cf. l. 3*): **a** *quaelibet* (*abscindendo l. 43* [*bis*]): CATVLL. 63, 76 iuncta iuga -ens Cybele leonibus **(**VET. LAT. gen. 27, 40 [cod. 100; *Isaac ad Esau*] cum deposueris et -veris iugum ipsius *fratris* de collo tuo [*gr. ἐκλύσῃς, Vulg.* solvas]. PAVL. NOL. carm. 11, 44 [*in imag.*]**)**. VERG. Aen. 3, 370 *Helenus* exorat pacem divum vittasque -it. OV. epist. 13, 147 *uxor* exuet ... reduci, *sc. viro,* clipeum galeamque -et (LACT. mort. pers. 46, 10 Liciniani scuta deponunt, galeas -unt). LIV. 22, 19, 10 cum alii -tis oris in ancoras evehuntur, alii ... ancoralia incidunt. CELS. 5, 10 crustas ... has -it, *sc. ab ulceribus,* farina triticea cum ruta **(**5, 26, 33[D] post ustionem putris ulceris superponenda sunt, quae c. a vivo -ant. 6, 8, 1[C]. 6, 18, 3[C] donec ex ipso, *sc. pene,* ⌊c.⌋ leniter -antur [⌊ ⌋ *Targa,* purae eae *vel* crustae purae *codd.*]**)**. 5, 28, 1[D] protinus a vivo corruptam partem -it. 7, 6, 3 -it ... totam cutem superpositam (7, 25, 1[C]). *al.* COLVM. arb. 9, 1 quae *partes vitis* exstabunt, -ito. PETRON. 67, 6 periscelides -vit et reticulum aureum. PLIN. nat. 31, 91 cum verus ille *fucus* non nisi oleo -atur (*distingue p. 1493, 14 sqq.*). SIL. 2, 128 excutere in ventos -to pollice ferrum (*i. sagittam; nisi ad p. 1491, 4*). 2, 473 -ta ... armorum tegmina mandunt (*cf. l. 68*). 11, 382 -ta ... vincula collo **(**VET. LAT. iud. 15, 14 [cod. 100] -ta sunt v. de manibus eius [*gr. διελύθησαν, Vulg.* dissipata sunt et soluta]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 7, 1 [*in imag.*] -i vincla sermonis [*cf. p. 1490, 70*]. *cf. l. 4***)**. PETR. CHRYS. serm. 103, 1 quae est ista tuba, quae inferis infert bellum, sepulchris -it moles? *al.* *quae non iam adhibentur*: RVF. podagr. 27 non oportet de subito removere potiones ... neque diuretica existimo confestim -ere, quae consuetus erat bibere, sed paulatim subtrahendum est.

b *ligamentum sim.* (*cf. p. 1492, 14*): CELS. 6, 19, 3 tertio ... id die -endum est. 8, 5, 3 (*antea*: demendum est) *habena* -itur ... aqua calida. 8, 10, 1[L] *fasciae* quotiens -tae fuerint, subtrahantur (8, 10, 2[D] eae *f.* -endae sunt). *al.* PLIN. nat. 27, 69 (*antea: conferva* circumdata universo corpori) deficientem herbam ... -entibus. 30, 73 *quidam medicamina* XXX die -unt (solv- *var. l.*). *pass. impers.*: CELS. 8, 7, 4 tertio die -i debere. 8, 9, 1[F] cotidie ... -etur.

2 *qui vel quae seiunguntur, discinduntur, i. duo vel complures animantes vel res fere aequales, quae antea coniunctae erant, separantur (a quo, indicatur per praepos.* ab *e. g. l. 68. p. 1495, 10,* ex *l. 71. p. 1495, 15, adv.* undique *p. 1495, 17, abl. nudum p. 1495, 12); -untur*: **a** *res* (*ubi obi. plur. occurrit, hic illic complures res inter se separantur, e. g. l. 68. 69. 73 sq. p. 1495, 2*): VERG. Aen. 9, 517 quae *moles Teucrorum* stravit Rutulos late armorumque -vit tegmina. CIRIS 459 -ta ab litore classis (*Heinsius,* revoluta *codd.*). LIV. 21, 47, 2 ratibus, quibus *Scipio* iunxerat flumen, nondum -tis. 21, 47, 3 extrema *pontis* -ta erant. SEN. nat. 6, 22, 2 (*ratio Asclepiodoti*) fieri potest, ut ex his, quae impendent, rupibus aliqua -ta ... cadat. SIL. 1, 369 terribilem in sonitum procumbens aggere victo Herculeus labor, *i. moenia,* atque immania saxa -ens mugitum ingentem caeli dedit (revolv- *var. l.*). VLP. dig. 34, 2, 25, 11 *lapides* et si in hoc sint -ti, ut componantur, ornamentorum loco sunt **(**VET. LAT. Marc. 13, 2 [cod. 1]

[Meusel]

dico vobis, quia non relinquentur in templo, qui *l.* non -atur [*gr. καταλυθῇ, Vulg.* destruatur; *nisi ad p. 1493, 64*]). PAVL. dig. 6, 1, 23, 7 cementa … -ta prior dominus vindicabit. **b** *animantes partesve corporis eorum* (*fort. huc p. 1490, 40*): FEST. p. 270 rediviam quidam, ali reluvium appellant, cum circa unguis cutis se -it (*Paul. p. 271* solvit). CELS. 7, 9, 2 quae *lineae* citeriorem partem *vulneris* ab ulteriore ex toto deducant; deinde ea, quae sic -imus, in unum adducere (reposuimus *var. l.*). SEN. Phoen. 52 vis nulla … a tuo nostram manum corpore -et (PS. PHILO antiq. 27, 11). nat. 2, 59, 4 numquid facere amplius possunt (*sc. mors et omnia, quae ad mortem ducunt*), quam ut corpus ab animo -ant? (CONSVLT. Zacch. 1, 13, 3 defunctorum … animae -tis c. ad sedes debitas perducuntur). LVCAN. 8, 786 semusta rapit -taque nondum ossa satis nervis. *al. in arte medica*: CELS. 5, 19, 19 *emplastrum* exēst … vehementer corpus atque ossa quoque -it (*nisi ad p. 1490, 45 sqq.*). 5, 28, 17[A] videntur … esse in ea *impetigine* quasi bullulae quaedam, ex quibus interposito tempore squamulae -untur (6, 2, 1 quaedam quasi s. … a cute -untur). 8, 5, 5 si quod fragmentum *ossis* undique -tum cum ceteris non glutinabitur.

3 *qui vel quae liberantur (a qua re stringente, ligante vel unde, indicatur per abl. passim, per praepos.* de *l. 38,* ex *l. 37; opp.* cingere *l. 39. 44,* iungere *l. 24,* vincire *l. 28); -untur*: **a** *animantes vel partes eorum*: OV. ars 2, 587 *Vulcanus* captiva -it corpora *Martis et Veneris.* 3, 272 arida nec vinclis crura -e suis! 3, 313 his sua Sisyphides auditis, *sc. cantibus Sirenum,* paene -vit corpora. met. 4, 738 -ta catenis incedit virgo, *sc. Andromeda.* fast. 4, 180 ter iungat Titan terque -at equos. MANIL. 1, 759 *heroum* animae … *et* nomina … corporibus -ta suis terraeque remissa huc migrant ex orbe, *sc. ad lacteum orbem.* SEN. Herc. f. 967 vincla Saturno exuam contraque patris impii regnum impotens avum -am. COLVM. 1, 8, 16 *vilicus* servare debet, ut … quem ipse sua sponte vinxerit, antequam sciat dominus, non -at (*sim.* 11, 1, 22 [solvat *var. l.*]). 10, 361 (*c. acc. respectus*) *femina* -ta sinus, ⌞-to maesta capillo⌟ (*ad p. 1490, 27 sqq.*). LAVS Pis. 144 galea miles caput et latus ense -it. STAT. Theb. 9, 274 saucius ille *frater* levantem *Agenorem* degravat amplexu; poterat -tus Agenor emersisse vadis. 9, 700 ubi pugnae cassis anhela calet, -to vertice nudus exoritur. silv. 1, 2, 53 *Venus* amplexu duro Getici -ta mariti. 4, 2, 48 Therapnaea -tus gymnade Pollux. VLP. dig. 29, 2, 71 pr. (*in imag.*) cum scribit ei *servo* libertatem, vinculo suo -it. VET. LAT. Mal. 4, 2 (Aug. civ. 18, 35 p. 310, 27) exultabitis sicut vituli ex vinculis -ti (*gr. ἀνεμένα, Vulg.* sicut vituli de armento). *al. e loco quodam*: RVFIN. hist. 11, 13 de metallis -i monachos iubet. **b** *res*: OV. met. 1, 382 velate caput cinctasque -ite vestes. COLVM. 5, 6, 27 maxime … prodest vitibus omnibus annis -i (*pendet* PALLAD. 3, 13, 2 providendum est … vitem -i ac religari). LVCAN. 2, 145 (*in imag.*) -ta … legum frenis ira ruit. SIL. 6, 512 *puppis* vinclis -ta moveri paulatim … coepit (14, 525 [*524* catenas … et vincla abrumpere] hostili -ta puppe). 12, 495 cinctos … -ere muros.

4 *quae efferuntur, emittuntur sim.* (*fort. huc p. 1490, 74*): STAT. Theb. 7, 489 *Iocasta* clamorem horrendum luctu furiata -vit. Ach. 1, 674 partus *Deidamiae* index Lucina -vit (*cf. vol. X 1, 537, 53 sqq.*). AMBR. hex. 4, 5, 21 *ver facit,* ut terra germinet ac -ta sulcis semina revivescant. BOETH. cons. 5 carm. 1, 3 Tigris et Euphrates uno se fonte -unt et mox abiunctis dissociantur aquis. CORIPP. Ioh. 6, 605 tunc pars inimica -it vallibus ⌞e cunctis⌟ per latos agmina campos (⌞ ⌟ cruentis *trad.*).

p. p. p. **resolūtus,** -a, -um *pro adi. compar. l. 59. 64. 69* (*cf. adv. l. 74*). *exempla certiora praebemus tantum, v. etiam supra p. 1490, 34 sqq. 1492, 63 sqq.*

fere i. q. dissolutus, remissus, laxus sim. (*de animantibus vel rebus ad eos pertinentibus*): **1** *corporaliter de corpore infirmato*: COLVM. 1 praef. 17 sic iuvenum corpora fluxa et -a sunt, ut nihil mors mutatura videatur. PETR. CHRYS. serm. 50, 3 temporales aerumnas -i corporis sic deflebat, ut aeternas poenas ⌞-ioris⌟ animae non defleret (⌞ ⌟ *ad l. 64 sqq.,* resolutionis *var. l.*). 173, 7 (*spectat ad Marc. 6, 21 sqq.*) ut qui fluida tota, tota ierat -a, saeva et truculenta, *sc. filia Herodiadis,* revolaret. **2** *incorporaliter fere i. q.: lascivus, mollis*: SIL. 11, 303 Tyrio -a in gaudia coetu converso. MART. 10, 98, 2 addat cum mihi Caecubum, *sc. vinum,* minister Idaeo -ior cinaedo, *i. Ganymede. invalidus*: PS. AMBR. mans. 1 p. 9[B] feminea et -a segnities nobis inest. PHYSIOGN. 15 cutis capitis rugosa vel laxior si fuerit, animum -um, mollem, femineum indicat (*cf. l. 59*). PETR. CHRYS. serm. 24, 2 si tu eius *carnis* deses et -us non fueris institutor. *neglegens*: RVFIN. Basil. reg. praef. 2, 14 *estis* remissiores ac -iores ad ea implenda, quae recta inventa fuerint. PETR. CHRYS. serm. 166, 9 ebdomadae nunc -ae, nunc rigidae, nunc indulgentes nimium, nunc severae. *immoderatus*: PETR. CHRYS. serm. 49, 3 *nequitia Iudaicae mentis* ligno, lapidibus tota -a, prophetiae rebellis.

adv. **resolūtē,** *sc. non nisi compar.* -ius. *i. q. modo resoluto, lascive*: TERT. nat. 1, 19, 3 quo ⟨fac⟩ilius rideatis et -ius decachinnetis.

deriv.: resolubilis, resolutio, resolutivus, resolutorius.

compos.: irresolubilis, irresolutus. *Meusel.*

resolūtio, -ōnis *f.* *a* resolvere. *de notione*: FVLG. Virg. cont. p. 101, 20 elisis (*i. ἔκλυσις*) … graece -o dicitur. *cf. infra l. 46. legitur inde a* CELSO, *in orat. soluta tantum.* [*confunditur in codd. c.* dissolutio *p. 1497, 42. 58,* solutio *e. g. l. 15. p. 1497, 11; in falsa var. l. pro* resultatio *v. p. 1609, 65 sqq.*]

i. q. actio vel effectus resolvendi (*gr. fere resp. ἀνάλυσις, nisi aliud indicavimus; c. gen. inhaer. l. 60. p. 1497, 55 sqq.; pendet praepos.* in *c. acc. l. 64, c. abl. p. 1498, 15*): **I** *corporaliter; -o fit potius*: **A** *relaxando, remittendo*: **1** *res tentas, vigorem sim.*: **a** *in medicina resolvitur corpus eiusve pars*: **α** *in malam partem respicitur debilitas, infirmitas, torpor: cuiuslibet partis corporis, sc. de paralysi*: CELS. 2, 1, 12 -o nervorum, paralysin Graeci nominant (2, 1, 22 n. -es. 2, 10, 6 n. et -o et rigor et ⌞distentio⌟ [*sim. opp.* 5, 28, 2[B]. 8, 4, 1 *nec non* 8, 4, 21, *ubi var. l.* sol-]. 3, 27, 1[A] *v. vol. X 1, 308, 36 sqq. al.; cf. l. 31*). 2, 8, 14 oris -o etiam alvo cita finitur (*cf. Hippocr. prorrhet. 2, 38 παραστρέμματα …, ἀπόπληκτοι*). 3, 24, 2 membrorum. 4, 15, 1 maxillarum. 6, 6, 36 oculorum. THEOD. PRISC. log. 35 totius corporis et virium plena -o (PS. SORAN. quaest. med. cod. Lincol. 220 [*de apoplexia*] fit … t. c. -o cum amputatione sensibilium). *ventris, alvi, sc. de profluvio sim.* (*huc etiam, nisi interpol.,* CELS. 4, 12, 7 [*tuetur Capitani, Stud. Ital. 39, 1967, 154 sqq.*]): CELS. 2, 6, 2 ventris -o (THEOD. PRISC. log. 102 [sol- *var. l.*]). 2, 7, 8 post alvi longam -em (*cf. Hippocr. aphor. 7, 23 ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει*). THEOD. PRISC. log. 43 -o stomachi ([sol- *var. l.*]. CAEL. AVR. acut. 3, 19, 191 diarrhoea atque s. -o [*seq. s.* solutione]). *pupillae, sc. de mydriasi*: THEOD. PRISC. log. 56 pthisis ex contractione … pupillae contingit, ex … -e pupillae mydriasis. **β** *in bonam partem respicitur status non iam tentus rigidusve*: CELS. 3, 24, 4 *post purgationem* modice cibum oportet adsumere …, ut -o ventris maneat.

b *vario contextu*: TERT. anim. 43, 2 Stoici somnum -em sensualis vigoris affirmant (*sim.* 43, 5). 51, 3 *mortuorum* ungues … nervis -e porrectis provectiores. HIL. in psalm. 2, 12 l. 13 (*antea*: irridere … officio oris efficitur) non quod in incorporalem deum aut -o aut obductio oris incideret.

2 *res ligantes, vincula*: PACIAN. epist. 1, 6, 2 (*in imag. respic. Matth. 18, 18*) -o vinculorum et sacramenti potestas. SERV. Aen. 2, 463 'labantes' (*sc. iuncturas turris*): faciles ad -em.

B *separando, disiungendo*: GELL. 17, 9, 12 (*de scytalis Lacedaemoniorum*) -o … lori, *sc. a surculo,* litteras truncas … reddebat. ORIG. in I reg. 6 'Selom' … interpretatur … excalciatio, hoc est calciamenti -o (*seq.* discalciari). *in imag. de liberatione animae a corpore* (*unde, indicatur per praepos.* ab *l. 44; cf. p. 1497, 36 sqq.*): AVG. epist. 147, 31 (*antea: in extasi* manente corporis vinculo) an omnino -o facta fuerit, qualis in plena morte contingit. c. Iulian. op. imperf. 6, 31, 7 mortem …, id est -em animae a corpore (serm. 298, 3 [*postea*: est … vinculum corporis et ligatus est homo *eqs.*]). loc. hept. 4, 69 (*respic. Luc. 2, 29*) *ἀπολύεις* habet in graeco, quod magis a -e quam a dimissione dictum sonat (*nisi ad p. 1497, 36 sqq.*).

C *dissolvendo, destruendo, consumendo* (*ex aliqua re in aliam rem l. 64*): **1** *dilabitur cadaver, corpus*: IREN. 3, 23, 6 per carnis -em, quae fieret in terra. SERV. georg. 3, 482 (*respic. pecudes peste mortuae*) non tantum fuga animae, sed etiam corporis -e (COMMENT. Lucan. 2, 2 ad quam *lucem* animae post -em c. perveniunt purgatae. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 27, 6 [*antea*: convertaris in terram de qua sumptus es] -o corporum. PETR. CHRYS. serm. 101, 3 [*antea*: mors] quos c. -o promovet ad melius. *al.*). 4, 226 res … haec, quae mors vocatur, non est mors, quippe quae nihil perire facit, sed -o (*postea*: rerum conexionem resolvens). PAVL. NOL. epist. 12, 7 -e (resurrectione *var. l.*) carnali … mori (45, 4). AVG. c. adv. leg. 1, 16, 30 in -e carnis. PETR. CHRYS. serm. 103, 4 (*in imag.*) *est* sulcus sepulchrum, -o germen *eqs.* EVSEB. GALLIC. hom. 10, 6 l. 120 -o corruptionis. *al.*

2 *cetera exempla; -o fit*: **a** *vario modo*: PS. MAR. VICTORIN. phys. 2 (*antea v. vol. IX 1, 132, 67 sqq.*) definitio nationis et -is, *sc. rerum* (*postea*: incipiunt … et consummantur). CHALC. comm. 274 quae … varie varia formantur mutua ex alio in aliud -e (*sim. 325, ubi* conversione; *v. etiam p. 1492, 29*). IVLIAN. epit. in psalm. 23, 2 ut super fontes sine -e subsistat *orbis terrarum.* CASSIOD. in psalm. 1, 4 l. 344 pulvis … est -o terrae. ORIBAS. syn. 7, 24, 1 Aa p. 162, 4 et -o et inflatio et tensio (*gr. χύσις, La* resolutus). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23, 6 p. 384[C] (*respic. I Cor. 15, 51 sq.*) -em rerum … mobilium. **b** *liquefaciendo, diluendo*: COMMENT. Lucan. 1, 219 ut … crescere fluvius videretur -e nivis (*sim.* VITA Marcell. Ebred. [BHL 5227] 13 *fluvius* nivium -e tumescens). RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 11 sol est, qui constringit et qui resolvit, cum contrarium sit -o et constrictio (*gr. τοῦ τήκεσθαι*). AVG. in psalm. 147, 2 l. 16 crystallum, durata per multos annos et non resoluta nive, ita congelascere, ut -o facilis non sit (*postea*: haud facile dissolvi possit). PS. GALEN. urin. 17

[Ok.]

(*antea*: resoluta ... pinguedo). *in re medica* (*meton. de ipso medicamento l. 7*): MARCELL. med. 7, 22 -o ... vel compositio ... medicaminis talis est: '...' (*postea*: sic resolves medicamen). ORIBAS. syn. 2, 56, 37 La p. 124, 24 papaveris sucus ... *non* conglomaratus ⌊in -e⌋ (*gr. ἐν τῷ διηθεῖσθαι. antea*: facile resolvitur in aqua). 2, 56, 38 Li p. 125, 3 *opium,* si glaugium (*i.* -cium) admixtum habet, crocizat in -e (*Aa* resolutus, *gr. ἐν τῇ ἀνέσει*). 3 add. La p. 902 adn. 20 -o diaquilon: cera *eqs.* (*postea*: omnia simul resolvis).

II *incorporaliter*: **A** *quolibet usu; -o fit*: **1** *explicando, enodando ignota, obscura, quaestiones sim.*: GELL. 18, 2, 10 quaesitum ... est, quae esset huius sophismatis -o: '...' (sol- *var. l.*). IREN. 1, 14, 9 de -e eius nominis (*gr. ἐπιλύσεως. cf. Förster, Marcus Magus, 1999, 291*). 2, 10, 1 omnis ... quaestio non per aliud, quod quaeritur, habebit -em (*seq.* solvetur). DON. Ter. Andr. 851, 2 poetae ad exitum festinantis et -em fabulae. CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 51, 36 *ut* omnis per propositionem et -em de vero dogmate perscrutatio ... iudicetur (*v. vol. X 2, 2081, 26 sqq.*). I 5 p. 263, 9 -o quarti anathematismi sancti Quirilli **(***gr. I 1, 5 p. 19, 21 ἐπίλυσις. cf.* p. 266, 17 -o sancti Quirilli [*gr. I 1, 5 p. 20, 20 ἐπίλυσις, quod vertitur e. g. I 5 p. 268, 23* interpretatio]**)**. *al.*

2 *absolvendo, liberando (vix huc l. 63): ?homines, qui e collegio dimittuntur* (*si recte intelleximus*): CORP. epist. lat. 167 II 24 (*saec. II med.*) resol⟨u⟩tione ⌊chiristar⟨u⟩m⌋ (*i. χειριστῶν. postea opp.* in hoc corpore maneat). *peccata*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 160, 6 panni, quibus tunc obsitus est *Christus infans,* nunc facti sunt -o peccatorum (*gr. I 1, 2 p. 88, 22 λυτήρια*).

3 *dissolvendo, irritum faciendo, destruendo*: **a** *quaelibet exempla*: VLP. dig. 41, 2, 13, 2 venditionis est -o redhibitio. IVLIAN. in Os. 1, 1 l. 519 -em ... captivitatis ... fuisse promissam (epit. in psalm. 25 praef. [*cf. Iulian. in psalm. ibid.* solutionem]). EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 87, 13 ut hoc permaneat sacramentum nec possit ... dissolvi ..., ne sequatur ineffabilis -o sacramenti. ATHAN. epist. ad Adel. 5 l. 107 *haeretici* nullam ... factam ... -em mortis, *sc. resurrectione Christi,* arbitrantur (*Migne gr. 26, 1077^{D} κατάλυσιν*). *in refutatione*: SERV. Aen. 10, 65 *Iuno* utitur ... replicatione rerum obiectarum; post enim sequitur -o. ENNOD. opusc. 1, 58 p. 277, 9 nec replicationibus tuis reperiuntur contraria nec obiectionibus facilis occurrit -o. **b** *respicitur mors, finis vitae* (*cf. p. 1496, 40 sqq.*): VET. LAT. II Tim. 4, 6 (cod. 77, *sim. al. et* VVLG.; *loq. Paulus*) iam immolor, et tempus -is meae instat **(**[*cod. 75* solutionis, *ceterum v. p. 841, 7 sqq. et cf. vol. V 1, 1497, 64 sqq.*]. *inde* AVG. conf. 9, 13, 36 imminente die -is suae. EVCHER. epist. ad Val. p. 722^{D} l. 627 illud debitae -is ... tempus instare [*seq.* mortem]. *al., e. g. p. 1496, 44***)**. EVAGR. vita Anton. 88, 3 l. 12 post -em eius *sancti* (dis- *var. l.; gr. κοιμηθέντος αὐτοῦ*). PS. AVG. sobr. 2, 2 l. 4 post huius vitae -em in claritate caelesti regnare **(**RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 105, 16 ut -em v. ... impetremus [*postea*: solutionem calamitatum praesentium]**)**. CASSIOD. hist. 9, 30, 7 *naturae humanae* mortalitas atque -o (*gr. Theodoret. 5, 18, 3 διαῤῥέον*). *al.*

4 *relaxando, remittendo*: **a** *vario respectu; resolvuntur ea, quorum vis, rigor sim. minuitur*: EVANTH. de com. 3, 3 -e huius metri *iambici* quantum potest comminuti ad imaginem prosae orationis **(***cf.* SEDVL. epist. 2 p. 172, 3 [*antea*: pro metricae necessitatis angustia] linguae -o. *aliter sub B3***)**. AVG. catech. rud. 14, 7 ad consolationem illius -emque tristitiae (*seq.* lenire). **b** *respectu morali de licentia, effeminatione sim.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 5 p. 353, 18 deliciae ... et otium et -o. RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 176, 11 qui luxuriam eius *animae* -emque castigat. GREG. M. past. 3, 16 l. 6 R. nimia -e lenitatis ... vigorem districtionis emolliunt **(***c. gen. inhaer. ut*: COMMON. patr. 2, 7 l. 14 revelavit ... dominus, quae circa illum monachum erant neglegentiae et ignaviae -o [dis- *var. l.*], et delectationes corporeas cordis**)**. *al.*

5 *dividendo in partes, sc. in doctrina Arianorum, qui Iesum consubstantialem deo patri esse negant*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 6, 1 substantiae sectionem atque scissionem et -em.

6 *persolvendo, sc. in remuneratione*: EPIST. imp. Honorii Zeitschr. Pap. Epigr. 61, 1985 p. 274, 18 confidimus, ut muneris -o incitet ... ardorem (resolutis *trad.; sec. Sivan ad l. potius ad 2 pertinet*).

B *usu technico*: **1** *in arithm. est divisio numeri*: PS. CENS. frg. 5 geometrica est scientia digerendi figuras ⌊⟨earumque⟩ numeros emetiendi cum suis -bus⌋ (*sic Sallmann,* ⌊ ⌋ *del. Hultsch*). MACR. somn. 1, 5, 18 (*antea: numerus octonarius* solvitur in numeros pariter pares) cum ... contextio ipsius *numeri* pari aequalitate procedat et -o aequaliter redeat usque ad monadem. BOETH. arithm. 2, 1, 1 l. 6 rerum elementa ex hisdem, *sc. ex imparibus et paribus,* ... componuntur et in eadem rursus -e (sol- *var. l.*) facta solvuntur. 2, 3, 6 l. 40 ex duplici ... et sesqualtero triplex ratio proportionis exoritur et in eas rursus -e facta revocatur. **2** *in arte logica, dialectica: est genus probationis* (*opp.* syllogismus *p. 1498, 1; ad rem v. Van Winden, Chalcidius on matter, 1965, 128 sqq.*): CHALC. comm. 302 (*antea opp.* syllogismi) altera *probatio* ..., quae ⟨ex⟩ posterioribus ad praecedentium indaginem gradatim pervenit, quod genus probationis -o dicitur (*cf. p. 1488, 25*). *ibid.* utemur probationis remediis ex -e manantibus. 303 est unum duarum probationum genus, quod -o dicitur. 304 sequitur ... -em compositio (*cf. postea*: iuxta legem rationemque dissolutionis). *cetera exempla*: PS. SORAN. quaest. med.cod. Carnot 2, 2 (= Lond. 2) definitio constat ex genere et specie et differentia accidentium, quae per -em ad ⟨de⟩terminationem proferuntur. BOETH. anal. pr. 51a18 si ... sumatur privativa, non erit -o. 51a31 quando ... A omni B, C autem alicui non inest, non fit -o. *al. in eodem opere.* **3** *in re metrica est solutio syllabae longae* (*aliter p. 1497, 48*): DON. gramm. mai. 1, 4 p. 607, 7 accidunt unicuique pedi arsis et thesis ..., -o, figura, metrum (*sim.* DIOM. gramm. I 475, 6 [sol- *var. l.*]). SERG. gramm. IV 480, 15 -o, ut si pro spondeo proceleumaticus ponatur ...; solvuntur ... duae longae in quattuor breves (*sim.* ISID. orig. 1, 17, 28 *'abiete'* -o est spondei in proceleumatico, in qua -e *eqs.*). CLEDON. gramm. V 30, 12 -o, quia licet pro una longa duas breves ponere (*sim.* POMP. gramm. V 121, 24 sqq. *al.*). SCHOL. Hor. carm. 1, 23 pr. versus ⌊per -em scanditur⌋ (*ibid. iterum*).

resolūtius *adv. compar. v.* resolvo.

resolūtīvus, -a, -um. *a* resolvere. *i. q. ad resolutionem pertinens, sc. de modo doctrinae* (*cf. Galen. ars praef. Kühn I 305 ἀνάλυσιν*): AGNELL. in Galen. puls. 1, 40 tres ... sunt modi secundum Galienum discendi, compositivus et -us et ex termini dissolutionem. sect. p. 32, 36 analeticus est -us, sinteticus est compositivus *eqs.* p. 34, 14 sic est destructivus sive -us, hoc est analeticus. COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 41 -us et complexivus et difinitivus ordinem habent.

resolūtōrius, -a, -um. *a* resolvere. *i. q. ad resolutionem pertinens*: **1** *vario contextu de eis, quae resolutionem efficiunt, resolvunt*: **a** *de quibuslibet rebus liberantibus* (*a qua re, indicatur l. 34*): SERV. auct. Aen. 4, 518 solent ... et -a sacrificia ab aruspicibus fieri. PS. ATHAN. c. Apoll. 1, 7 l. 180 quod *Adam* ... in corruptionem et adiudicationem mortis deposuit, hoc Christus, *sc. resurrectione,* incorruptum et ⌊-um a morte⌋ ostendit (⌊ ⌋ *Migne gr. 26, 1105^{A} λυτήριον θανάτου*). GREG. M. epist. 3, 18 l. 17 (*antea*: largitatem ... concessam ... revocare ...; bene gesta resolvere) -am proferre ... sententiam. **b** *de remediis dissolventibus*: DIOSC. 5, 64 p. 192, 18 virtus est ei *vino* -a, ⌊pituitas incīdens⌋ (*gr. 5, 42 διαλύει ... πάχη*).

2 *in arte logica* (*pro gr. ἀναλυτικός*): **a** *de ipsa ratione analytica* (*fem. pro subst.*): BOETH. diff. top. 1, 1, 1 p. 1173^{B} ea ... pars, *sc. logices,* ... ab illis analytice vocata est, a nobis potest -a nuncupari. **b** *de tit. librorum Aristotelis, qui Ἀναλυτικά dicuntur* (*de eisdem e. g. Boeth. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 4, 1* priores postremosque analyticos. *masc. pro subst. praeter l. 46*): BOETH. herm. 19b31 quemadmodum in -is dictum est. in herm. comm. pr. 2, 10 p. 135, 7 sq. quemadmodum in analyticis, id est -is, dictum est; scripsit autem duos -os libros de syllogismo. comm. sec. 4, 10 p. 293, 26 in primi libri priorum -orum, quae *Ἀναλυτικά* Graeci vocant, fine (*sim.* in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 13, 3 scribit ... priores -os, quos Graeci *Ἀναλυτικούς* vocant). in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 13, 9 in secundis -is. comm. sec. 1, 9 p. 158, 12 postremi -i. syll. categ. 2 p. 816^{B} in -is dictum est. *al. apud eundem.* **c** *de tractatione*: BOETH. in Porph. comm. 1, 5 p. 13, 16 in syllogismorum -a disputatione.

resolūtus *v.* resolvo. *Ok.*

resonābilis, -e. *a* resonare. *i. qui resonat*: OV. met. 3, 358 vocalis nymphe, quae nec reticere loquenti nec prior ipsa loqui didicit, -is Echo (AVSON. 13, 110 [99 S.], 1).

resonantia, -ae *f.* *a* resonare. *i. q. actio resonandi: proprie* (*e coni. dub.* GLOSS. *p. 1503, 62*): VITR. 5, 3, 5 si locus electus fuerit *theatro aedificando,* ubi non ⌊impediatur⌋ -ā *vox* (⌊ ⌋ -antur *fere trad.; ad rem cf.* 5, 3, 7 omnes *undae sonorum* sine -a perveniunt ad imorum et ad summorum aures). *translate*: AVG. serm. 24, 4 l. 110 videte ⌊quasi⌋ -am contrariorum (⌊ ⌋ *sc. quae talis tantum videtur; cf. l. 103 sq.* litigare videntur divina eloquia, contrarium putantur sonare).

resonātio, -ōnis *f.* *a* resonare. *i. q. actio resonandi vel status inde ortus: proprie*: CASSIOD. in psalm. 150, 4 l. 92 quod *tympanum duobus modiis constructum* musici ... percutientes geminata -e modulantur. *translate et technice in arte med. pro gr. ἀπήχημα* (*v. Soran. fract. 8*): PS. SORAN. quaest. med. cod. Lond. 219 *calvariae fractura quaedam* dicitur ... ⌊*ἀ.*⌋, id est -o (⌊ ⌋ pissema *trad., item* cod. Lincol. 305, *qui addit explic. similem ac l. 71, ut etiam* cod. Carnot. 262 *omissa voce gr.*). 226 quid est ⌊*ἀ.*⌋? -o, ruptura[e] testae in alia parte, non ubi fit vulnus (⌊ ⌋ pissema *trad., item* cod. Lincol. 312, apichema cod. Carnot. 269). *Bk.*

resono, -āvī (-uī), -āre (-ere). *a* re- *et* sonare. *de formis, sc. tertiae coniug.*: NON. p. 504, 30 sonit pro sonat (*affert* PACVV. *p. 1499, 58.* ACC. *p. 1499, 61*). PRISC. gramm. II 445, 7 sono, sonas et sonis (*affert* ENN.

[Wick]

l. 26). *ibid.* 473, 22 *verba quaedam primae coniug.* et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur coniugationem (*affert* ENN. *l. 26.* ACC. *p. 1500, 14*). *perf.*: -vit *sim. p. 1501, 59. 70. 1502, 29. 1503, 10. al.* (*formae contractae*: HOR. sat. 1, 8, 41 -arint [-rent *var. l.*]. HIER. epist. 78, 7, 1 -arunt [*item* 117, 1, 3 in Is. 5, 21, 6 l. 43 G.]. in Is. 5, 15, 4[b] -arit); -uit *sim. p. 1500, 64 et* PORPH. Hor. carm. 1, 17, 10. 1, 20, 5 AVG. serm. 313B, 4 coll. Morin p. 74, 13 (*ceterum cf. app. crit.* PASS. Barth. 6 p. 143, 16). *pass. non legitur praeter l. 39* (*impers.*). *formae periphrasticae sim.* -are facere *p. 1500, 39. 1502, 33,* -antes fieri *p. 1501, 22; part. praes. vergit in adi. e. g. p. 1501, 15. 66. de notione* (*cf. p. 1500, 23*): SYNON. Cic. p. 442, 7 -at. resultat. remurmurat. respondet. GLOSS.[L] I Ansil. RE 1550 -bant: reboabant. 1551 sqq. (cod. Paris.) -bant: resultabant. clamabant. resiliebant. modulatum canticum reddebant. 1557 -at: iterum sonat. III Abol. RE 79 -at: murmurat, ⌊sonitu[m] implet⌋ (*ad p. 1502, 33*). GLOSS. II 229, 7 *ἀντηχῶ*: -o. IV 386, 47 -at: concinat, crepat, personat. *sim. al. legitur in versibus inde a* PLAVTO *p. 1500, 47,* ENN., PACVV., ACC., *in prosa orat. inde a* CIC., VARRONE, VITR., *saepius apud Christ.* **[***confunditur in codd. maxime c.* sonare *p. 1500, 47. 1502, 44 (restit. p. 1500, 5; in falsa var. l.* HIER. c. Vigil. 5 l. 32. *al.); in falsa var. l. pro* resanare *p. 1418, 26* (*falso trad. p. 1418, 32*).**]**

i. q. sonum reddere: **I** *intransitive* (*accedit acc. neutr. pro adv. e. g. l. 31. 74. p. 1501, 59. 1502, 3. 7* [*cf. p. 1502, 13 sq.*]): **A** *pro subi. sunt, qui (quae) sonando respondent* (*cui, indicat dat. l. 74. p. 1500, 24. al., praepos.* ad *l. 40. p. 1500, 10. 26. 34*): **1** *res* (*audacius de tinnitu aurium p. 1500, 8*): **a** *ad ictum, pulsum illatum* (*aerem inflatum l. 31*): **α** *ab animantibus*: ENN. ann. 363 clipei -unt (*item -ant arma*: SIL. 9, 590. CLAVD. DON. Aen. 9, 665 p. 273, 22 -bant, quae percutiebantur telis. *al.*). HOR. sat. 1, 2, 129 *ne* magno pulsa domus strepitu *litigantium* -et. carm. 3, 11, 3 testudo, -are septem callida nervis (*item -ant instrumenta musica*: OV. met. 4, 333 -ant aera. SEN. Ag. 326 -et ... manu pulsa ... vocale chelys. CALP. ecl. 4, 75 fistula. *al.*). OV. met. 8, 18 (*14* turris ... ⌊vocalibus⌋ [-antibus *var. l.*] ... muris) petere exiguo -antia saxa lapillo. OCTAVIA 315 -ant remis pulsata freta (*item -at aqua*: SIL. 6, 363). SIL. 6, 179 -are solum tellusque moveri *veniente dracone. al.* HIER. in Ezech. 40, 1 l. 135 materia, *sc. aes,* cunctis metallis vocalior est et tinnitu longe -at. CLAVD. 21, 137 qualia rastris ossa peremptorum -ent immania regum. *al. -at ipse ictus*: ALC. AVIT. carm. 4, 302 Atlans ... ictu -ante secures sensit. **β** *plectro, nervis citharae* (*distingue p. 1500, 11*): CIC. nat. deor. 2, 144 (*pass. impers.*) in fidibus testudine -atur ..., et ex ... locis ... inclusis referuntur ampliores *soni.* 2, 149 quae *cornua* ad nervos -ant in cantibus. div. 2, 33 nervos in fidibus aliis pulsis -are alios. RVFIN. Basil. hom. 1, 2 l. 77 cithara ... -at ac resultat ad plectrum (*v. p. 1611, 16*). VITA Caes. Arel. 2, 34 (*in imag.*) tamquam ... organarius cordas tangebat singulorum, ita ut ... nobismet ipsis de eo, quod dictum fuerat, aliquantum -remus. **γ** *vi naturali*: VERG. georg. 1, 358 -antia longe litora (*pulsantur undis ut*: SEN. Herc. O. 1568. 1583 [*adynaton*] fretum dulci -bit unda. PLIN. nat. 18, 359. *al.*). OV. met. 7, 106 ut ... solent pleni *igne* -are camini (*item agit ignis, calor sim.*: SIL. 13, 565 turbine anhelo flammarum -ans *Phlegethon.* IVV. 15, 5 *Aegyptus,* dimidio magicae -ant ubi Memnone chordae). SEN. nat. 2, 28, 2 nisi multo impetu dissiluere *nubes,* non -ant (*antea*: sonet). CALP. ecl. 2, 95 -ant frondes (*opp. 16* desistunt ... incurrere frondibus Euri). STAT. Theb. 3, 674 -ant permixto turbine *torrentis* tecta, arva, armenta, viri.

b *ad sonum, sc.*: **α** *loca, aedificia, aether sim.* (*cf. l. 28; sonus amplificatur [v. p. 1500, 7, cf. l. 40], late diffunditur, multiplicatur; echo v. p. 1500, 1 sqq.*): Ⓘ *accedit abl. indicans sonum eiusve auctorem, causam* (*exempla selecta inde a* VERG.): PACVV. trag. 114 hymenaeum fremunt aequales, ⌊aura⌋ -it crepitu musico (⌊ ⌋ aula *Scaliger*). 223 clamore et sonitu colles -antes bount. ACC. trag. 550 quod *tectum* eiulatu, questu ... -ando ... voces *Philoctetae* refert. praetext. 2 clamore et gemitu templum -it caelitum. VERG. ecl. 2, 13 -ant arbusta cicadis (*item sono animalium*: georg. 1, 486 -are lupis ululantibus urbes. *al.* OV. met. 3, 231 -at latratibus aether. IVVENC. 4, 474 [*ad Petrum*] *Christum negabis* prius alitibus -ent quam tecta domorum. *al.*). Aen. 4, 668 ululata tecta fremunt, -at magnis plangoribus aether. OV. met. 10, 668 spectacula plausu. PHAEDR. 4, 26, 21 splendebat ... convivium, magno adparatu laeta -bat domus. SEN. Herc. O. 195 -et ... ⌊malis⌋ ... Trachin (⌊ ⌋ *an dat.? cf. p. 1502, 6*). LVCAN. 3, 227 -ant navalibus Aegae. VAL. FL. 1, 122 docta -are bipenni litora. APVL. mund. 35 p. 368 *civitatem* -antem hymnis et carminibus ..., ploratibus heiulantem. Ps. CYPR. singul. cler. 14 aut crepat litibus forum aut -ant litteris auditoria. *al.* Ⓘⓘ *cetera exempla*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 42 (*in imag.*) *Asia, virtutum* theatrum ... ita -ans, ut usque Romam ... voces ... referantur (*item -ant theatra*: OV. trist. 3, 12, 24. CLAVD. 20, 403 caveis). HOR. sat. 1, 4, 76 suave locus voci *recitantis* -at conclusus. SEN. epist. 56, 5 omnia. SIL. 11, 488 implebat -antia litora clamor. *al.* *respiciuntur imagines vocis, soni iterati* (*exempla potiora*): VITR. 5, 8, 1 loci ... -antes, qui dicuntur *ἀντηχοῦντες.* 5, 8, 2 *loci* -antes ..., in quibus, cum in solido tactu percussa resiliat *vox,* imagines exprimendo novissimos casus duplices faciat auditu. FRONTIN. strat. 2, 4, 3 -antibus montium iugis (*Gronovius,* son- *trad.*). IVST. 24, 6, 8 hominum ⌊clamor⌋ (*ad l. 35 sqq.*) ... personantibus et -antibus (respondentibus *var. l.*) inter se rupibus multiplex audiri ampliorque quam editur -are solet. *al.*

β *cetera exempla*: SEN. Oed. 188[b] -ant aures *aegrotantium* (ANTH. 452, 3 [*12* tinnit in aure sonus]. RVT. NAM. 1, 201 circensibus a. *al.*). PLIN. nat. 34, 76 dracones in Gorgone eius *Minervae statuae* ad ictus citharae tinnitu -ant (*cf. p. 1499, 38 sqq.*). PAVL. NOL. carm. 18, 331 plangore silentia noctis (*332* resultant). PHYSIOGN. 78 vox incurrit in nares, ita ut -ent nares (con- *var. l.; gr. I p. 406, 3 ἐν ῥινὶ φθέγγονται*). *al.*

c *ad quemlibet motum*: ACC. trag. 30 valvae -unt regiae. CIC. Tusc. 1, 96 sic e poculo eiecit *venenum Theramenes,* ut id -ret. PROP. 3, 22, 29 Andromedae ... catenae. OV. met. 8, 320 telorum custos (*sc. pharetra ut*: SIL. 12, 710). CELS. 8, 10, 1[B] *ossa fracta* mota -ant. SEN. apocol. 15, 1 vers. 1 missurus erat -ante fritillo. CALP. ecl. 4, 115 legumina ... siliquis. LAVS Pis. 208 tibi captivā -at manus ... turbā *figurarum vitrearum.* AMM. 17, 11, 1 ⟨tin⟩tinnacula. AMBR. in psalm. 36, 23, 1 dentes (*antea*: dentibus fremere). *al.*

2 *voces, echo sim.* (*verba sacrae script. l. 32; exempla potiora, cetera v. sub B1a; cf.* GLOSS. *et* SERV. *vol. V 2, 47, 4. 6. 29 sq.*): **a** *respondentes, ad invicem sonantes* (*c. dat. l. 25. 32 et fort. l. 27*): CIC. Tusc. 3, 3 (*in imag.*) gloria *est* ... vox bene iudicantium ...; ea virtuti -at tamquam imago. VARIVS trag. 6 *lyrae* modi, ad quos mundi -at canor (*cf. p. 1502, 21*). HOR. sat. 1, 3, 8 *ea vox,* -at quae chordis quattuor ima (*v. Krüger, comm. 1876, ad l. et Smith, Class. Rev. 20, 1906, 397 sqq.*). SIL. 1, 338 *in proelio* alternus -at clangor. VET. LAT. sap. 18, 10 (*9 iusti* decantantes laudes) -bat ... inimicorum vox (*gr. ἀντήχει*). AVSON. Mos. 296 -antia utrimque verba refert mediis concurrens fluctibus echo. QVODV. prom. 2, 12, 22 huic, *sc. Balaam deum interroganti,* recte -at scriptura: '...' (*deut. 6, 16*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 4, 6 rec. I (*antea*: pater, a quo ... honorem postulabat *Iesus* [*cf. Ioh. 12, 28*]) rursus vox ad eum -bat dicens: '...' (*rec. II* respondebat). **b** *solidis repercussae, resultantes* (*cf. l. 5*): VARRO rust. 3, 16, 12 secundum villam ... *collocentur melittones,* ubi non -ent imagines. SEN. nat. 6, 19, 2 cum in dolio cantatur, vox illa per totum ... percurrit ac -at (*postea*: sonuerunt). GAV. BASS. Gell. 5, 7, 2 indumentum illud oris, *i. persona,* clarescere et -are vocem facit. PLIN. nat. 1, 36, 23 echo septiens -ans. VET. LAT. sap. 17, 18 -ans de ... montibus echo ([*gr. ἀνταναχλωμένη*]. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 7, 29 rec. II).

B *quaelibet exempla (sc. vi praeverbii parum dilucida); pro subi. sunt*: **1** *qui(quae) eduntur, dicuntur, pronuntiantur*: **a** *sonus ipse* (*echo v. sub A2*): **α** *animantium voces, cantus sim.* (*indicatur passim, ubi vel unde sonus -et, sc. per praepos. e. g. l. 48. 53 sq. 66 sq., abl. l. 54. al., adv. l. 58; exempla selecta inde a* CVRT.): PLAVT. Pseud. 702 magnufice hominem compellabo. :: quoia vox -at? (sonat *cod. P contra metrum*). LVCIL. 965 vox ex te -ans. MACER carm. frg. 7 longo -antia sibila collo *serpentis* (*item sonum edunt animalia e. g.* CVLEX 147 dulcia ... carmina per varios edunt -antia cantus *volucrum.* SEN. Herc. f. 688 omen ... triste -at ... strigis. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 1 alarum sonitus [*cf. Ezech. 1, 24*]). DIRAE 30 nec mihi saepe meum -bit ... carmen. PROP. 1, 18, 21 quotiens teneras -ant mea verba sub umbras (*cf. p. 1502, 18*). SEN. Herc. O. 1545 planctus ... per urbes. CVRT. 9, 9, 26 plausus ... militum ... litoribus ripisque -bat. QVINT. inst. 1, 11, 6 nec verba ... oris inanitate -are. AMBR. Iac. 2, 12, 56 ultima verba morientum cum summa suavitate -bant. EVCHER. laud. her. 37 hymnis suave -antibus. CASSIOD. in psalm. 42, 1 l. 6 melos ... desursum nobis -are sentitur. *al. accedit oratio recta* (*cf. l. 32. p. 1501, 69. 1502, 75; verbum sine subi. ponitur l. 60*): HIER. epist. 22, 30, 5 '...': haec vox inter flagella -bat. 22, 31, 5. VVLG. Ier. 46, 14 -et in Memphis et in Tafnis dicite: '...'. *al.*

β *rerum*: Ⓘ *naturalium*: CVLEX 121 (*105* susurrantis ... vada lymphae) -ante susurro. EVSTATH. Basil. hex. 3, 3, 9 (*respic. harmonia septem stellarum*) intentis auribus erga strepitum ..., qui ... -uit (*gr. aliter*). Ⓘⓘ *instrumentorum musicorum, versuum*: SEN. Herc. f. 576 ars *Orphei* ... surdis -at clarius in locis. dial. 1, 3, 10 per symphoniarum cantum ex longinquo lene -antium. SIL. 14, 372 late cantu -ante ... increpuere tubae. CENS. 10, 11 inter primam ... ac tertiam tibiam ... -are *διὰ πέντε* (*sc. symphonia ut*: FAV. EVL. 24, 5 BOETH. arithm. 2, 48, 4 l. 26. *vix addas p. 1502, 25*). DRAC. Orest. 14 *ut* pede dactylico -ante quiescat iambus. *al.*

b *potius res, quae verbis exprimuntur, continentur*: **α** *proprie*: Ⓘ *strictius -ant, quae auditu percipiuntur, iudicantur*: Ⓐ *elegantia, latinitas sim.*: CIC. Brut. 171 illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum retinnit quiddam et -at urbanius (*item respic. urbanitas, eloquentia*: QVINT. inst. 11, 3, 30 os ... urbanum, id est, in quo

[Wick]

b *cetera exempla*: **α** *pendet praepos.* ad *indicans nexum quendam*: AVG. divers. quaest. 63 (*respic. λόγος, Ioh. 1, 1*) melius 'verbum' interpretamur *quam 'rationem',* ut significetur non solum ad patrem -s, sed ad illa etiam, quae per verbum facta sunt, operativa potentia. **β** *pendet gen. obi. indicans, quid consideretur vel de qua re mentio fiat*: HIL. AREL. vita Honorat. 11 l. 18 nullus in lucris dumtaxat parentum -s est. EMPOR. rhet. p. 571, 32 cum fere causam deliberandi honestatis -s induxit. GREG. M. in euang. 35, 1 l. 28 'erunt terrae motus …' (*Luc. 21, 11*), ecce -s irae desuper.

B *in sermone artis rhet. ad nexum rerum, sc.: causae oratoris et adiunctorum negotio q. d.* (*ad rem v. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 112*): MAR. VICTORIN. in Cic. inv. 1, 41 p. 102, 4 sq. videndum est, qua nostro negotio parte copulentur *haec aliena*; quae copulatio -s dicitur, quem -um Graeci *σχέσιν* dicunt. p. 102, 10 huius -us novem modi sunt. p. 102, 14 nisi … ad aliquid, nullus potest esse -s. p. 102, 17 hos -us negotiorum. *argumenti oratoris et adversarii* (*sc. dilemma proponentis*): MAR. VICTORIN. in Cic. inv. 1, 83 p. 139, 26 hoc … sic reprehendemus, ut ⟦cancellato⟧ veluti -u primam propositionem ad secundae propositionis dimittamus eventum, deinde *eqs.* (⟦ ⟧ *formam chiasmi exhibente; v. Hadot, Arch. Lat. Med. Aevi 24, 1954, 277 sqq.*). *Bl.*

1. ⊠**respergo** (-spargo), -sī, -sum, -ere. *a* re- *et* spargere (*cf. l. 30*). *forma* -sparg- *vel* -spars- *a quibusdam editur* LEX reg. *l. 46* (-sperg- *edd. vet.*). ACC. trag. 394 *p. 1512, 39* (-sperg- *c. codd. e. g. Dangel*). PAVL. FEST. p. 263 *p. 1512, 46* (-spers- *var. l.*), *ceterum occurrit in var. l.* CELS. 3, 19, 2 CVRT. 8, 3, 11 COLVM. 6, 2, 6. 9, 8, 13 PRVD. perist. 10, 13. SACR. Greg. 207, 2 (986 D.); *cf. l. 33.* *de prosodia*: PRISC. gramm. II 438, 3 spargo -o (*de* a *correpta simplicis in* e *correptam compositi conversa*). GLOSS. -sus: aspersus. -sum: aspersum. *legitur in* LEGE reg., *ceterum in orat. soluta inde a* CIC., LIV., *in versibus inde ab* ACC., CATVLLO, VERG. **[***confunditur in codd. cum* spergere (sparg-) LIV. 22, 1, 10 PRVD. perist. 10, 13, aspergere *p. 1512, 50 et* VAL. MAX. 4, 6, 4, conspergere HIER. epist. 26, 1 (*ubi* di- *var. l.; restit. pro* di- *p. 1511, 19*), *ceterum e. g. cum* respicere *p. 1512, 49 et* CIRIS 525 ALC. AVIT. carm. 2, 264. SACR. Greg. 207, 2 (986 D.), respondere HIER. epist. 22, 10, 1 VEN. FORT. vita Germ. 50 p. 8, 28 (*restit. p. 1511, 19*); *v. etiam p. 1512, 60.***]**

i. q. spargere: **I** *vi praeverbii vix perspicua (accedit* rursus *l. 59. p. 1512, 20); obi. acc. (subi. in pass.) est*: **A** *is (id), qui (quod) re sparsa afficitur, inquinatur, tegitur sim.* (*accedit acc. relationis p. 1511, 48. 57. 58. 1512, 49*): **1** *-untur res (huc traximus partes corporis, sc. l. 47. 54. 57. 63. 65. p. 1511, 20. 23. 1512, 41; cf. p. 1512, 49 sq.); qua materia -atur*: **a** *indicatur per*: **α** *abl.* (*aliter p. 1512, 11*): Ⓘ *proprie*: Ⓐ *rebus liquidis*: LEX reg. (Plin. nat. 14, 88) vino rogum ne respargito ([*cf. p. 1512, 46. 67*]. COLVM. 8, 5, 17 adoreo farre v. -so [*sim.* 8, 11, 14]). CIC. S. Rosc. 68 -sas manus sanguine paterno (*al.* CATVLL. 64, 230. *et saepius, e. g.* LIV. perioch. 89, 10 *maritus* ipse se transfodit et s. suo fores uxoris -sit. *cf. p. 1511, 9. 38 sqq.*). LIV. 7, 10, 11 *torquem* -sum cruore (39, 43, 4. VAL. MAX. 1, 6, 11 filii c. paterni -si oculi. 4, 6, 4. SEN. Herc. O. 958 si qua *coniunx* -sit manus viri c. *al., e. g.* FLOR. epit. 3, 21, 16 Merula flamen Dialis in Capitolio Iovis ipsius oculos venarum *suarum* c. -sit). 22, 1, 10 fontem … cruentis manasse -sum maculis. VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 os … *amici* sputo -sit. 5, 10 ext. 2 lacrimis -sa tura. CELS. 5, 18, 4 *ea* contunduntur -unturque aceto … acerrimo **(**5, 27, 4 fit, ut terra ⟦-sa eo⟧ *a.* spumet [⟦ ⟧ -so *var. l.*]. 8, 4, 18 PLIN. nat. 18, 308**)**. 7, 10 linamentum … -endum est medicamento. *al.* SEN. Ag. 976 caede -sam viri *dextram* (*cf. p. 1511, 35 sq.*). COLVM. 1, 6, 14 parietes oblinuntur amurgā subacto luto …; dein cum … tectorium inaruit, rursus ⟦amurcā⟧ -itur (⟦ ⟧ *nisi nom. intellegas, ut locus ad B1 pertineat; pendet p. 1512, 20*). 9, 14, 16 uvas … passas … aqua -sas … dabimus **(**[-sa *var. l.*]. VITA Caes. Arel. 2, 15. *cf.* 1, 41 domum … benedictae aquae infusione -sit**)**. *al.* PLIN. nat. 29, 75 saliva *salamandrae* … quacumque parte corporis … -sa omnis in toto corpore defluat pilus (*vix ad B*). TAC. hist. 4, 81, 1 quidam oculorum tabe notus … precabatur … principem, ut genas et oculorum orbes dignaretur -ere oris excremento. CLAVD. DON. Aen. 3, 625 p. 343, 26 antrum omne sanie taboque -sum. PRVD. perist. 10, 13 (*in imag.*) si superno rore -as iecur, *i. cor, mentem* (*cf. p. 1511, 53 et* CASSIOD. var. 12, 14, 3 holus … marina inroratione -sum). Ⓑ *rebus aridis*: CELS. 4, 7, 3 polline … *palatum* recte -itur. *al.* AMM. 22, 16, 7 *Dinocrates* penuria calcis … omnes ambitus linia-les farina -sit. HIER. epist. 22, 27, 4 qui … in pulchro corpore rara naevorum sorde -itur (*spectat ad Hor. sat. 1, 6, 67* inspersos … naevos). MART. CAP. 6, 588 (*in imag.; loq. Geometria*) ne … auratam curiam … rurali -sura pulvere credar intrasse (*cf. p. 1511, 56 sqq.*). 6, 647 *Aetnae* crater … favilla Tauromenium Catinamque -it.

[Spangenberg Yanes]

Ⅱ *translate* (*cf. l. 10; v. in imag. l. 15. 25. p. 1510, 67. 73*): VAL. MAX. 7, 2, 1 civitatis nostrae mores … quies plurimis vitiis -sit (-fers- *var. l.*). TERT. resurr. 7, 11 per quam *carnem* divina potestate -sa est *anima.* ALC. AVIT. carm. 2, 344 *Sodoma et Gomorrha* -unt caelum maculis. BOETH. cons. 2, 4, 20 quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo -sa est.

β *subi. (sc. iuxta act.) animantis vel rei* (*unde, indicat abl. l. 12* [*cf. subi. p. 1510, 74*]): STAT. silv. 2, 2, 86 *saxum* Eoae -it vena Syenes. QVINT. inst. 5, 9, 9 sanguis … -isse vestem potest. PS. QVINT. decl. 18, 3 (*translate*) coniugii mentem nulla libidinum -sit infamia (*cf. l. 73*). AMM. 22, 8, 5 *mare* circumfluis spatiis Propontidos -it … Cyzicum et Dindyma. PRVD. apoth. 695 liquidus caelesti spiritus ore virgineam -sit humum (*spectat ad gen. 2, 7*). EVSEB. GALLIC. hom. 3, 6 *locum sepulturae Stephani* tamquam de paradiso spirans aura *floribus fragrans* -sit. ALC. AVIT. carm. 2, 264 repentinusfulgor … lugendo … novos -sit lumine visus, *sc. Adami, cum pomum gustavisset* (*spectat ad gen. 3, 6 sq.; in imag. ut*: SACR. Greg. 207, 2 [986 D.] quidquid in domibus … haec unda, *sc. benedictionis,* -erit).

γ *adv.*: TERT. resurr. 53, 19 *caro* inde vocata est … unde, *sc. spiritu,* -sa est (*restit. Gelenius*; dispersa, responsa *var. ll.*).

δ *praepos.* de: PRVD. tituli 136 *Salomes* -sis manibus de sanguine iusto *Iohannis.*

b *non indicatur* (*agens indicatur l. 28*): CIC. Verr. II 5, 100 cum praetoris … oculos praedonum remi -rent. VAL. MAX. 2, 7, 8 (*in imag.*) ut in acie *fortitudine* exceptorum volnerum … ⌊cruore renovato⌋ victoriarum, quas … erat adeptus, titulos -ret (⌊⌋ *abl. absol. vix ad a pertinens*). COLVM. 7, 5, 13 *sanies* -sum vulnus … insanabile facit (repressum *var. l.*). PLIN. nat. 28, 69 magi vetant eius, *sc. urinam reddendi,* causa … umbram cuiusquam ab ipso -i, *sc. qui urinam reddit.* 30, 82 amuletum esse dicunt magi … sanguinem canis -sis parietibus (*abl. absol.*). STAT. Theb. 10, 174 *sacerdos Cybeles* sanguineos … rotat crines …: pavet omnis ager -saque cultrix arbor (*sc. pinus, quae in cultu usurpabatur*). TAC. ann. 16, 10, 3 cruentam … cervicem eius *mariti* amplexa servabat sanguinem et vestes -sas.

2 *-untur animantes (refl. l. 39); qua materia -atur*: **a** *indicatur per*: **α** *abl.*: Ⅰ *proprie*: Ⓐ *rebus liquidis*: CATVLL. 64, 181 -sum *Thesea* … fraterna caede secuta (LIV. 10, 39, 16 *exercitus* hominum pecudumque c. ⌊-sus⌋, ancipiti deum irae devotus [⌊⌋ *om. aliquot codd., v. app. crit. ed. Walters-Conway*]. *cf. p. 1510, 57*). VERG. Aen. 7, 547 (*loq. Allecto*) Ausonio -si sanguine Teucros (OV. am. 2, 14, 29 Colchida, *i. Medeam,* -sam puerorum s. LIV. 1, 13, 2 Sabinae mulieres … ne se s. nefando soceri generique -rent. *al.; in imag.*: HIER. epist. 22, 11, 4 *Hierusalem* -sa s. in campo invenitur erroris. PRVD. apoth. 544 *Iudaeus* Christi … negati s. -sus. *al.; cf. l. 75*). OV. met. 14, 604 *Numicius* suis …, quidquid in Aenea fuerat mortale, repurgat et -it aquis ([-sit *var. l.*]. *adde l. 50*). LIV. 3, 50, 3 *Verginius* -sus … ipse cruore (21, 63, 13 vitulus … ictus … multos circumstantes c. *suo* -sit. *al.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 3 [*in imag.*] *Mithridates Asiae* hospitalis deos iniusto, sed non inulto c. -sit. *al.; cf. p. 1512, 41*). VAL. MAX. 2, 2, 5 *cum legatus* unus … urina -sus esset *a Tarentinis.* SEN. Herc. O. 722 nulla nube -sus iubar … Titan. COLVM. 9, 9, 6 (*agitur de apibus*) pugna … examinum … ⌊pulveris exigui iactu conpressa quiescit⌋ (*sc. Verg. georg. 4, 87, ubi* quiescent) aut aqua mulsea passove et alio quo liquore simili -sa *eqs.* (9, 11, 1 *apium* plebes … -sas dulci l.). PETRON. 64, 10 candelabrum … eversum … oleo ferventi … convivas -sit. APVL. met. 11, 7, 1 marino rore -sus (*cf. l. 57*). CLAVD. 8, 75 domini -sus uterque insontis iugulo (*sc. sanguine, v. vol. VII 2, 638, 71 sqq.*). Ⓑ *rebus aridis*: CELS. 3, 19, 2 delinendus homo est vel gypso vel spuma argentea …, vel … subinde horum pulvere -endus (STAT. Theb. 8, 8 *Amphiaraus* clipeum … cruentis roribus et … -sus p. campi. CLAVD. 7, 37 -sus p. belli. 18, 260 p. -sus tineas [*i. caput tineis exesum, v. Fargues, comm. 1933, ad l.*]. *cf. p. 1510, 74*). SVLP. SEV. dial. 3, 6, 3 cinere -sus solo stratus orabat.

Ⅱ *translate* (*cf. p. 1512, 2. 8; v. in imag. l. 41 sq. 46. 75. p. 1512, 14*): VAL. MAX. 7, 3 ext. 8 Hannibal Fabium Maximum … ut aliqua suspicione trahendi belli -ret. SEN. Phaedr. 668 *Phaedra* -să nulla labe …, innocens. TAC. hist. 1, 48, 3 *Titus Vinius* servili … probro -sus est. HIER. hom. Orig. in Luc. 2 p. 17, 18 in conscientia nostra vanae gloriae sorde -imur ([*gr. ῥύπον κενοδοξίας … ἔχειν*]. 3 p. 21, 7 qui … aliqua s. -itur [*opp.* mundo corde; *gr. ἐβδελυγμένην, sc. καρδίαν*]). PAVL. NOL. epist. 49, 12 p. 400, 14 fastidioso sermone -i. AVG. c. Pelag. 4, 2, 2 Christum nulla … macula peccati fuisse -sum (*fere idem* 4, 4, 5). CONC. Rei. a. 439 p. 66 l. 67 praetermissis his, quae regressu ipsius eum … culpa societatis -erant. MART. CAP. 9, 999 (vers.) alumnum … vix … -sum lucro. COD. Theod. 12, 1, 74, 3 tribunorum plebis appellatione -sos. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 36, 7 pessumdetur …, qui te … -it infamia (*cf. l. 10*).

β *subi. rei* (*sc. iuxta act.*): PS. AVG. serm. ed. Mai 154, 2 (*in imag.*) -it … nos quodammodo sanguis Christi. LEO M. epist. 135, 2 Conc.^{S} II 4 p. 89, 14 *electo archidiacono*, quem nulla umquam praedictarum impietatum fama -erit (*translate ut*: PROSP. carm. de ingrat. 830 [*respic. Rom. 5, 12*] dicunt mortem in cunctos transisse per … primum hominem, cuius crimen -erit omnes).

b *non indicatur*: LIV. 1, 48, 7 *Tullia fertur* partem … sanguinis ac caedis paternae cruento vehiculo, contaminata ipsa -saque, tulisse ad penates suos virique sui. SEN. contr. 1, 7, 10 (*translate*) deprecabar …, ne fratrem occideret, tyrannicidam inquinaret, patrem -ret. SEN. benef. 6, 9, 1 in turba calcatus aut -sus aut, quo nollet, inpulsus est (*sc. luto ut*: dial. 5, 6, 4 per frequentia urbis loca properanti … aliubi labi necesse est, aliubi retineri, aliubi -i). PLIN. nat. 22, 60 scorpionem … inposita … herba aut uda omnino -sum protinus mori (-sa *dubitanter in app. Mayhoff*). TAC. ann. 15, 64, 4 *Seneca* stagnum calidae aquae introiit -ens proximos servorum. TERT. pudic. 12, 1 (*in imag.*) maculas carnis post baptisma -sa⟨e⟩ paenitentia[e] dilui posse.

B *id, quod spargendo diffunditur, dissipatur sim.* (*sub 1 res liquida praeter l. 24 sq.; quid re diffusa aspergatur sim., indicatur per dat. l. 23. 32 [vix abl., item l. 34], praepos.* in *c. acc. l. 24 sqq., c. abl. l. 34, adv. loci l. 31; huc pertinent var. ll. p. 1510, 56. 61 et coni. l. 12, v. etiam p. 1510, 59. 63*):
1 *proprie*: PALLAD. 1, 19, 2 quo tectorio siccato rursus amurcă -itur (*pendet e p. 1510, 59*). 2, 15, 15 lapis subter, *sc. sub serenda nuce,* vel testa ponenda est, ut radicem non simplicet sed repercussa -at (-et *var. l.*). HIST. AVG. Ver. 10, 7 *tantam habuit* curam flaventium capillorum, ut capiti auri [ro]ramenta -ret. VVLG. exod. 24, 8 *Moses* sumptum sanguinem -sit in populum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 2 *fluctus* furoris sui spumas in altum -so rore iactabant (*gr. εἰς ἄχνην ἀρρώδη καὶ ψιλὴν ἐσκορπίζετο*). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 140 odor -si in pocula vini. 6, 307 -so virtus geminata *est* liquori. VEN. FORT. vita Germ. 50 unguento -so (*var. l.* responso *def. Krusch; v. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 46 sq. adn. 2*). **2** *in imag. vel translate*: SVLP. VICT. rhet. 20 p. 323, 17 *narratio* probabilis erit, si argumentorum et quaestionum semina quaedam fuerint ubique -sa (RVFIN. Orig. in num. 1, 3 p. 6, 12 apostolo nobis Paulo spiritalis intelligentiae s. -ente). HIER. Didym. spir. 59, 254 frequenter appellatio ‘spiritus’ in scripturis est -sa divinis (*cf.* epist. 22, 10, 1 innumerabilia sunt scripturis -sa divinis, quae gulam damnent *eqs.*). epist. 36, 9, 2 et ex his, *sc. verbis, argumentis,* quae -simus, ingentem tibi disputationis silvam poteris … conficere (rep(p)erimus *var. l.*).

II *vi praeverbii vigente respicitur actio*: **A** *retro spargendi*: ACC. trag. 394 *Argo* ruit prolapsa, pelagus respargit, reflat (*ad loc. v. supra p. 652, 33 sqq.*). **B** *iterum aspergendi*: OV. epist. 7, 128 (*Dido Aeneae*) *fratris* manus impia possit -i nostro, sparsa cruore viri (*cf. p. 1510, 49*). **C** *quolibet depellendi sim.*: GREG. TVR. dorm. 11 tenebras mortalium … veritatis luce -ere. GREG. M. moral. 33, 64 *fumus de naribus Leviathan* a bonorum quippe oculis spiritalium desideriorum flatu -itur.

p. p. p. **respersus** (-sparsus), -a, -um. **1** *pro adi.: i. q. effusus, sparsus*: PAVL. FEST. p. 263 resparsum vinum dixerunt, quia vino sepulchrum spargebatur. *i. q. maculatus, sparsim coloratus*: VVLG. gen. 31, 12 (*antea l. 55*) masculos … varios -os atque maculosos. CLAVD. carm. min. 25, 141 Aethon et Pyrois rutilas -i murice plumas (respexit *vel* aspersi *var. ll.*). MART. CAP. 1, 2 -um capillis albicantibus verticem.
2 *pro subst.* (*sc. masc. vel neutr.; agens indicatur l. 53*): PLIN. nat. 24, 157 *sucum* effusum in herba qui vestigio contigerint aut forte -os … perire. 31, 65 *id* ad ictus venenatos salutaris intellegitur, ut … ptyade aspide -is (*dat.,* -os *var. l.*). VVLG. gen. 30, 39 *ut oves* parerent maculosa et varia et diverso colore -a (*postea l. 48*).

deriv.: 2. respergo, respersio, 2. respersus.

2. respergo, *abl.* -ine *f.* *a* respergere. *i. q. res, qua aliquid respergitur*: PRVD. c. Symm. 1, 501 marmora (*sc. statuas deorum*) tabenti -e tincta lavate. ALC. AVIT. carm. 5, 435 vesperis … leni ⌊-e flatu⟨m⟩⌋ blanda vel umentes diffundere frigora ventos (respergere *edd. c. parte codd.*; ⌊⌋ *corr. et explic. Gärtner, Jahrb. f. Ant. u. Christ. 44, 2001, 88*).

respēro *v.* respiro *p. 1523, 44.*

respersio, -ōnis *f.* *a* respergere. [*confunditur in codd. c.* responsio *p. 1513, 1.*]

i. q. actio vel effectus respergendi; qua materia aliquid respergatur: **1** *non indicatur*: LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 60, *ubi antea*: funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt) ne sumptuosa -o *vini,* ne longae coronae, ne acerrae, *sc. fiant* (*cf. l. 46. p. 1510, 45*). RVFIN. Orig. in lev. 8, 11 p. 412, 11 (*respic. mundatio leprosi sec. lev. 11, 1 sqq.*) *non* sufficit, quod in -e dixerat: ‘mundus erit’ …; sordida … vestimenta habuit *purificatus a lepra* … etiam post aspersionem *eqs.* (*gr. ἐπὶ τοῦ ῥαντισμοῦ … μετὰ τὸν ῥαντισμόν*). **2** *indicatur per gen.*: CIC. div. 2, 48 (*inter ea, quae* casu viderentur … evenire) habes … -em pigmentorum (*cf. 1, 23* aspersa temere pigmenta). RVFIN. Basil. hom. 4, 7 l. 352 (*in compar.*) secundum obtectos marinis fluctibus scopulos, qui exiguae aquae -e cooperti igno-

[Spangenberg Yanes]

rantibus … naufragia moliuntur (responsione *var. l.; Migne gr. 31, 385*^{B} *βραχεῖ ὕδατι καλυπτόμεναι, sc. πέτραι*). MART. CAP. 6, 575 hyalini pulveris -e coloratam … mensulam (PAVL. PETRIC. Mart. 4, 626 levia num decuit -o p. *in pugna excitati* ora *feminae*?).

1. respersus *v.* 1. respergo.

2. respersus, *abl.* -ū *m.* *a* respergere. *i. q. actio respergendi*: PLIN. nat. 10, 9 haec causa gregatim avibus natandi, quia plures simul non infestantur, *sc. ab aquila,* -u ⌊pinnarum⌋ occaecantes, *sc. eam* (-us *var. l.*; ⌊ ⌋ *gen. subi.*). *Spangenberg Yanes.*

respicio, -spexī, -spectum, -ere. *a* re- *et* specere. *de origine* (*cf. l. 18*): VARRO ling. 6, 82 aspicio, conspicio, -o *eqs.* (*affert inter composita, ut* PRISC. gramm. II 435, 6 aspicio, -o *eqs.*). PRISC. gramm. III 57, 10 -o: retro aspicio. *de scriptura: perf.* -cxi CORP. epist. lat. 85, 8 (*a. 83/86*); *litteris gr.* ρεσπικιαντ TAB. devot. Audollent 252, 37 (*saec. III?*). *abbreviatur* resp *p. 1520, 15,* respi *p. 1520, 14.* NOT. Tir. 26, 39 -specit. 26, 48 -xit. *de formis: fut. perf.* respexis *l. 46. 59, coni. praes.* respexis *l. 48.* *de notione* (*v. etiam p. 1505, 13 sq.*): NON. p. 442, 32 (*opp.* prospicere, *v. vol. X 2, 2218, 73 sq.*) -ere quasi retro ⌊aspicere⌋ ([⌊ ⌋ spicere *L. Mueller*]. *affertur* VARRO *p. 1515, 5*). AGROEC. gramm. VII 122, 7 aspicimus sursum, conspicimus palam, -imus retro, inspicimus intus. SYNON. Cic. p. 443, 5 scio. … intellego. retineo. recordo. -o. perspicio. GLOSS. -it: retro intendit. retro aspicit. -xit: deorsum vel retro vidit. II 229, 13 *ἀντιβλέπω*: -o. 253, 43 *ἀφορῶ* (-*ρον cod.*): conspic⟨i⟩o, -o. 307, 13 *ἐπιβλέπω*: reviso, visito, respic⟨i⟩o. 328, 15 *θεωρῶ*: aspecto, cerno, -o, aspicio *eqs.* *al.* *legitur apud* PLAVT., TER. *et inde a* RHET. Her. **[***confunditur in codd. c.* aspicere CIRIS 470 OV. trist. 2, 175, resip(isc)ere *v. p. 1472, 7 sq. 1473, 22 sq.,* respuere *v. p. 1558, 46 sq.; e coni. dub.* CIC. leg. 1, 49 (-unt *Powell,* ipsi cernunt *codd., alii alia*); *in falsa var. l. pro* prospicere CAES. Gall. 3, 9, 7, respectare *v. p. 1505, 16,* restare OV. met. 15, 691.**]**

I *i. q. retro spectare* (*nec non notione inde derivanda oculos aliquo vertendo aspicere vel conspicere*). *indicatur, quo -atur, per praepos.* ad *p. 1514, 35 sqq. 1519, 16 sqq. 1520, 18 sqq. 65 sqq.,* contra *p. 1520, 75 sq.,* in *p. 1514, 62 sqq. 1520, 72,* inter *p. 1514, 73,* post *p. 1514, 57 sqq.,* super *p. 1514, 69 sqq. 1519, 69 sqq. 1521, 1, per adv. p. 1514, 75 sqq. 1519, 72 sqq. 1520, 36 sqq., per dat. p. 1520, 1; unde quis spectet, per praepos.* ab STAT. Theb. 12, 296. 400, de VVLG. deut. 26, 15; *a qua re vel homine animum ad aliud vertat, per praepos.* ab *p. 1519, 38 sqq.* *respondet gr. maxime ἐπιβλέπειν p. 1514, 56. 72. 1515, 13. 1518, 61. 1519, 22. al., ceterum e. g. ἀναβλέπειν p. 1514, 33. 68* (*cf. p. 1521, 11*), *βλέπειν p. 1515, 16. 1520, 2, ἐφορᾶν p. 1514, 66. 75. al., προσέχειν p. 1518, 38 sq. 1519, 52.* *iuxta ponitur* intueri *p. 1516, 62; opp.* prospicere *p. 1515, 5. 68. 1517, 36. 1520, 59,* intueri *p. 1515, 57.* *accedit adv.* retro *p. 1515, 12 sqq. 1516, 20. 1519, 73. 1520, 53. al.*

A *proprie -unt animantes oculis*: **1** *non indicatur, quo vel quid quis -at*: **a** *in iussis sim. eius, qui*: **α** *prohibet*: PLAVT. Aul. 58 si … tu ex istoc loco digitum transvorsum … excesseris aut si -xis (-eris *var. l.*) …, te dedam discipulam cruci. Most. 523 quid faciam? :: cave -xis, fuge. CIC. div. 1, 49 ei … ducem illum praecepisse, ne -ret; illum autem … -isse. VERG. ecl. 8, 102 fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti transque caput iace; nec -eris. *al.* **β** *alterum iubet sim. oculos convertere:* *in ipsum iubentem* (*cf. p. 1514, 37 sqq.*): PLAVT. Capt. 834 Ergasilum qui vocat? :: -e. :: Fortuna quod tibi nec facit nec faciet, me iubes (*luditur c. notione p. 1517, 64 sqq. illustrata ut*: Poen. 408 sq. atque audin? -e; -xit; idem edepol Venerem credo facturam tibi). Cas. 235 -e, o mi lepos. Epid. 3 -e vero Thesprio. :: oh, Epidicumne ego conspicor? Men. 747 si me derides, at pol illum non potes, patrem meum, qui huc advenit; quin -is? Most. 886 mane tu …, Phanisce; etiam -is? :: mihi molestus ne sies (*sim.* Persa 275 scelerate, etiam -is?). Pseud. 264. Rud. 679 quis est, qui nominat? :: si -xis (-xes *trad.*), scies. *in aliud*: PLAVT. Truc. 900 hanc minam fero auri; si minus credis, -e. 909. RHET. Her. 4, 55, 68 e populo unus *Graccho*: ‘fuge, fuge’, inquit, ‘Tiberi; non vides? -e, inquam’. VERG. Aen. 2, 615 (*Venus ad Aeneam*) iam summas arces Tritonia, -e, Pallas insedit **(**SERV. auct. dicendo ‘-e’ ostendit vere iam caliginem ab oculis eius esse sublatam [*pertinet ad III*]**)**. SIL. 6, 442 tua − -e − sedes haec est. 9, 528 quantos Gradivus fluctus in Punica castra − -e − agit! STAT. Theb. 10, 369 ille tuus, Diana, puer − nunc -e saltem − quaeritur. *al.*

b *cetera exempla* (*selecta inde a* SEN. *philos.*): TER. Phorm. 863 ad me accurrit Mida, pone reprehendit pallio …; -o, rogo, quam ob rem retineat me. CIC. Cluent. 58 (*antea p. 1516, 25. 1517, 37*) cum hoc ‘-ite’ (*ad B1aα*) ornandae orationis causa saepe dixisset, -xit ipse; at C. Fabricius a subselliis … discesserat; hic iudices ridere. har. resp. 2 (*antea: Clodius* se ex curia repente proripuit) vaecors repente … constitit; deinde -xit et, simul atque … consulem aspexit, concidit. div. 1, 73 subito exaudivit hinnitum -xitque et equum alacrem laetus aspexit. CAES. Gall. 2, 24, 2 calones … praedandi causa egressi, cum -issent et hostes in nostris castris versari vidissent *eqs.* 5, 43, 4 ut … non modo … de vallo decederet nemo, sed paene ne -ret quidem quisquam. NEP. Dat. 11, 5 quem *locum,* cum digito demonstraret et ille -ret, aversum ferro transfixit. VERG. Aen. 2, 564 -o et, quae sit me circum copia, lustro. 3, 593 subito … ignoti nova forma viri … procedit …; -imus; dira inluvies inmissaque barba *eqs.* 6, 548 -it Aeneas subito et sub rupe sinistra moenia lata videt. 10, 666 (*661* Aeneas absentem *Turnum a Iunone abreptum* in proelia poscit) -it *Turnus* ignarus rerum ingratusque salutis. ELEG. in Maecen. 1, 128 aptus eras … tu mulcere iubam, cum *Aurora* iam torsisset habenas procedente die, -entis equi. OV. ars 1, 109 in gradibus sedit populus de caespite factis …; -unt oculisque notant sibi quisque puellam, quam velit. met. 3, 383 voce ‘veni’ magna clamat *Narcissus*; vocat illa *Echo* vocantem; -it et rursus nullo veniente ‘quid’ inquit ‘me fugis?’ 4, 339 ‘loca … haec tibi libera trado, hospes’ ait *nympha* simulatque gradu discedere verso tum quoque -ens. 12, 314 adversum …, quamvis terga fugae dederas, vulnus, Crenaee, tulisti: nam grave -ens inter duo lumina ferrum … accipis. fast. 5, 439 aversus … iacit *nigras fabas*; sed dum iacit, ‘… his’ inquit ‘redimo meque meosque fabis’; hoc novies dicit nec -it. *al.* LIV. 1, 25, 8 iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, cum -ens videt magnis intervallis sequentes. MANIL. 1, 334 -it ille *serpens* … molli cervice reflexus. VITR. 4, 5, 2 ita constituantur *templa,* uti praetereuntes possint -ere. SEN. Herc. O. 1085 -it immemor *Orpheus.* Tro. 531 sollicita Danaos pacis incertae fides semper tenebit, semper a tergo timor -ere coget arma nec poni sinet. 631 perge …! quid -is trepidasque? **(***item de eo, qui haesitat, pergere non vult sim.*: epist. 95, 5 [*in imag.*] non potest toto animo ad honesta conari, *nisi ab initio formatus* …, sed -et, sed haesitabit. SIL. 8, 108 [*Aeneas ad Annam*] iuro caput … Iuli -ens aegerque animi tum regna reliqui vestra. *al.; cf. l. 65. p. 1515, 14. 59 sqq.***)**. dial. 5, 43, 5 (*in imag.*) dum -imus, quod aiunt, versamusque nos, iam mortalitas aderit. PLIN. nat. 35, 56 *Cimon pictor invenit* obliquas imagines et varie formare voltus, -entes suspicientesve vel despicientes. MART. 5, 44, 4 ad cenam mihi … vocanti … quater ausus es negare; sed nec -is et fugis sequentem. VET. LAT. gen. 22, 4 (Ambr. Abr. 1, 8, 70. *al.*) -ens Abraham oculis vidit locum a longe (*gr. ἀναβλέψας,* cod. 111 -xit, *Vulg. aliter*). *al.*

2 *indicatur, quo quis -at*: **a** *per praepos.*: ad (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Capt. 835 (*antea p. 1513, 52*) sed quis es? :: -e ad me, Hegio sum (*sim.* Cas. 632 -e modo ad me. Curc. 114 -e ad me, Leaena. Poen. 857. Pseud. 244 redi et -e ad nos. *al.* TER. Phorm. 740 quis hic loquitur …? :: -e ad me. PRIAP. 69, 3 ad me -e, fur. *al.*). Mil. 361 -e dum ad laevam: quis illaec est mulier? TER. Andr. 417 quasi de improviso -e ad eum. Eun. 342 quom huc -o ad virginem, illa se … huc advorterat in hanc nostram plateam. CIC. div. 1, 69 noctu ad oppidum -entes flagrantis onerarias … videbatis. VERG. Aen. 7, 454 (*loq. Allecto*) -e ad haec: adsum dirarum ab sede sororum **(**SERV. multi hic [*i. post* ‘-e’] distinguunt et superioribus iungunt …; alii ‘-e ad haec’ legunt**)**. 12, 671 *Turnus* magnam -xit ad urbem. OV. met. 11, 547 *Ceyx in mari procellis laborans* patriae … vellet ad oras -ere inque domum supremos vertere vultus. LIV. 8, 39, 6 Cornelius -ens ad manipulos militum … monstrabat vexilla se suorum … cernere equitum. SEN. contr. 2, 3, 19 ad patrem. 2, 5, 3 imposita in eculeum saepius ⌊ad absentem virum⌋ -xit quam ad praesentem tyrannum (⌊ ⌋ *ad B1b*). 9, 2, 22 percussurus lictor ad praetorem -xit. 9, 6, 18. GERM. 192 balteus ambit qua latus, ad flexum sinuosi -is Anguis (-it *trad.; cf. gr. 186 μεταβλέψειας*). SEN. dial. 1, 2, 9 ecce spectaculum dignum, ad quod -at intentus operi suo deus, ecce par deo dignum, vir fortis cum fortuna mala compositus. VET. LAT. gen. 19, 28 (cod. 100) et -xit *Abraham* ad faciem Sodom⟨or⟩um (*gr. ἐπέβλεψεν, Vulg.* intuitus est). *al.* post: BELL. Afr. 80, 5 ut *hostes* perturbati ac perterriti -ere p. terga cogerentur (PANEG. 8, 16, 2 HIER. epist. 3, 4, 1 VVLG. II reg. 2, 20. *al.*). PETRON. 57, 7 (*in imag.*) tu … tam laboriosus es, ut p. te non -as? in alio peduclum vides, in te ricinum non vides (*cf. p. 1515, 28*). AMBR. in psalm. 36, 48, 2 *uxor Loth,* quae p. se -xit (*respic. gen. 19, 26, ut* 43, 34, 1 *et* VVLG. *p. 1515, 13; ceterum* VVLG. I reg. 24, 9). in: VAL. FL. 6, 562 *bellator moriens* dulces iam cassus in auras -it ac nulla caelum reparabile gaza. APVL. met. 2, 8, 1 in me -xit. TERT. pudic. 6, 1 (*in imag.*) ne ad vetera manum emittas, ne in terga -as. VET. LAT. gen. 4, 4 (Tert. adv. Iud. 5, 2, *sim. al.*) -xit deus in Abel et in munera eius (*gr. ἐπεῖδεν,* VVLG. ad Adam et ad munera). 15, 5 (cod. 101 Ps. Aug. spec. 116, *sim. al.*) -e in caelum (*gr. ἀνάβλεψον, Vulg.* suspice). VVLG. III reg. 1, 20 mi rex, in te oculi -unt totius Israel (*vergit ad B*). super: VET. LAT. gen. 18, 16 (Hil. in psalm. 118 phe [= 17] 6) -xit dominus s. Sodomam et Gomorram (*gr. κατέβλεψαν, Vulg. aliter*). exod. 14, 24 (Hil. *ibid.*) -xit *deus* … s. castra Aegyptiorum et conligavit axes curruum eorum (*gr. ἐπέβλεψεν … ἐπί,* VVLG. -ens … s.). VVLG. II reg. 9, 8 -isti s. canem mortuum. inter: VET. LAT. gen. 31, 49 (cod. 100) -at deus i. me et te, quia recedimus ab alisalio (*gr. ἐπίδοι, Vulg.* intueatur; *vergit ad B*). **b** *per adv.* (*fort. huc*

[Hajdú]

p. 1518, 53): PLAVT. Merc. 871 repudia istos comites, *sc. curam et miseriam,* atque hoc -e et revortere **(**Pseud. 264 potin, ut ..., Ballio, huc cum lucro -as? Rud. 707. *al.* TER. Eun. 342 [*iuxta praepos., v. p. 1514, 41*]. *al.***)**. VARRO Men. 260 habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu, neque post -ens neque ante prospiciens (*cf.* VAL. MAX. 1, 7 ext. 1 *Hannibal* pone -ens animadvertit immensae magnitudinis serpentem). SALL. Iug. 35, 10 postquam Roma egressus est, fertur saepe eo tacitus -ens postremo dixisse '...'. LIV. 21, 22, 7 nusquam circumspicientem aut -entem *eqs.* (*postea l. 41*). SEN. dial. 5, 15, 4 quocumque -eris, ibi *eqs.* (HIER. epist. 49, 13, 5). VAL. FL. 7, 167 -e porro. APVL. met. 5, 9, 7 sursum (VET. LAT. Luc. 13, 11 [cod. 4. *al.* = VVLG.; *gr.* *ἀναχύψαι*]. *al.*). VET. LAT. gen. 19, 26 (cod. 100) -xit uxor illius *Loth* retro et facta est columna salis **(**[*gr.* *ἐπέβλεψεν,* VVLG. -ens ... post se]. *huc spectant* HIL. myst. 2, 12. AVG. doctr. christ. 3, 129 ne quisque r. -at, id est vitam praeteritam, cui renuntiavit, inquirat. *ceterum*: VET. LAT. Luc. 9, 62 [cod. 3, *sim. al.*] nemo r. -ens et extendens manum super aratrum aptus est regno dei [*gr.* *βλέπων, cod. 5 et Vulg.* aspiciens]. *al.***)**. RVFIN. hist. 2, 10, 8 deorsum.

3 *indicatur, quid (quem) quis -at*: **a** *per acc.* (*in imag. l. 28; obi. est sonus l. 54*): **α** *exempla varia* (*selecta inde a* CVRT.): RHET. Her. 4, 50, 63 cum puerum -it hunc unum ..., alio nomine appellat, deinde alio atque alio. CAES. civ. 2, 39, 2 *Curio* proxima ... -ens signa 'videtisne' inquit 'milites *eqs.*?' 3, 91, 3 simul -ens Caesarem 'faciam' inquit 'hodie *eqs.*' VERG. georg. 4, 490 restitit *Orpheus* Eurydicenque suam ... -xit. Aen. 5, 168 (*descr. certamen navium*) ecce Cloanthum *Gyas* -it instantem tergo et propiora tenentem. 8, 697 *Cleopatra in clipeo depicta nondum* geminos a tergo -it anguis. *al.* CVLEX 190 torva tenentem lumina -xit serpentem comminus. CIRIS 470 iam procul e fluctu Salaminia -it arva. HOR. sat. 2, 3, 299 (*in imag.*) dixerit insanum qui me, totidem audiet atque -ere ignoto discet pendentia tergo (*cf. p. 1514, 59*). OV. am. 2, 7, 3 *si* ego marmorei -xi summa theatri, eligis e multis, unde dolere velis. ars 1, 499 illam -as, illam mirere licebit. 2, 73 et movet ipse suas et nati -it alas Daedalus et cursus sustinet usque suos (*eadem fere verba* met. 8, 216, *quae secl. Tarrant*). met. 11, 66 Eurydicen ... suam iam tuto -it Orpheus, *sc. umbra eius apud inferos.* fast. 1, 617 -et Titan actas ubi tertius Idus (*nisi ad p. 1518, 40, ut fort.* 4, 678 iam praeteritas quartus tibi Lucifer Idus -it). 2, 18 (*ad Caesarem*) placido paulum mea munera vultu -e. *al.* LIV. 3, 57, 2 -rent tribunal homines, castellum omnium scelerum, ubi decemvir ille perpetuus ... virgas securesque omnibus minitans *eqs.* 8, 24, 13 quos ubi -xit rex ... venientes *eqs.* 9, 43, 16 in castra hostium tendit et ... incendit; quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit et hostes -xere *eqs.* 21, 22, 7 cum quidnam id esset, quod -ere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis nequivisse; tum vidisse post sese serpentem. *al.* CE 1016, 1 (*saec. I in.*) iterum cineres quid -is, hospes? MANIL. 2, 212 *Aries* sua -ens aurato vellere terga. 2, 940 surgentem primo de cardine mundum -e. SEN. contr. 7, 2, 2 -e forum: hic sub Cicerone sedisti; -e rostra: hic supra Ciceronem stetisti. *al.* GERM. 147 qua media est Helice, subiectum -e Cancrum. VAL. MAX. 7, 8, 9 M. ... Popilius ... Oppium Gallum ... moriens ... voltu benigno -xit. 8, 15, 7. SEN. Herc. f. 585 (*ad Orphea*) tu non ante tuam -e coniugem, quam *eqs.* Oed. 112 viduas colonis -is terras, miseranda Thebe. nat. 4, 2, 2 (*fort. ludit c. verbis Lucil. iun., quem adloquitur*) *in Aegypto* nemo aratorum -it caelum (*cf.* PLIN. paneg. 30, 3 frustra tunc Aegyptus nubila optavit c. que -xit. *aliter* STAT. Theb. 7, 821 *Amphiaraus* -xit ... cadens c.). *al.* CVRT. 9, 10, 15 ne -ere quidem suos sustinebant misericordia in formidinem versa. LVCAN. 6, 185 vincit, quem -it, hostem. VAL. FL. 6, 201 dum sibila -it Iron cuspidis Argivae, Pyliam latere accipit hastam. MART. 10, 51, 1 sidera iam Tyrius Phrixei -it agni Taurus. PLIN. epist. 2, 7, 6 effigiem eius *Cotti* subinde intueri, subinde -ere. HIST. AVG. Avid. 6, 2 arma militum septima die semper -xit (*vergere vid. in notionem recensendi, ut* Valer. 6, 5 tu a. -es). *al.* **β** *-unt discedentes id (eum), a quo separantur* (*saepe discedunt inviti; exempla selecta inde ab* OV.): VERG. Aen. 5, 3 Aeneas ... fluctus ... Aquilone secabat moenia *Carthaginis* -ens. TIB. 2, 5, 22 cum *Aeneas* maestus ab alto Ilion ardentes -retque deos. PROP. 2, 7, 10 citius paterer caput hoc discedere collo, quam ... transirem tua limina clausa maritus -ens udis prodita luminibus. OV. am. 2, 11, 23 sero -itur tellus, ubi fune soluto currit in immensum panda carina salum. epist. 18, 118 (*Leander Heroni*) digredimur flentes repetoque ego virginis aequor -ens dominam, dum licet, usque meam. rem. 223 tempora nec numera nec crebro -e Romam, sed fuge. met. 2, 190 *Phaethon* prospicit occasus, interdum -it ortus, quidque agat ignarus stupet. 2, 874 pavet haec *Europa* litusque ablata relictum -it. fast. 3, 566 *Anna* nacta ratem comitesque fugae pede labitur aequo moenia -ens, dulce sororis opus. trist. 1, 3, 60 saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli -ens oculis pignora cara meis. OCTAVIA 666 quid patrios saepe penates -is udis confusa genis? *al.*

b *per acc. c. inf.*: VERG. Aen. 5, 666 ipsi -unt atram in nimbo volitare favillam (*cf.* CYPR. GALL. Ios. 248 -unt atram in caelum volitare favillam). LIV. 34, 50, 8 nondum conventus dimissus erat, cum -unt praesidium ab Acrocorintho descendens protinus duci ad portam atque abire. STAT. Theb. 2, 311 -ens descisse deos trepidoque tumultu dilapsos comites. silv. 5, 4, 7 septima iam rediens Phoebe mihi -it aegras stare genas (*nisi ad IIA*). VVLG. Ios. 8, 20 -entes et videntes fumum urbis ad caelum usque conscendere. *al.*

c *per enunt. interrog.* (*iuxta pass. pers.* OV.): OV. am. 1, 8, 38 (*lena ad puellam*) cum bene deiectis gremium spectabis ocellis, quantum quisque ferat, -endus erit. VAL. FL. 2, 270 *Hypsipyle* quatit ... hastam -ens, teneat virides velatus habenas ut pater.

B *translate*: **1** *-unt animantes eorumve affectus sim., sc. animum in aliquid intendendo, aliquid deliberando*: **a** *indicatur, quid vel quem quis -at*: **α** *per acc. obi.*: Ⓘ *exempla varia* (*ita ut periculum sim. agnoscatur e. g. l. 25 sqq. 36. 38. 46 sq., ita ut spes inveniatur l. 49 sqq.; selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Pseud. 612 non videre dignus, qui liber sies. :: non soles -ere te, quom dicis iniuste alteri? **(***item refl.*: TER. Haut. 70 nullum remittis tempus neque te -is. 919 non tu te cohibes? non te -is? [-es *cod. A*]. CIC. Scaur. 41 se non -ent, non gentis suae famam perhorrescent *Sardi*? fin. 2, 79 ne tum quidem te -es? LIV. 34, 31, 5. *al.* [*iuxta* retro AMBR. Abr. 1, 1, 2 Noe 7, 17]. *cf. l. 29. 45. 56. p. 1518, 46***)**. TER. Hec. 772 (*771* Bacchis deierat persancte) nec pol istae *meretrices* metuont deos neque eas -ere deos opinor (*item -unt dei poenae dignos*: IVST. 14, 4, 10 vos ..., devota capita, -ant dii periuriorum vindices). Phorm. 434 -e aetatem tuam (SEN. epist. 25, 1 a. eius). CIC. Cluent. 58 -ite, iudices, hominum fortunas, -ite dubios variosque casus **(**[*postea p. 1513, 69*]. CIRIS 454 c. hominum iam -e, Minos. OV. met. 15, 494 similes aliorum -e c. HOMER. 1042 CIL VI 28116, 6**)**. PVBLIL. sent. M 36 metum -ere non solet ⌞quicquid⌟ iuvat (cui quid *Halm*). R 12 -ere nihil consuevit iracundia. LVCR. 4, 1159 alios alii inrident ... nec sua -unt miseri *amantes* mala maxima saepe (LIV. 34, 34, 7 haec oratio ... animos omnium ad -enda cui⟨us⟩que domestica m. convertit). CAES. Gall. 7, 77, 16 -ite ... Galliam, quae ... perpetua premitur servitute. civ. 1, 5, 2 de sua salute septimo die cogitare coguntur *tribuni plebis,* quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis ⟨post⟩ octo denique menses ... -ere ac timere consuerant. NEP. Milt. 8, 4 haec populus -ens maluit illum innoxium plecti quam se diutius esse in timore. VERG. Aen. 12, 43 -e res bello varias. HOR. carm. 1, 15, 22 (*Nereus ad Parin*) non Laertiaden ..., non Pylium Nestora -is? ars 317 -ere exemplar vitae morumque iubebo doctum imitatorem. PROP. 4, 1, 114 nec rediere ... Danai: tu diruta fletum supprime et Euboicos -e, Troia, sinus. OV. epist. 9, 13 (*Deianira Herculi*) -e vindicibus pacatum viribus orbem. ars 3, 17 -e Phylaciden, et quae comes isse marito fertur et ante annos occubuisse suos (*inducitur exemplum ut*: fast. 5, 305 -e Thestiaden: flammis absentibus arsit. 5, 307 -e Tantaliden: eadem dea vela tenebat). trist. 2, 148 spes mihi magna subit, cum te, mitissime princeps, spes mihi, -o cum mea facta, cadit. CORN. SEV. carm. frg. 13, 20 nec lubrica fata deosque -xit *percussor Ciceronis* (*item -itur deus*: SEN. Herc. O. 1692 nullasne in astra misit ad superos preces arsurus aut in vota -xit Iovem?). LIV. 4, 17, 5 obstringi Fidenatium populum, ne -ere spem ullam ab Romanis posset, conscientiā tanti sceleris **(***item -itur id, quod speratur*: 4, 46, 8 minus trepidationis fuit ..., quod subsidia, quae -rent in re trepida, praeparata erant ab tribuno militum [*nisi ad A*]. 27, 12, 3 nec ubi consisteret nec quid fidum -ret habenti *hosti.* SEN. Herc. f. 818 [*loq. Theseus*] paene victorem abstulit *Cerberus* ...; tunc et meas -xit Alcides manus; geminis uterque viribus tractum canem *eqs.***)**. 23, 22, 2 patres ... solitudinem curiae paucitatemque convenientium ad publicum consilium -erunt. 42, 52, 10 auditis hostium copiis -rent suum ipsi exercitum, quantum numero ... praestarent. MANIL. 3, 566 quae tibi, cum finem vitae per sidera quaeris, -enda manet ratio numerisque notanda. VAL. MAX. 2, 6, 14 -antur Indorum feminae, quae ... mortuo marito in certamen ... veniunt, quam ex iis maxime dilexerit. 4, 4, 11 haec ... exempla -ere, his adquiescere solaciis debemus (SEN. dial. 2, 18, 6). 7, 6, 2 quid illis, si acerbitatem casus intueare, miserius, si constantiam -as, fidelius? 8, 15 ext. 1 extera quoque insignia -i possunt. 9, 7 mil. Rom. 1 detestanda fori condicio, sed si castra -as, aeque magna orietur indignatio. PHAEDR. 3, 10, 28 gladio pectus transigit nihil -ens, dum dolorem vindicet. SEN. benef. 2, 10, 4 quotiens patitur res, -endum gaudium ex accipientis voluptate. 2, 15, 3 -endae sunt cuique facultates suae viresque, ne aut plus praestemus, quam possumus, aut minus. epist. 99, 7 -e celeritatem rapidissimi temporis. CVRT. 4, 11, 13 Macedoniam ... potius -ret, quam Bactra ... intueretur (*fort. c. notione locali, sc. animum eo, unde ventum est, vertendi; cf.* LVCAN. 8, 441 orbem Romanum. VAL. FL. 5, 562 nec quisquam freta nec patrias iam -it urbes, sed magis ad praesens itur decus). COMM. instr. 2, 29, 5 -ite dictum, quod veritas odia tollat. CARM. de mens. 21 solares -it horas Iunius ac Phoebum flectere monstrat iter. CASSIOD. hist. 6, 45, 3 hanc animi permutationem eius ministri -entes *eqs.* (*gr. Theodoret.*

[Hajdú]

3, 24, 3 θεασάμενοι). 7, 11, 2 divinae scripturae nequaquam sensa -ens (*gr. ibid. 4, 10, 2* οὐ κατιδών). *al.*

Ⅱ *cum colore colendi, favendi, curandi*: Ⓐ *-unt homines*: ① *-untur homines* (*refl. l. 18; exempla selecta inde a* VERG.): PLAVT. Aul. 231 ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto, tu me bos magis haud -as, gnatus quasi numquam siem. Truc. 340 me nemo magis -et, ubi is huc venerit, quasi abhinc ducentos annos fuerim mortuus. TER. Andr. 975 me in tuis secundis -e. Ad. 353 *Hegio* nos coluit maxime. :: nam hercle alius nemo -it nos (-et *cod. A*). 932 parere iam diu haec per annos non potest; nec qui eam -at, quisquam est; solast. CIC. Verr. II 3, 26 (*ironice*) quid praetereo? an illud, ubi caves tamen Siculis et miseros -is aratores? Phil. 1, 35 flecte te, quaeso, et maiores tuos -e (*sim.* SEN. contr. 9, 1, 4 nihil aliud -xi quam patrem. *cf. l. 53*). fam. 2, 16, 5 quod rogas, ut -am generum meum. ad Brut. 1, 3 maioris … partis animi te Cassiumque -unt (*item colitur dux sim.*: CAES. civ. 1, 1, 3 sin Caesarem -ant atque eius gratiam sequantur …, se sibi consilium capturum. BELL. Afr. 85, 4 ut … ducem … aliquem requirerent, quem -rent, cuius auctoritate imperioque rem gererent). PLANC. Cic. fam. 10, 24, 8 si … Caesar se -erit. VERG. Aen. 4, 275 (*v. l. 50*). HOR. epist. 1, 1, 105 de te pendentis, te -entis amici. OV. epist. 1, 113 (*Penelope Vlixi*) -e Laerten: ut iam sua lumina condas, extremum fati sustinet ille diem. 12, 187 (*Medea Iasoni*) si tibi sum vilis, communis -e natos. Pont. 2, 3, 93 -is antiquum lassis in rebus amicum fomentisque iuvas vulnera nostra tuis. LIV. 2, 54, 6 si se commoverit, si -erit patres, si aliud quam plebem esse in re publica crediderit *eqs.* SEN. Ag. 156 (*nutrix ad Clytemestram*) te reflectat coniugi nomen sacrum. :: decem per annos vidua -am virum? OCTAVIA 186 -et ipse *princeps* coniugem. :: paelex vetat. CVRT. 10, 5, 22 qui mortuo Dareo ipsas *filias* tueretur, repperisse, qui post Alexandrum -ret, utique non reperturas. CALP. ecl. 4, 88 me quoque facundo comitatus Apolline Caesar -at (*vergit ad l. 64 sqq.*). QVINT. inst. 5, 10, 101 magistrum -entes naturam ducem sequi desierunt. COMM. instr. 1, 30, 6 nimium te tollis in altum … nec -is pauperes ultro subditos nunc vobis. HIST. AVG. Carac. 1, 6 septennis puer, cum conlusorem suum puerum ob Iudaicam religionem gravius verberatum audisset, neque patrem suum neque patrem pueri vel⟨ut⟩ auctores verberum diu -xit. *al.* ② *-untur res*: CIC. Verr. II 3, 127 saltem populi Romani commoda -ite, si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. Cluent. 58 (*antea p. 1516, 25*) -ite C. Fabrici senectutem. Planc. 91 *si* aliquando sine ullo rei publicae detrimento -o etiam salutem cum meam tum meorum, … non sum reprendendus. Rab. Post. 41 aliena -ere. Phil. 2, 118 -e, quaeso, aliquando rem publicam, M. Antoni (ad Brut. 22, 2 si r. p., cui susceptus es, -is. PLANC. Cic. fam. 10, 11, 3 si modo r. p. -ere volet. *adde l. 57*). CAES. Gall. 7, 77, 7 in consilio capiendo omnem Galliam -amus, quam ad nostrum auxilium concitavimus. civ. 2, 32, 10 relinquitur nova religio, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, -atis illud, quod deditione ducis … sublatum est. VARRO ling. 6, 82 speculator, quem mittimus ante, ut -at, quae volumus. VERG. Aen. 4, 225 (*Iuppiter ad Mercurium*) Dardanium … ducem, Tyria Carthagine qui nunc exspectat fatisque datas non -it urbes, adloquere. 4, 236 qua spe inimica in gente moratur *Aeneas,* nec prolem Ausoniam et Lavinia -it arva? 4, 275 ⌊Ascanium surgentem⌋ et spes heredis Iuli -e (⌊ ⌋ *ad l. 4 sqq.*). CIRIS 177 nulla colum novit, carum non -it aurum. OV. trist. 2, 175 (*ad Caesarem*) -is Vrbem. LIV. 21, 41, 8 quem nisi Saguntinum scelus agitaret, -ret profecto … domum … patremque. 24, 45, 5 si quis *sociorum* resipiscat et antiquam societatem -at (35, 38, 4). 26, 24, 16 Philippum … satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Poenosque et pacta cum Hannibale posset -ere. 29, 17, 9 aut vos -etis perditas res nostras, patres conscripti, aut *eqs.* SEN. contr. 9, 4, 22 vos ego tunc -xi, templa, leges, rem publicam; nam si me tantum spectassem, facile tyrannidem effugissem (IVST. 19, 2, 6 ita in bello imperia cogitarent, ut domi iudicia l. que -rent). SEN. benef. 1, 7, 1 qui paupertatis suae oblitus est, dum meam -it. STAT. Theb. 10, 819 non illa *maerens* diem, non verba precantum -it. MART. 7, 5, 2 si desiderium, Caesar, populique patrumque -is. TAC. hist. 4, 67, 2 fasque et foedera -ere *civitates*. *al.*

Ⓑ *-unt dei, fata sim.* (*simul et res p. 1518, 13; luditur c. hac notione p. 1513, 52 sq.; huc vergit l. 29; cf. p. 1518, 62. 1519, 17 sqq. 65. 70 sqq.*): PLAVT. Bacch. 638ª egone ut opem mi ferre posse putem inopem te? :: tace modo: deus -et nos aliquis. :: nugae. Rud. 1316 magna hercle praedast …; di homines -unt. TER. Andr. 642 Charine, et me et te imprudens, nisi quid di -unt, perdidi. Phorm. 817 di nos -unt: gnatam inveni. CIC. Att. 1, 16, 6 nisi quis nos deus -erit. 7, 1, 2 nisi idem deus, qui nos … Parthico bello liberavit, -erit rem publicam *eqs.* VERG. ecl. 1, 27 sqq. Libertas, quae sera tamen -xit inertem …, (29) -xit tamen et longo post tempore venit. Aen. 5, 689 (*loq. Aeneas*) Iuppiter …, si quid pietas antiqua labores -it humanos *eqs.* HOR. carm. 1, 2, 36 venias … Apollo; sive tu mavis Erycina …, sive neglectum genus et nepotes -is auctor. LIV. 10, 36, 12 numen etiam deorum -isse nomen Romanum visum. 22, 49, 7 quem unum insontem culpae cladis hodiernae dei -ere debent. GRATT. 426 catulos mergentem litoris aestu -it et facilis Paean adiuvit in artes. SEN. contr. 2, 2, 2 -istis nos, di, quos numquam violavimus. 7, 1, 6 ita mihi, quae sola miseros in domo nostra -is, Fortuna, succurras *eqs.* (*item -it Fortuna*: SEN. dial. 9, 8, 3. 11, 16, 6 si Romanum adhuc nomen propitia -it. CALP. ecl. 4, 164 FLOR. epit. 4, 2, 44. *al.*). GERM. 410 si -xit servator Iuppiter. SEN. Ag. 37 sera tandem -it fessos malis post fata demum sortis incertae fides. 387 (407) Iuppiter …, tuam non degenerem -e prolem. Thy. 489 -et deus bene cogitata. Tro. 873 melior afflictos deus -ere coepit. clem. 2, 6, 3 deorum more calamitosos propitius -et *princeps. al.* LVCAN. 7, 435 nec -it ultra Ausoniam *Libertas.* VAL. FL. 6, 514 redeunt mox gaudia victis, qua deus et melior belli -xit imago. STAT. Theb. 1, 662 sors aequa merentes -it. 3, 159 -xit Lucina domum. 7, 2 Iuppiter haut aequo -xit corde Pelasgos. APVL. met. 9, 27, 1 me … caelestis -xit providentia. VET. LAT. gen. 16, 13 (cod. 100) tu, deus, qui -isti me (*gr. ἐπιδών, Vulg.* vidisti). 50, 24 (cod. 102) -et vos deus (*gr. ἐπισκέψεται, cod. 100 et Vulg.* visitabit). TERT. adv. Marc. 2, 28, 1 qui *deus* … genus humanum tam sero -xit, eam sententiam mutavit, qua tanto aevo non -xit. AMBR. in Luc. 10, 89 quos Iesus -it, plorant. VVLG. gen. 31, 42 laborem manuum mearum -xit deus. exod. 2, 25 -xit filios Israel. *al.*

Ⅲ *c. colore magni faciendi, non despiciendi* (*exempla selecta inde a* VAL. FL.): MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum -o, in eum ego non sum plura dicturus. HIRT. Gall. 8, 27, 2 si eodem tempore coactus esset … et externum sustinere hostem et -ere ac timere oppidanos. SEN. Ag. 263 (*Clytemestra de Agamemnone paelicem habente*) permisit aliquid victor in captam sibi: nec coniugem hoc -ere nec dominam decet. Herc. O. 226 (*chorus ad Iolen*) quid regna tui clara parentis proavosque tuos -is amens? fugiat vultus fortuna prior. 656 *pauper* non strictos -it enses. dial. 7, 17, 1 famam. nat. 7, 32, 1 quis philosophum aut ullum liberale -it studium, nisi cum ludi intercalantur? *al.* CALP. ecl. 4, 47 nec quisquam nostras inter dumeta camenas -ret. VAL. FL. 4, 387 quo … diversus abis? heus -e cantus. 8, 435 mea -e … consilia. TAC. ann. 1, 31, 5 apud trepidas militum aures, alios validiores exercitus -entium. PLIN. paneg. 14, 3 per hoc omne spatium, cum legiones duceres … non vehiculum umquam, non equum -isti. 62, 9 ne -eris clandestinas existimationes. CASSIOD. hist. 1, 13, 4 si … scribit vobis Eusebius, nec -atis eum nec eius scripta suscipiatis (*gr. Socrat. 1, 6, 6 μὴ προσέχητε*). 1, 14, 3 simplicem fidem … -entibus (*gr. Theodoret. 1, 4, 2 προσεσχηκότα*).

Ⅳ *c. notione temporali, sc. -untur praeterita* (*exempla potiora; fort. addas e. g. p. 1515, 34 sq.; cf. p. 1519, 30. 73. 1520, 4*): CIC. Arch. 1 quoad longissime potest mens mea -ere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari *eqs.* (LVCR. 3, 854 cum -as inmensi temporis omne praeteritum s.). SEN. dial. 12, 7, 7 Romanum imperium nempe auctorem exulem -it. epist. 83, 2 observabo me … et … diem meum recognoscam; hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam -it. LVCAN. 7, 688 nunc tempora laeta -isse vacat. MART. 10, 23, 3 praeteritosque dies et tutos -it annos.

β *per acc. c. inf.* (*inf. solum l. 59 sqq.*): CIC. or. frg. A 14, 21 *non* -xit illum ipsum patronum libidinis suae non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere *eqs.* VERG. Aen. 2, 741 nec prius amissam *Creusam* -xi animumve reflexi, quam tumulum antiquae Cereris … venimus (*nisi proprie*). OV. fast. 6, 367 (*Mars Iovi*) si -rent *Romani,* ⌊qua vos habitatis in arce⌋, totque domos vestras obsidione premi, nil opis in cura scirent superesse deorum (⌊ ⌋ *an ad A2b?*). LIV. 30, 28, 11 cum *Carthaginienses* -rent bis sese acie victos. TERT. idol. 10, 5 -amus ex parte eam *litteratoriam eruditionem* admitti non posse, ex parte vitari. COMM. instr. 1, 26, 18 -e iam tandem hoc tempus inritum esse. HIER. epist. 147, 2, 1 non te -is esse moriturum. *al.* *per inf. solum, sc. actionis, ad quam agendam animus intenditur*: VET. LAT. I reg. 7, 2 (cod. 91. *al.*) et -xit omnis domus Israel ire post dominum in pace (*gr. ἐπέβλεψεν, Vulg. aliter*). Luc. 1, 25 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.; *loq. Elisabeth*) sic mihi fecit dominus in diebus, quibus -xit auferre obprobrium meum inter homines (*gr. ἐπεῖδεν ἀφελεῖν, cod. 2* aspexit).

γ *per enunt. secund.*: ① *interrog.*: LVCR. 3, 972 -e …, quam nil ad nos ante acta vetustas temporis aeterni fuerit **(**CE 1495, 1 [*saec. I*] -e, lector, in nihil ab nichilo q. cito recidimus. 1839, 1 [*christ.*] -e, q. parbus [*i.* -vus] cubat hic sine felle palumbus**)**. 5, 1446 quid sit prius actum, -ere aetas nostra nequit (SEN. dial. 2, 14, 4 *sapiens* non -it, q. homines turpe iudicent. QVINT. inst. 5, 13, 31 non -ant, q. dixerint. IVV. 8, 91 -e, q. moneant leges. *al.*). OV. Pont. 1, 9, 25 -e, quantum debeat auxilium Maximus esse tibi (SEN. benef. 1, 9, 1 *l. 74.* dial. 11, 4, 3 -entes, quantum a tergo rerum tristium immineat. CVRT. 4, 11, 8 STAT. Theb. 2, 446. *al.*). SEN. benef. 1, 9, 1 non quanta quaeque sint, sed a quali profic⟨iscantur animo, respic⟩iendum (*si recte restit.*). 2, 27, 4 ultra se cu-

[Hajdú]

piditas porrigit et felicitatem suam non intellegit, quia non, unde venerit, -it, sed quo tendat. dial. 5, 25, 2 -amus, quotiens *eqs.* VAL. FL. 6, 661 -ens, an vera soror (VEL. gramm. VII 58, 9 -ere debebant, an *eqs.* SCAEV. dig. 12, 1, 38 PAVL. dig. 4, 2, 8 pr. *al.*). STAT. Ach. 1, 489 stabat anhela metu solum Natura ⌊Tonantem⌋ -ens: quando ille hiemes … vocaret (⌊ ⌋ *ad p. 1516, 50, nisi ad A*). PAVL. dig. 4, 5, 5, 2 nunc -endum, quae capitis deminutione pereant. COMM. instr. 1, 33, 8 insanis nec -is, ubi moraris. IVST. 13, 3, 9 -rent, contra quos arma sumpsissent. PS. IOH. MED. hom. 1 p. 741 -ite, si possint aestimari divitiae illorum. *al.* Ⅱ *aliud*: OV. ars 1, 157 -e praeterea, post vos quicumque sedebit, ne premat opposito mollia terga genu (fast. 2, 834 iam moriens, ne non procumbat honeste, -it. QVINT. inst. 3, 11, 26 -amus, ne plausum adfectantibus arma excidant). COMM. instr. 1, 17, 10 -e, quoniam *eqs.* LVCIF. Athan. 2, 3 l. 2 -is …, quod ira domini in te … sit ventura.

b *indicatur, quo quis -at* (*c. colore favendi l. 17. 70 sqq.*): **α** *per praepos.*: ad (*exempla selecta inde a* QVINT.): CIC. leg. 2, 28 Fortuna … vel Huiusce diei – nam valet in omnes dies – vel -ens ad opem ferendam **(**[*cf. p. 1520, 10*]. *item -it deus*: OV. fast. 4, 162 semper ad Aeneadas placido, pulcherrima *Venus,* voltu -e. SEN. nat. 1 praef. 3 totus in se tendat, an et ad nos aliquando -at *deus.* VET. LAT. I reg. 1, 11 [Hesych. in lev. 29, 9 p. 1164[D]] si -ens -eris ad humilitatem ancillae tuae [*gr. ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς,* cod. 91. *al.* -ens -eris super humilitate, VVLG. -ens videris]. AMBR. paenit. 2, 10, 92 l. 20**)**. Att. 2, 16, 3 puto … me Dicaearcho adfatim satis fecisse; -o nunc ad hanc familiam, *sc. Theophrasti,* quae mihi non modo, ut requiescam, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. VERG. georg. 1, 425 si … solem ad rapidum lunasque sequentis ordine -es, numquam te crastina fallet hora. OV. epist. 20, 164 ut amborum conferre pericula possis, -e ad eventus: haec cubat, ille valet. SEN. contr. 1 praef. 1 est … iucundum mihi redire in antiqua studia meliores-que ad annos -ere (*fort. c. notione temporali, ut e. g.* SEN. benef. 3, 2, 3 *memoria* nihil perdit, nisi ad quod non saepe -xit. *cf. p. 1518, 40 sqq.*). suas. 6, 4 si ad desiderium populi -is, Cicero, quando⟨que⟩ perieris, parum vixisti. *al.* CELS. 3, 4, 15 quacumque ratione ad numerum -ximus. 3, 21, 3 illum ad morbum aegri -ere, se ad animum. SEN. Ag. 52 (*ad Aegisthum de nece Agamemnonis secum deliberantem*) quid ipse temet … rogas, an deceat hoc te? -e ad patrem: decet. Tro. 42 -e infelix ad hos luctus recentes. benef. 1, 13, 2 (*Corinthii Herculi et Alexandro civitatem dederunt*) ad socium honoris sui -xit *Alexander* a dantibus (*item c.* ab: dial. 1, 3, 10 illi *Regulo* solacium est pro honesto dura tolerare et ad causam a patientia -it. 8, 6, 1 ab humanis ad divina. 12, 18, 4 ab his *filiis* ad nepotes quoque -e). 3, 32, 5 *non* satis credens *Iulius,* quotiens ad se -isset, potuisse illum virum *Octavium* in domo sua nasci. dial. 5, 26, 3 ad condicionem rerum humanarum. 12, 14, 3 numquam indulgentia *tua* ad utilitatem -xit. nat. 3 praef. 2 sibi totus animus vacet et ad contemplationem sui saltem in ipso fine, *sc. vitae,* -at. epist. 71, 2 ad summum bonum. 92, 24 voluptas non est digna, ad quam -at *virtus.* 101, 1 ad mortem (114, 27). *al.* VAL. FL. 7, 497 -e ad has voces. STAT. Theb. 2, 308 Ismenius heros -ere ad Thebas iamque et sua quaerere regna. QVINT. inst. 1, 12, 6 cum Latinis studebimus litteris, non -amus ad Graecas? 9, 2, 28 ad utilitatem Ligari. PS. QVINT. decl. 8, 5 -xit ad vitam, convaluit, evasit. CE 1552A, 34 (*saec. II med.*) si quis ad omnes -at vitae casus. TERT. resurr. 22, 1 ad … scripturas. VET. LAT. gen. 34, 3 (cod. 101) -xit ad animam Dinae (*gr. προσέσχεν, cod. 91. al.* intendit, *Vulg. aliter*). COD. Iust. 1, 9, 3 (*a. 315*) qui eorum *Iudaeorum* feralem fugerit sectam et ad dei cultum -erit. HIER. epist. 49, 20, 3 ad mea verba. VINCENT. LER. comm. 11, 8 oves Christi … ad praemonentis Moysi eloquia -erunt. *al.* in: SEN. epist. 74, 8 aestuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus, modo in hanc partem, modo in illam -imus. VET. LAT. Iudith 6, 19 (cod. 151) domine …, -e in superbiam illorum et -e ad humilitatem generis nostri et -e in faciem sanctorum tuorum (*gr. κάτιδε … ἐλέησον … ἐπίβλεψον,* cod. 109 aspice … miserere et -e in facie, 130 -e ad … intende in … intuere in, 131. *al.* -e ad … miserere humilitati … -e ad, VVLG. 6, 15 intuere … -e ad … adtende). Sirach 5, 7 in peccatores -it ira illius (*sed gr. 5, 6 καταπαύσει*). Luc. 9, 38 (cod. 4. *al.* = VVLG.) -e in filium meum, quia unicus est mihi (*gr. ἐπιβλέψαι ἐπί*). LACT. mort. pers. 52, 2 *deus* tandem -xit in terram, quod gregem suum … dispersum … recolligere dignatus est. AMBR. Iob 4, 9, 32 quod in fratris sui dominus -erat munera (*ibid.* -xit deus in eius m.). 4, 9, 33 ut -ere in nostra sacrificia dignaretur. COD. Iust. 1, 3, 48, 7 *si* in personam certam … -xit *testator.* super (*adde l. 22*): VET. LAT. Os. 4, 14 (cod. 177) non -am s. filias vestras (*gr. ἐπισκέψωμαι, Vulg.* visitabo). LVCIF. Athan. 1, 42 l. 60 -ere dignabitur s. opus tuum deus. CANON. Hippol. 71, 26 deus …, -e s. servum tuum. **β** *per adv.*: CIC. Tusc. 5, 6 haec indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro -ere non possunt, nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur (*cf. p. 1518, 40 sqq.*). SEN. dial. 9, 12, 5 omnis … labor aliquo referatur, aliquo -at. **γ** *per dat.*: VET. LAT. Iudith 9, 9 (cod. 131. 153) -ens fastidio eorum (*gr. βλέψον εἰς,* cod. 62. *al.* -e in fastigia).

c *absolute*: **α** *exempla varia*: SEN. epist. 49, 2 infinita est velocitas temporis, quae magis apparet -entibus (*nisi imag. agnoscas, ut ad A1 pertineat; cf. etiam p. 1518, 40 sqq.*). AMBR. in Luc. 10, 89 (*antea p. 1518, 19*) negavit primo Petrus et non flevit, quia non -erat dominus (*item -it deus: ibid.* -e, domine Iesu, ut sciamus nostrum deflere peccatum. RVFIN. hist. mon. 29, 4, 10. *al.*). RVFIN. Adamant. 2, 21 cum praeventa fuerit anima in malis, difficile iam -ere poterit aut respirare. *al.* **β** *part. praes.* -ens *epitheton est dei (c. colore favendi, ut vid.): Fortunae* (*cf. p. 1519, 17*): FRONTO p. 155, 2 omnis ibi Fortunas, … Praenestinas, -entis *eqs.* **(***al., v. vol. VI 1, 1193, 58 sqq., ubi addas* INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1076 [*Viruni; saec. II²/III*]**)**. INSCR. Rostowzew, Tesserarum … sylloge, 1903 n. 2169 respi(ciens) (*in rev. effigies Fortunae*). *?* Herculis: CIL IX 4673 H. resp(icientis) (*si compendium recte solvitur*).

2 *-unt res* (*pro subi. est inf. l. 39*): **a** *incorporeae, quae ad aliquid vel aliquem pertinent*: **α** *indicatur, quo quid -at*: Ⅰ *per praepos.* ad: CAES. civ. 3, 5, 4 ad hunc *M. Bibulum* summa imperii -bat. SEN. Oed. 400 te, Creo, hic poscit labor, ad quem secundum regna -unt mea. epist. 78, 13 non ambitio tantum ad illam *opinionem* -it et luxuria et avaritia; ad opinionem dolemus. EPIST. leg. iurid. (CIL II 2959) 10 periculum ad eos -et. POMPON. dig. 21, 2, 27 si … *exceptiones* ad personam venditoris -ent. 28, 7, 7 quia *condicio* ad fraudem legum -ret. VENVL. dig. 45, 1, 137, 4 haec … -unt ad facultatem dandi. GAIVS dig. 50, 16, 16 'publica' appellatio in compluribus causis ad populum Romanum -it. SCAEV. dig. 28, 2, 29, 7 utrum hic casus ad legem Velleam -at. SERV. ecl. 5, 48 ('nec calamis solum aequiperas, sed voce magistrum') videtur allegoria quasi ad Theocritum et Vergilium -ere. MACR. Sat. 1, 16, 27 ad rem sane militarem nihil adtinere notat Varro, utrum fastus vel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones -ere privatas. PETR. CHRYS. serm. 1. 4 ad patrem labor -it, fructus redundat in filios. ENNOD. epist. 2, 23, 2 p. 66, 6 ad me -xit, quae mihi resignata sunt, indicare. *al.* (*saepe apud iuris consultos*). *in enunt. relat. per* quantum *inducto* (*de usu cf. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. II 377 sq.*): IVLIAN. in Am. 3, 13 q. ad contextum … -it lectionis, hostilem vastationem promittit. 4, 12 q. … ad me -it. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 65. *al. apud eundem.* Ⅱ *per adv.*: TAC. Germ. 12, 1 diversitas supplicii illuc -it, tamquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. 39, 2 eo … omnis superstitio -it, tamquam *eqs.* SIDON. epist. 4, 14, 1 quo -it … ista praefari?

β *indicatur, quid -atur, sc. per obi. acc.*: QVINT. decl. 253, 3 ista … non -unt praesentes necessitates. APVL. met. 3, 3, 2 res … pacem civitatis cunctae -ens. 8, 9, 8 quae res cum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum -it. BOETH. in top. Cic. 2 p. 293, 17 omnia …, quae se aliqua relatione -unt. ENNOD. epist. 1, 7, 6 p. 17, 3 nulla me … nec magnitudinem vestram … culpa -et. 4, 15, 2 p. 110, 3 vos legum sacramenta, vos defensio -it submissorum. 6, 26, 2 p. 164, 23 sollicitudo me -it. CASSIOD. var. 2, 4 aliena culpa te -it. 3, 40, 1 quamvis sensum nostrae pietatis turba multiplex cogitationis intraret et diversas regni partes consueta sedulitate -ret. *al.*

b *corporeae in certam directionem versae*: **α** *accedit acc.* (*acc. c. inf. l. 51*): MANIL. 1, 264 Aries … -it admirans aversum surgere Taurum **(***item de signis caeli* [*loci fort. ad A3 transferendi sunt*]: GERM. 55 *Serpens* sublatus … retro maiorem -it Arcton [*cf. gr. 58 νεύοντι*]. 246 Piscis, qui -it auras Threicias, astra [*gr. aliter; cf. 242* Borean petit]. 701 ille *Piscis* …, qui tristes -it Austros [*gr. aliter*]. LVCAN. 4, 57 sidera -ens delapsae portitor Helles. *al.***)**. MELA 2, 58 *Italia* in duo cornua finditur -itque altero Siculum pelagus, altero Ionium. PLIN. nat. 18, 266 alia parte caelum -unt *folia,* quam qua spectavere pridie. APVL. met. 1, 21, 4 videsne … fenestras, quae foris urbem prospiciunt, et altrinsecus fores proxumum -entes angiportum? PALLAD. 1, 8, 3 totus fabricae tractus unius lateris longitudine … meridianam partem -at. 1, 21 stabula equorum … meridianas … -ant partes. QVEROL. 64, 4 Saturnus Venerem -it. VVLG. gen. 23, 17 erat spelunca duplex -ens Mambre. num. 21, 11 in solitudine, quae -it Moab. II par. 20, 24 ad speculam, quae -it solitudinem. ITIN. Eucher. p. 125, 16 quod *latus* aquilonem -it. *al.* **β** *accedit praepos.*: ad: MELA 3, 23 ab illis *Ossismis* … iterum ad septentriones frons litorum -it. STAT. silv. 1, 3, 40 te, *sc. dicam,* quae vada fluminis infra cernis, an ad silvas quae -is, aula? POMPON. dig. 41, 1, 30 pr. ad cuius frontem insula non -it. VVLG. exod. 27, 12 quod *atrium* -it ad occidentem. 27, 13 ad orientem. II reg. 15, 23 contra viam, quae -it ad desertum. ITIN. Anton. Plac. rec. A 21, 3 in loco, qua (in locis, quae *var. l.*) -unt ad Sodoma et Gomorra. 25, 4 quae *via* -it ⌊ad orientem⌋ (occidentem *var. l.*). in: CIL VI 13074, 10 (*saec. II²; describitur area sepulchri*) in fro(n)te pedes *tot* …, in latus pedes *tot* …, item in latus in via Ardiatina -ente longu(m) pedes *tot eqs.* (*exspectes* -ens). contra: VVLG. num. 21, 20 in vertice Phasga, et quod -it c. desertum.

[Hajdú]

cant. 7, 4 turris Libani, quae -it c. Damascum. super: VVLG. Iudith 7, 3 ad apicem, qui -it s. Dothain.

II *fere i. q. iterum spectare*: **A** *-it animans* (*fort. addas p. 1516, 4*): OV. met. 11, 659 (*Ceyx Alcyonae*) an mea mutata est facies nece? -e: nosces inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram. 14, 173 quod loquor et spiro caelumque et sidera solis -o, possimne ingratus ... esse? (*cf. l. 22*). FEST. p. 289 -ere avem est in auspicando, unde quis avem prospexit, cum eodem revertitur (*ibid. iterum*). **B** *-it res*: CALP. ecl. 1, 88 occasus nisi cum -erit ortus. STAT. Theb. 5, 421 *post tempestatem* confuso ... dies -xit Olympo.

III *fere i. q. oculis refectis videre* (*gr. resp. ἀναβλέπειν praeter l. 16; cf. p. 1513, 63*): VET. LAT. Is. 42, 18 (Ps. Aug. spec. 44 p. 490, 12. Conc.^{S} I 5 p. 168, 17) caeci -ite, ut videatis (*Vulg.* intuemini). Luc. 18, 42 (cod. 3. *al.* = VVLG.) -e, fides tua te salvum fecit (*cod. 21* aspice, *6* vide). 18, 43 (cod. 5. 21) et confestim -xit (*cod. 4. al. et Vulg.* vidit). HIL. in Matth. 20, 13 ut ... caeci ... -ant (*laxius repetitur Ioh. 9, 39, ubi gr. βλέπωσιν*). PASS. Matth. 17 apostolus imposuit manum super oculos eius dicens: 'in nomine ... Christi, -e!' *al.*

IV *fere i. q. conspicere, aspicere* (*sc. vi praeverbii evanida*): **A** *absolute*: PS. HIL. libell. 19 p. 91, 16 quam turbata fronte, quam inverecunda -unt. **B** *c. acc. obi.*: COD. Iust. 7, 4, 14 pr. ut cum libertate solem -at *puer in ventre materno liber factus* (*cf. l. 6*). **C** *c. acc. c. inf.*: CASSIOD. var. 1, 45, 7 quae *astra* velociter currere ... cognoscis, se movere non -is. 12, 13, 4 quemadmodum praesumat subiectus contingere, quod deo -it humilitatem dominantis offerre?

deriv.: respectio, respecto, respector, respectus (-ūs).

cf. Onom. (Respectus).

[respīda *v. p. 1524, 42.***]** *Hajdú.*

respīrābilis, -e. *a* respirare. [*olim legebatur pro* spir- BOETH. top. Arist. 135b1. *al. ibid.*] *i. quo aliquis respirare potest* (*neutr. plur. pro subst. de membris corporis*): AGNELL. in Galen. puls. 51, 20 *matrix* reprimit diafragma, cum illa et pulmone et thorace et omnia -ia, et hic praefogatio (*i.* -foc-) esse videtur.

compos.: cf. irrespirabilis.

respīrāculum, -ī *n.* *a* respirare. *i. q. respiratio, sc. mora ad respirandum facta* (*cf. p. 1522, 54 sqq. et v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 260 sq.; accedit gen.* pausae): CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 144, 3 redactis paululum -o pausae viribus.

respīrāmen, -inis *n.* *a* respirare.

1 *i. q. meatus, quo transire potest aer* (*nisi de aliis meatibus in vers. falsa l. 45*): **a** *in corpore hominis*: OV. met. 2, 828 (*filia Cecropis lapis fit*) letalis hiems ... in pectora venit vitalesque vias et -a clausit. 12, 142 (*Achilles cum Cygno pugnat*) *vincula galeae* presso subdita mento elidunt fauces et -n ⌊iterque⌋ eripiunt animae (⌊⌋ utrumque *var. l.*). HIPPOCR. num. sept. 19, 40 nisi ... febres ... per -a ⌊superioris vel inferioris canalis⌋ de ventribus eorum erumpa⟨n⟩t (⌊⌋ ⟨vel⟩ superiores ... canales *Agge, Die pseudo-hippokr. Schrift ..., 2004, 58 [v. comm. p. 155 sq.], sc. acc. plur. sec. cod. A; cf. gr. διὰ τῶν ἀναπνοῶν ἢ τῶν ἄνω ἢ κάτω ὀχετῶν τῶν ἀπὸ τῶν κοιλιῶν*). 52, 22 per ea, quae in capite sunt, -a (*gr. διὰ τῶν ἐν κεφαλῇ ἀναπνοῶν*). **b** *alibi*: ORIBAS. eup. 1, 15, 3 Li p. 421 *aeres* in cavis locis undique a montibus circumdatis et ⟨non⟩ habentibus -n pessimi sunt (*gr. ἐν ... χωρίῳ ... μὴ καταπνεομένῳ*).

*?***2** *i. q. motus aeris, flatus venti, sc. quasi respiratio mundi* (*de loco corrupto v. Mras, Wien. Stud. 41, 1919, 70 sqq. 181 sq.*): HIPPOCR. num. sept. 3, 8 *venti* -e flatūs virtutes facientes (*ita textum restit. Mras,* -n f. (et) v. f. *codd.; gr. ἀπνευματί cod., ἀναπνέυσι* [*dat.*] *Mras*).

respīrāmentum, -ī *n.* *a* respirare.

i. q. respiratio: **1** *evanida notione spirandi significatur mora, qua aliquis reficitur sim.* (*cf. p. 1522, 54 sqq. et* SYNON. Cic. p. 432, 23 laxamentum. requies. -um *eqs.; metonymice de homine l. 70; accedit dat. fin. l. 62, gen. malorum remissorum l. 65*): ITIN. Alex. 25, 61 inmitti currus iubentur; eaque (*Mai,* exque, ex quo *codd.*) res et fraudi Persis et -o (spir- *var. l.,* experimento *C. Mueller*). AVG. conf. 7, 7, 11 nusquam erat laxamentum et -um. serm. 232, 8 gaudium meum, solatium meum et -um periculorum meorum in his temptationibus nullum est, nisi bona vita vestra. IVLIAN. in Ioel 1, 15 l. 289 cessatio praecedentis incommodi, quae -um videbatur aliquod polliceri. CASSIOD. in psalm. 54, 24 l. 405 fovea mortalis ..., ubi nec spatium ullum conceditur nec ipsa miseris -a praestantur. LEANDER reg. praef. 32 in illo terribili ... iudicio -um *mihi* aderit ..., tu, *soror,* solatium meum, tu -um meum. **2** *vigente notione spirandi: proprie*: CHIRON 436 venter *iumenti splenis dolore laborantis* crescit et sine ullis -is erit et in equitatu expavescit. *in imag.*: EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 192 nares sponsae (*cant. 7, 4*) tropice ... Paulum designant apostolum, quoniam duorum testamentorum -a ipse ei, *i. ecclesiae,* contradidit (*Migne gr. 40, 125^{C} ἀναπνοάς*). *Bl.*

respīrātio, -ōnis *f.* *a* respirare. GLOSS. III 279, 69 *ἀναπνοή*: -o (*sim. al.*). GLOSS.^{L} II Abav. SU 78 suspirium: -o, anxietas (*minus apto ordine* RE 113 -o: a., s.). *legitur in orat. soluta tantum inde a* CIC., LIV., SEN. *philos.* [*olim edebatur e falsa var. l. pro* res pretio VITA Anton. 16, 5 l. 15; *loco corrupto* GLOSS.^{L} I Ansil. TI 117 (med. p. 85).]

I *i. q. actio vel effectus respirandi* (*gr. resp. ἀναπνοή l. 12. 21. 24. 37. 43. 71, ἄνεσις l. 73, διαπνοή l. 47. 50, διαστολή l. 52 sq.; respirant fere animantes vel eorum partes, sed res l. 12. p. 1523, 12 sqq.*): **A** *respicitur actio spiritum introducendi, recuperandi* (*nec non usu inde derivato quaevis actio vel facultas spirandi*): **1** *quaelibet exempla*: **a** *contextu vario*: CIC. Tim. 18 *non* erant animā circumfusa extrema mundi, ut -em requireret (*gr. 33^{C} ἀναπνοῆς*). SEN. epist. 56, 1 gemitus audio, quotiens *se exercentes* retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas -es. PLIN. nat. 9, 18 (*arguitur etiam pisces spirare*) quis sine -e somno locus? QVINT. inst. 11, 3, 49 secunda -o increscat oportet (*respic. orator ut*: 11, 3, 53 deformis est *spiritus* consumpti ... sonus et -o sub aqua diu pressi similis. 11, 3, 63 *vox* in ira ... -e crebra. *cf. 2a*). HIL. in psalm. 67, 22 qui *deus* primum animam nobis ad flatum -emque vivendi ... diffuderit (*item de spiritu a deo dato*: AVG. in psalm. 76, 6 unde vita? unde -o?). AMBR. hex. 5, 4, 11 in ... apertione *branchiarum* ... -is munus videtur impleri (*gr. p. 149^{B} τῆς ἀναπνοῆς*). AVG. anim. 3, 4, 5 (*antea*: emitte flatum in utrem) insufflatio ... detrimenta fecisset, nisi ea -o reparasset. PASCHAS. verba patr. 55, 1 vox *quaedam* ad hominem semper clamat usque ad ultimam -em (reparationem *var. l.; gr. Nau 1907 p. 52 n. 10 ἀναπνοῆς*). VITA Caes. Arel. 2, 10 *quidam* sine ulla spe vel -e animae cadens iacuit *vulneratus.* **b** *in medicina, descriptione corporis humani*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 487, 17 *umores corporis* habent -es suas per singulas partes corporis. med. 9 vesica habet super se duos renulos nervosos ... ad -em vel evaporationem. 17 cor ex toto corpore sumit aerem ... atque ita -is perficit officium. 32 p. 229, 6 quod ... per totam corporis superficiem seu cutem -o fiat, manifestum est ex eo, quod ... unguentorum virtutes usque altiora viscera perveniant. 36 *in peripleumonia* -o impeditur oppressione pulmonis. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 111 gutturis ob -em divisura. 2, 3, 16 -o tardior *in lethargis* **(***item respic. celeritas spirandi*: 2, 3, 17 si passio in peius duxerit aegrotantem, -o crassescit. 2, 10, 63 in ... -em celerem. 2, 36, 190 thorax ... gravatus cum -e frequenti. ORIBAS. syn. 5, 49, 7 La p. 86 -o magna et citata et spissa [*gr. ⟨αἱ⟩ ἀναπνοαί, Ab* anillitus, *i.* anhelitus]**)**. 2, 32, 167 -o parva atque anhela et insustentabilis. 2, 32, 172 difficultas -is minuitur (chron. 2, 8, 114 tussicula ... quibusdam adiuncta -is difficultate, quam Graeci dyspnoeam vocant. CASS. FEL. 41, 1. *cf.* difficilis -o: CAEL. AVR. diaet. pass. 21 ex ... -e ... d. *pleuriticum apprehendis. al.*). ORIBAS. syn. 1, 5, 1 As p. 38, 12 multus aer ⌊corpore⌋ cum -e adductus vel cum voce expulsus (*gr. ἀναπνοήν, La* adspirationem; ⌊⌋ *dat. intellegit Mørland sec. gr. εἰς τὸ σῶμα,* e corpore Aa). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 4 p. 363^{A} compressis ... totius corporis evaporationum tramitibus ... in profundissimas internorum sedes cogitur, quidquid per hos -is aditus exire prohibetur **(**[*gr. τὴν διαπνοήν*]. *cf.* 12, 5 p. 363^{C} -is itinera [*gr. τῶν πόρων*]. AGNELL. in Galen. puls. 49, 9 sic fortis fit passio *synanches,* ut adprehendat de -e itinera**)**. 12, 5 p. 363^{B} per maerorem tenues et incertae -es itinerum (iterum *ed. Migne*) comprimuntur (*gr. αἱ ... τῶν πόρων διαπνοαί*). 31, 15 p. 403^{B} quod extrinsecus est, ⌊per resumptionem (resurrect- *ed. Migne*) ac -em⌋ ad sese trahens *cor* (⌊⌋ *gr. διὰ τῆς διαστολῆς, quae vox resp. etiam* 31, 16 p. 403^{B} -bus atque compressionibus *cordis*). *al.*

2 *accedit notio secundaria morae respirandi causa factae*: **a** *notione spirandi vigente*: **α** *in rhet. quasi t. t.* (*cf. l. 15 sqq.*): CIC. orat. 53 distincta alios et interpuncta intervalla, morae -esque delectant. QVINT. inst. 7, 9, 11 divisio -e et mora constat. 9, 4, 18 clausulae et debita actionibus -o. 9, 4, 67 quae *cola* non dubie contexta sunt nec -e utuntur. 11, 3, 39 sunt ... sine -e quaedam morae etiam in perihodis. AQVILA rhet. 19 p. 31, 20 E. ubi semper continuatur oratio nec cola quasi -es ex intervallis habet, quae -es definitionibus periodorum interponuntur *eqs.* DOSITH. gramm. 70, 4 (*item fere* DIOM. gramm. I 438, 18) *mora* hoc solum servat officium, ut legentis spiritum levissima (brev- *Diom.*) -e refoveat. SERG. gramm. IV 484, 30 media distinctio est punctum adpositum mediae sententiae suspensae propter -em. **β** *cetera exempla*: LIV. 8, 38, 11 *Romani* sine -e ac respectu pugnabant **(**AMM. 14, 6, 19 sectatoribus disciplinarum liberalium ... s. -e ulla extrusis. SERV. Aen. 9, 813 ['nec respirare potestas'] s. -e pugnabat. *cf.* GREG. M. moral. 33, 30 *diabolus* ad spem caelestium nulla ... -e se erigit**)**. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 45 p. 806 -i hostium insidere (*Bulhart, Mnemosyne IV 6, 1953, 156,* -e h. incedere *ed.; gr. ταῖς ἀναπνοαῖς ἐπικαθῆσθαι*).

b *notione spirandi evanescente significatur relaxatio, remissio laborum sim.*: VET. LAT. or. Man. 10 non est -o mihi *vincto* (*gr. ἄνεσις*). ZENO 2, 1, 19 ornamentum ... unum si solvas in pretium distribuasque necessitatibus singulorum *pauperum,* ex eorum -e cognoscis, quantorum

[Beron]

malo ille constat ornatus. AVG. c. acad. 1, 1, 1 impetremus, ut ... sinat ... *deus* mentem illam tuam, quae -em iam diu parturit, aliquando in auras verae libertatis emergere. epist. 126, 3 inter hos aestus meos gravemque maerorem et ⌞nullius consilii -em⌟ (*negationem etiam ad* -em *pertinere volunt interpretes, ut vid.; latetne corruptela?*). OROS. hist. 6, 21, 21 tota ... Hispania in aeternam pacem cum quadam -e lassitudinis reclinata. AVELL. 238, 10 nec ipsi post -em non sunt beneficiis obnoxii, qui curantur inviti. STEPHAN. 1 l. 160 compellor ... nec aliquod tempus -is habeo. VITA Fulg. Rusp. p. 7 dabatur sane flebili recordationi quaedam -o, quotiens dulcissimos libros eius ... legebam. *al.*

B *respicitur actio spiritum expellendi, remittendi; respirant: res*: CIC. nat. deor. 2, 27 *aer calidus* oritur ex -e aquarum; earum enim quasi vapor quidam aer habendus est. HIPPOCR. num. sept. 3, 26 (*antea: venti* spirationis [-is *cod. A*] circuitus facientes) his (hi *cod. G*) septem -es ⌞sunt⌟ (*om. cod. G*) temporale⟨s⟩ (*gr. ἀνὰ πνεύμασιν cod., ἀνάπνευσιν Mras, Wien. Stud. 41, 1919, 70 sqq.*). PRISC. LYD. solut. 7 p. 83, 18 *sol* ipsam ... terram caliditate siccans fumeae inflationis facit fieri -em. *animantes*: RVFIN. hist. 1, 8, 7 fetor ... ex -e anhelitūs reddebatur (*gr. τῷ πνκνῷ τοῦ ἄσθματος*). CAEL. AVR. acut. 2, 21, 126 -em inquit *Praxagoras* intuendam, utrum sit calida et odoris taetri. chron. 5, 10, 97 *in tussicula* inspirationi[bu]s difficultas plurima ac -o longa. AGNELL. in Galen. sect. p. 26, 8 sq. spiritales *virtutes* sunt duo, inspiratio et -o: quod facit i., hoc facit diastolin, et quod facit -o, hoc facit sistolin (PRISC. LYD. solut. 2 p. 53, 7 [*de somno*] actionis ... partes sunt i. et -o. *al.*). p. 98, 23.

II *i. q. actio spiritum mortuis reddendi*: TERT. resurr. 30, 6 oportebit ossuum ... credi revisceratione et -em. *Beron.*

respīrātōrius, -a, -um. *a* respirare. *i. q. respirationem efficiens*: CASS. FEL. 39, 1 si forte ex -o interaneorum membro, quod Graeci anapneusticon morion vocant, sanguinis fuerit fluor. ORIBAS. syn. 9, 1, 3 La p. 269 ex frigdore -i organi (*ibid.* quod si ex f. -i [*scrib.* -tur-] o. sanguinem expuunt, flevotomas ... facies [*gr. τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. cf. Aa* de pulmone]).

respīrātus, -ūs *m.* *a* respirare. [*olim legebatur* CIC. nat. deor. 2, 136 (*v. l. 41*). HIPPOCR. progn. 5 (*v. p. 1524, 7. 1525, 64*).]

i. q. respiratio: APVL. met. 4, 15, 3 (*homo ursae pelle reconditur*) parvis ... -ui circa nares et oculos datis foraminibus (-ui ⟨et obtutui⟩ *Leo*).

*?***respīritus,** -ūs *m.* *a* respirare (*si recte legitur*), *cf.* spiritus *a* spirare. *i. q. actus respirandi, sc. spiritum introducendi*: CIC. nat. deor. 2, 136 *pulmones* tum se contrahunt adspirantes, tum ⌞in -u⌟ dilatantur (⌞ ⌟ *def. Skutsch, Glotta 3, 1912, 384*; inre spiritu *vel* se spiritu *codd.,* in respiratu *'vetus codex' Lambini,* in respirando *Plasberg,* intrante spiritu *Madvig*).

respīrium: *ἀναπνοή* GLOSS. III 348, 60. *subst. neutr. a* respirare, *cf.* suspirium *a* suspirare. *Bl.*

respīro, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* spirare. *scribitur* -sper- *in cod. vet. P* LIV. 22, 18, 10. NOT. Tir. 53, 98 -at. *de notione* (*cf. p. 1524, 41. 1526, 10*): GLOSS. III 127, 50 *ἀναπνέω*: -o. *sim. al. de formis: raro pass., e. g. p. 1524, 67* (*nota pass. pers. l. 75*). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., LVCR., *in orat. soluta inde a* CIC., LIV., VELL. [*confunditur in codd. maxime c.* respicere OPTAT. 3, 3, 2 AVG. epist. 167, 13 PASS. Fabii 9, suspirare HIER. psalt. sec. Hebr. 118, 131 RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 386, 14 CLAVD. 24, 343 PETIL. Aug. c. Petil. 2, 73, 163.]

I *fere i. q. spirare* (*praeverbium spectare vid. ad alterutram partem actionis reciprocae, ita ut reddatur spiritus corpori sub A [qui usus praevalet], remittatur spiritus e corpore sub B; gr. resp. πνεῖν p. 1526, 7 eiusque composita ἀνα- l. 73. p. 1524, 2. 10. 12. 50, συμ- p. 1525, 13, ceterum ἀνακύπτειν p. 1524, 60, ἀνανήφειν p. 1524, 64*): **A** *spiritum introducendo, recuperando* (*usu inde derivato, ut vid., respic. quaevis actio vel facultas spirandi e. g. l. 71 sqq. et sub 2b*): **1** *exempla varia; -ant animantes eorumve partes corporis sim.*: **a** *intransitive*: PLAVT. Epid. 204 sine, -em, quaeso ([*205* recipe anhelitum]. Persa 417 s. -are me, ut tibi respondeam. CLAVD. 20, 117. *cf. p. 1524, 47 sqq.*). CIC. fin. 3, 48 qui demersi sunt in aqua, ... -are *non* possunt (*item de demersis*: 4, 64 sq. SEN. dial. 4, 12, 4. PLIN. nat. 9, 20 cum *delphini* ... diutius spiritum continuere, ad -andum emicant. PASS. Fabii 9 moles saxeas adhibete pro pondere, ne umquam pelagi dimersa latibulis membra *martyris* -ent). PLIN. nat. 7, 42 si -vere *feminae,* difficilius enitantur (*cf. Arist. gen. anim. 775b1 sq. ὁ δὲ πόνος γυμνάζει τὸ πνεῦμα, ὥστε δύνασθαι κατέχειν, ἐν ᾧ τὸ τίκτειν ἐστὶ ῥᾳδίως ἢ χαλεπῶς*). 33, 122 *minium polientes* faciem laxis vesicis inligant, ne in -ando pernicialem pulverem trahant. *al.* ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 26 (*loq. victima*) non consimili ratione *atque homines* -o et video et ceteris adficior sensibus? CONC.^{S} I 5 p. 258, 18 naturaliter sitimus ..., naturaliter -amus in aere (*gr. I 1, 6 p. 117, 2 ἀναπνέομεν*). *al.* **b** *transitive: -atur aer*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 14, 3 intuere ..., quomodo ... aer ... animantibus cunctis vitam tribuat -tus ([*Migne gr. 35, 741*^{A} *τὸ ἀναπνεῖν*]. BASIL. hom. p. 77, 16 *qui in carcere est,* solem videt, a. -at communem [*Migne gr. 31, 252*^{B} *ἀναπνεῖ*]. AGNELL. in Galen. puls. 4, 8 unde *infantes in utero crescentes* -ant frigidum a.? *al.*). AVG. conf. 9, 7, 16 -ans, quantum patet aura in domo faenea. HIPPOCR. progn. 5 (*versione prava vix intellegenda*) grandem, *sc. spiritum sim., ...* -antem (*gr.* [*antea πνεῦμα*] *μέγα ... ἀναπνεόμενον* [*pass., sed vertitur tamquam mediopass. de homine*]; grande[m] ... -antem *Alexanderson,* grandis ... respiratus *Kühlewein,* respirationem *cod. alter; postea p. 1525, 63*). *-atur quaelibet res pro aere* (*in imag.*): VITA Anton. 91, 3 l. 13 ne timeatis ... eos *daemones,* sed Christum semper -ate, et huic credite (*gr. ἀναπνέετε*). CASSIOD. hist. 11, 6, 6 unus ... Platonem semper habebat in manibus, alter -bat iugiter Origenem (*gr. Socrat. 7, 6, 4 ἀνέπνεεν*). VEN. FORT. vita Hil. 2, 4 ego ... nihil proprio de fonte *scientiae* -ans.

2 *accedit notio secundaria*: **a** *accipiendi intervallum exercitationis sim., quo spiritus recuperari possit* (*accedit* paulum *sim. l. 30. 53. 66. 72. 75. p. 1525, 2*): **α** *-ant animantes*: Ⓘ *absolute; liberantur animantes*: Ⓐ *ab exercitatione vel laboribus corporis* (*ita ut notio spirandi fere vigere vid.*): ① *in pugna, proelio sim.*: ENN. ann. 407 *tribuno* -andi *non* fit copia (*cf. Hom. Π 111 ἀμπνεῦσαι*). VERG. Aen. 9, 813 nec -are potestas *Turno* (*cf. p. 1522, 68*). LIV. 2, 50, 10 -andi superior locus spatium dedit *militibus* recipiendique a pavore tanto animum (10, 28, 11 IVST. 18, 5, 7. *sim.* AMM. 19, 6, 13 s. ad -andum accepimus). *al.* VELL. 2, 27, 3 Romana acies -vit. VAL. FL. 4, 279. SIL. 14, 628 auditis ... tubarum -ant laeti clangoribus *milites iuniores.* STAT. Theb. 7, 10 posita -at cuspide Mavors, quamquam invisa quies. *al.* ② *in morbo eiusve tractatione*: PLIN. nat. 28, 71 *capillorum* nidore vulvae morbo strangulatas -are. PS. QVINT. decl. 5, 20 p. 106, 23 frater ... *apud piratas* deficiens *domi* -vit aliquid in toro. CHIRON 447 *iumentum* tertia die ... patieris -are. ③ *in quolibet labore*: VAL. FL. 7, 648 Siculo -at in aequore Cyclops *fulmina fabricatus.* STAT. Theb. 5, 430 paulum -at caelifer Atlans. VET. LAT. I reg. 14, 29 (cod. 91. *al.*) *cibo sumpto* -verunt oculi mei (*gr. εἶδον, cod. 115* viderunt, *Vulg.* illuminati sunt). IVST. 11, 15, 5 -andi equis data potestate. *al.* ④ *in oratione, narrando sim.*: QVINT. inst. 8, 5, 14 prope nefas ducunt -are ullo loco, qui adclamationem non petierit. 9, 4, 62 non ... sit ... abruptum, quo animi ... -ant ac reficiuntur. IVV. 14, 28 filia, quae numquam maternos dicere moechos tam cito ... poterit ..., ut non ter deciens -et. FLOR. Verg. 3, 1 hic cum ego -assem, statim Baeticus *coepit dicere. al.*

Ⓑ *a rebus adversis, quae animum perterrent vel vexant* (*ita ut notio spirandi saepe evanida vid.*): ① *exempla varia*: TER. Haut. 241 timeo. :: -a (*huc pertinere putat Lindsay* GLOSS.^{L} III Abol. RE 41 ⌞-a⌟: redi ad te [⌞ ⌟ *Goetz,* respida *trad.,* resipisce *Nettleship*]). CIC. Quinct. 39 huic tunc molestus esse videlicet noluisti, quem nunc -are libere non sinis. 87 *contendi Naevium* nobis vix -andi potestatem dare. S. Rosc. 60 -are visus est *accusator,* quod non alius potius diceret. Sest. 71 -asse homines videbantur nondum re, sed spe rei publicae recuperandae. Mil. 47 -vi, liberatus sum. fin. 1, 53 cuius in animo versatur *inprobitas,* numquam sinit eum -are, numquam adquiescere (Tusc. 3, 35 *res malae* lacerant, vexant, ... -are non sinunt. SEN. dial. 10, 7, 2. VET. LAT. Iob 9, 18 [cod. 91. *al.*] *deus* non sinit ... me -are [*gr. ἀναπνεῦσαι, Vulg.* requiescere spiritum meum]. *cf. p. 1523, 61 sq.*). Att. 2, 24, 5 -aro, si te videro. 7, 13, 3 cum mihi barbarorum adventus ... proponitur, omnia timeo; cum autem *adventus* Dolabellae venit in mentem, paulum -o. ad Q. fr. 3, 1, 7 Romae -andi non est locus. *al.* LIV. 6, 32, 1 parvo intervallo ad -andum debitoribus dato. 28, 31, 3. SEN. dial. 7, 2, 2 si ... -are illi *animo* et recedere in se vacaverit *eqs.* 12, 19, 1 in huius *sororis* primum -asti sinu. epist. 65, 16 philosophia ... illum *animum* -are rerum naturae spectaculo iussit. STAT. Theb. 7, 89 *post tempestatem nondum* toto -ant pectore nautae. PS. QVINT. decl. 11, 5 p. 224, 17 ubi -o, ... unde sumo solacium? FRONTO p. 109, 19. VET. LAT. Luc. 21, 28 (cod. 6. *al.*) -bitis et levabitis capita (*gr. ἀνακύψατε, cod. 3. al. et Vulg.* respicite). AVG. conf. 10, 4, 5 -ent *fraterni animi* in bonis meis, suspirent in malis meis. COD. Theod. 3, 2, 1 si quis ... contractu laborat, hac sanctione -et. VITAE patr. 5, 5, 19 -ans frater *peccans* per doctrinam senis ... et orationem (*gr. 5, 23 ἀνανήψας*). *al.* ② *-at civitas sim.* (*cf. p. 1525, 2 sq.*): CIC. fam. 6, 2, 2 si armis ... detractis civitas -verit *eqs.* (LIV. 26, 26, 11. AVG. civ. 3, 27 p. 138, 29 vix paululum -ante c.). LIV. 27, 40, 5 intervallum loci ... spatium dedisse ad -andum *Romanis.* 29, 4, 4 ita -tum, *sc. est.* STAT. Theb. 11, 18 -ant Thebae. FLOR. epit. 3, 19, 9 -verat insula (*sc. Sicilia*). *al.*

Ⓘ *indicatur, a qua re aliquis se relaxet, sc. per praepos.* (*fere* ab, *sed* de *p. 1525, 4,* ex *p. 1525, 2*): CIC. Cluent. 200 *Cluentius* erigere animum et paulum -are a metu coepit (har. resp. 48). LIV. 4, 25, 12 si plebi -are ab eorum *patrum* ... minis ... liceat *eqs.* 22, 18, 10 ab continuis cladibus -asse (resper- *plerique codd.*). STAT. Theb. 5, 50 ignifera fessus -at ab Aetna Mulciber. 7, 778 paulum -at ab armis *Amphiaraus.* QVINT. inst. 1, 8, 11

[Beron]

poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate -ant. DECL. in Catil. 10 rempublicam … ex … bellorum civilium vulneribus paulisper -antem (*item -at civitas*: PANEG. 2, 37, 2 a longa obsidione. *cf. p. 1524, 64 sqq.*). OROS. hist. 3, 1, 21 de qua *servitute* tunc -are vix coeperant *Athenienses. al.*

Ⓘ *indicatur, ad quid se dedicet is, qui liberatus est, vel ubi relaxationem inveniat: per praepos.* (*cf. l. 17*): PHILIPP. in Iob rec. long. 38 p. 759[C] ut tali mente non sit ad deum ullus aditus -andi (CASSIAN. conl. 9, 6, 4). AVG. c. acad. 3, 2, 2 tanta … peragenda extiterunt, ut … vix duas extremas diei horas in nosmet ipsos -are possemus. ord. 1, 3, 8 in se illi *Pyramus et Thisbe* vel inolita rimula -bant. VITA Roman. rec. (BHL 7306) 12 populi … gentilitatis pravum auctorem deserentes in sola sacerdotis dogmata -bant. CASSIOD. hist. 7, 25, 10 universos ad Nicaenam -asse fidem (*prave vertitur gr. Socrat. 4, 12, 35 συμπεπνευκέναι*). *al. per inf.*: CYPR. GALL. gen. 1434 *Iacob* -at patria festinus cedere terra (*cf. gen. 45, 27 sq.* revixit spiritus eius et ait: '… vadam et videbo illum').

β *-ant res* (*fere absolute, sed indicatur per praepos., a quo aliquid liberetur, l. 29, quid res liberata contingat sim. vel ubi laxationem inveniat, l. 31. 34. 36*): Ⓘ *incorporeae* (*sc. hominum qualitates vel actiones vel status, ita ut saepe ipsos homines -are intellegas*): CIC. Quinct. 53 -asset cupiditas atque avaritia. Cluent. 183 innocentiae defensio interclusa -at (AMM. 30, 4, 1). Phil. 8, 20 ne punctum quidem temporis … oppugnatio -vit. PS. QVINT. decl. 5, 16 p. 102, 10 ad quae colloquia tristitia -ret? 17, 13 p. 345, 8 minus fortassis urant invicem simultates et mutuis detestationibus invisa -ent. AMM. 16, 8, 6 veritas -vit oppressa (PALLAD. c. Ambr. fol. 348[v], 34 PHOEBAD. c. Arian. 1, 3). HIER. in Ezech. lib. 9 praef. *scripta* dividenda sunt, quo … dictantis scribentisque et legentis labor -et in partibus. PRVD. perist. 5, 140 cohibete paulum dexteras, -et ut lassus vigor. CLAVD. 19, 13 abluto penitus -ant nomine *Eutropii consulis* fasti. AVG. coll. c. Maximin. 13 l. 21 videtur … perfectio sanctitatis … *non* -are a gemendo. c. Pelag. 4, 3, 3 *pius* asserit … *non* posse captivam voluntatem nisi dei gratia -are in salubrem libertatem. OROS. hist. 5, 18, 17 *Pompei* victoriā senatus laticlavia … recepit, cum togas tantummodo ⌊victoriā⌋ Caesaris primum -ante (-ans *var. l.*) sumpsisset (⌊ ⌋ *simul ipsa victoria et metonymice status Romae victricis intellegi vid.*). ENNOD. epist. 1, 14, 4 p. 25, 15 ad bonam valetudinem sancti patris salus optanda et diligenda -at. VEN. FORT. vita Hil. 8, 25 metuens, ne adhuc contra religionis dogmata -ret … perfidia. *al. accedit obi. int.* (*quod notionem confirmat*): OPT. PORF. carm. 16, 12 omnia … certā -ant mente quietem. Ⓘ *corporeae*: LVCR. 6, 568 sqq. nisi -ent venti, vis nulla refrenet res neque ab exitio possit reprehendere euntis; (570) nunc quia -ant alternis inque gravescunt *eqs.* STAT. Theb. 10, 869 *ponte discusso amnis* cursus victor -at aperto. FRONTIN. aq. 19, 1 (*describitur cursus aquaeductus*) *aquae* piscinis excipiuntur, ubi quasi -ante rivorum cursu limum deponunt. *al.*

b *vivendi, existendi*: **α** *proprie; -ant animantes*: CIC. Quinct. 94 (*hyperbolice*) si fas est -are P. Quinctium contra nutum dicionemque Naevi *eqs.* RVFIN. Orig. in Ios. 15, 2 p. 382, 23 (*libere redditur Ios. 11, 11, fort. intercedente 10, 40* [*v. l. 52*]) ut non relinqueretur in ea *urbe,* qui -ret. FAVST. REI. epist. 5 p. 188, 10 intra paradisi nemora -antibus iustis. **β** *translate; -ant res: quae imaginem vividam exhibent*: CE 1527B, 2 (*a. 166/80*) tibi -antem faciem patrii numinis … dedicat Medaurius. *quae exsistunt*: RVFIN. Orig. in Ios. 13, 3 p. 373, 8 (*antea Ios. 10, 40* ut nihil in iis *urbibus* relinqueretur, quod spiraret) utinam … dominus … exstinguat omnia … mala, ut nullus in me malitiae sensus ultra -et. 15, 3 p. 387, 9 (*antea l. 48*) si nihil relinquatur in nobis, quod possit gentiliter -are.

B *spiritum expellendo, remittendo* (*notio remittendi minus apparet sub 1b, 2; opp.* spirare *l. 67,* inspirare *l. 69 sq.*): **1** *-ant animantes eorumve partes corporis*: **a** *aera sim.: transitive*: CIC. nat. deor. 2, 136 cum aspera arteria … animam … a pulmonibus -et et reddat *eqs.* ARNOB. nat. 2, 16 p. 84, 18 auras accipiunt *animantia cetera* naribus et per anhelitum reciprocatas reddunt; et nos spiritum consimiliter ducimus et -amus commeatibus crebris. HIPPOCR. progn. 5 (*versione prava; antea p. 1524, 5*) frigidum … -antem ex naribus **(***gr. ἐκπνεόμενον* [*sc. πνεῦμα, pass., sed falso tamquam med. de homine vertitur*]; frigidus … respiratus *Kühlewein,* respiratō *cod. alter***)**. *intransitive*: CIC. nat. deor. 2, 138 pars *animae in pulmonibus receptae* redditur -ando. AVG. anim. 3, 4, 6 *aerem* trahimus et reddimus, cum spiramus et -amus (*item opp.* spirare: civ. 13, 24 p. 597, 24. *al.*). ISID. diff. 2, 66 *aer* a corde per venas … diffunditur, ut paulatim inspirandi -andique tractu totum animet corpus (*item opp.* inspirare: PRISC. LYD. solut. 2 p. 53, 18). *al.* **b** *iram*: PETIL. Aug. c. Petil. 2, 73, 163 lupi … iram anhelantem -ant (suspir- *var. l.*).

2 *-ant res*: **a** *sonum*: CALP. ecl. 4, 74 prospice, ne tibi forte tinnula tam fragili -et fistula buxo, quam resonare solet. PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 *flumina* molli flaminis strepitu -antes murmurant. MART. CAP. 5, 457 criminis … confessio … ad humanitatis (humilitatis *Willis*) miseranda -at. VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 9 plausu creperegico Oetam Tirynthiacum Pindo -ante pulsassem. **b** *aera, vaporem, fumum sim.: c. acc.*: STAT. silv. 2, 2, 78 malignum aera -at … Nesis. PANEG. 8, 6, 4 anhelitu, quem -at, evectus *oceanus.* CLAVD. DON. Aen. 3, 5 p. 261, 16 ('omnis humo fumat Neptunia Troia') finitur incendium et deficiente materia fumum sola remanens terra -at. *absolute*: CASSIOD. hist. 6, 43, 5 vis magna ventorum repente -ans (*gr. Theodoret. 3, 20, 5 πνεύσαντες*). VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 6 non Cecaumene rabida nec ursae situs frigoribus intertextus -at, sed per vos … assiduo Favoni sibilo modulante vernatur. **c** *odorem* (*cf.* GLOSS.[L] II Abav. RE 112 -at: redolet): *c. abl.*: STAT. silv. 2, 4, 35 *in funere* tenues Arabum -ant gramine plumae *psittaci* Sicaniisque crocis. DRAC. Romul. 10, 121 ambrosio totum -at odore. *absolute*: VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 1 (*in imag.*) opinionis vestrae … aura … nares ipsas aromate -ante suffivit. vita Marcell. 2, 7 vilis saliunca -at. 7, 24. DYNAM. vita Max. 18 l. 452 amoenitatem paradisi ad cultum ipsius funeris -asse. **d** *cetera exempla*: RVFIN. hist. 4, 7, 14 divinum quiddam -ans sanctae conversationis aura (*gr. non resp.*). Orig. in iud. 5, 2 p. 493, 1 (*de nomine Debbora*) videamus, quid … interioris intelligentiae -et arcanum.

II *i. q. spiritum reddere mortuis*: TERT. resurr. 30, 2 (*antea Ezech. 37, 6* dabo in vobis *ossibus* spiritum) imaginem resurrectionis in illum *statum Iudaeorum* allegorizari, quia … habeat … de sepulcris … educi et refrigerii nomine -ari (-ati, -are *var. ll.; cf. p. 1523, 25*).

deriv.: respirabilis, respiraculum, respiramen, respiramentum, respiratio, respiratorius, respiratus (-ūs), *?*respiritus, respirium.

compos.: irrespirabilis. *Beron.*

[respisso *in falsa var. l. pro* spisso PHILVM. med. 1 p. 110, 13.**]**

resplendentia, (-ae) *f. a* resplendere. *i. q. status resplendendi, splendor*: AVG. epist. 155, 14 luculentis ingeniis non defit -a veritatis. *N. H.*

‡**resplendeo,** -uī, -ēre. *a* re- *et* splendere. NOT. Tir. 33, 99 -et. *praes.* -it *pro* -et CE 712, 4 (*a. 553*) *et hic illic in codd. medii aevi, e. g. l. 64. p. 1528, 40.* GLOSS. V 492, 55 bibro (*i.* vi-): corusco, sagitto, -o. GLOSS.[L] I Ansil. RA 71 radians: -ens. RE 704 refulsit: -uit. 919 relucent: -ent. 1062 renitens: -ens. *sim. al. legitur inde a* VERG., DIRIS, MANIL., SEN. *trag. et philos.,* HYG., TERT., *saepius inde a saec. IV; frequentat maxime* CASSIOD. (*ca. 50[ies]*). **[***a serm. docto haud aliena sunt it.* risplendere, *vet. et dial.* risprendere, *venet. vet.* respiender, *francog. vet., prov.* resplendre (-spland-), *francog. rec., prov., cat.* resplendir (*vet.* -spland-); *accedente suffixo (nisi a* resplendesco *derivanda) formantur hisp., port.* resplandecer, *hisp. vet., port.* -splend-. *cf. M.-L. 7246 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3244 sq. Cortelazzo-Zolli[2] 1395. Wartburg X 309 sq. Corominas III 655. Corominas-Pascual II 749. Houaiss[2] 2439. Schd.-Cr.***]** **[***confunditur in codd. c.* respondere *l. 62. p. 1527, 25. 40. 1528, 18* (*restit. p. 1528, 23. 41, cf. p. 1540, 33*), splendere POMER. 3, 10, 4 MAX. TAVR. 62, 2 ISID. orig. 16, 7, 6 (*in var. l. dub.* HYMN. Walpole 111, 16).**]**

fere i. q. splendere, refulgere (*praeverbium pertinet ad lucem repercussam sub IA et saepe sub II, ad lucem sim. denuo apparentem sub IB2 et hic illic sub II, maxime IIA2c, aliis locis vis eius obscura vel evanida est*).

saepe indicatur per abl. splendor e. g. l. 62. 64. 69. p. 1527, 63, materies splendida e. g. l. 74 sq.; per dat., quis vel quid splendorem accipiat, e. g. p. 1527, 43. 1528, 53 sqq. gr. resp. διαυγάζειν p. 1528, 8. 40, καταυγάζειν l. 67, λάμπειν p. 1527, 39. 41 eiusque composita ἀνα- p. 1528, 2, ἐκ- p. 1527, 6. 32. 54, περι- p. 1527, 26, προ- p. 1528, 42 (*cf. λαμπρός p. 1527, 31, λαμπροφορεῖν l. 73, λαμπαδηφόρος p. 1527, 48, λαμπρύνεσθαι* DIONYS. EXIG. vita Pachom. 45 l. 71), *στίλβειν p. 1527, 7. 29, ἀναφλέγειν p. 1527, 57.*

I *proprie respicitur splendor, qui oculis percipitur*: **A** *splendor repercussu lucis oritur; pro subi. est*: **1** *id (is), e cuius superficie lux repercutitur*: **a** *non indicatur origo lucis*: **α** *absolute*: VERG. Aen. 12, 741 fulva -ent fragmina *ensis* harena (-et fragmen *var. l.*). SEN. Ag. 543 conlucet Aiax *fulmine ictus*; omne -et fretum **(***item -et aequor*: SIL. 2, 663 -et imagine flammae aequor [respondet *var. l.*]. 12, 732 tremula infuso -ent caerula Phoebo [*sunt qui caelum intellegant*]. CASSIOD. in psalm. 52 l. 198 motu tremulo varia pelagus luce -et [-it *var. l.*]**)**. benef. 4, 6, 2 domus …, in qua marmoris aliquid -at. epist. 89, 21 omnibus licet locis tecta vestra -ant *eqs.* VET. LAT. I Macc. 6, 39 (rec. V; *antea p. 1527, 7*) -uerunt *montes* sicut lampades ignis (*gr. κατηύγαζεν,* rec. B -bant, *L* splenduerunt). PS. PHILO antiq. 26, 11 lapidis -ens sculptura **(***item -et lapis*: PRISC. periheg. 257 *lapis* sanguinea … rubens -et luce coloris [*gr. non resp.; cf. Sol. 27, 37* sanguineo repercussu]. ISID. orig. 16, 7, 6 chrysoberyllus dictus eo, quod pallida eius viriditas in aureum colorem -at. *al.***)**. RVFIN. hist. mon. 2, 17 chori angelorum vestibus ac ⌊mentibus⌋ -entes (*gr. 2, 12 λαμπροφορούντων.* ⌊ ⌋ *pertinet ad IIA1*). CLAVD. carm. min. app. 4, 1 stamine -ens et mira textilis arte balteus. CORIPP. Ioh. 4, 563 super erectis horrescit ferreus hastis campus -etque novis terroribus aer. *al.* **β** *c.*

[Beron]

obi. interno: AMBR. hex. 5, 11, 34 aurum licet in pratis flores refulgent, auri quoque fulgorem in mari lana -et.

b *indicatur origo lucis, quae repercutitur vel cui aliud splendendo respondet: per praepos.* (*adde* de *p. 1528, 17*): VET. LAT. Ezech. 43, 2 (Hier. *ad loc.* l. 487) terra -bat quasi fulgur a gloria *dei* per circuitum **(**[*gr. ἐξέλαμπεν, Vulg.* splendebat]. *item* ab: I Macc. 6, 39 [rec. V; *antea cf. l. 29*] -uerunt montes ab eis *clipeis* [*gr. ἔστιλβε, rec. L* effulserunt, *B* splendebant; *postea p. 1526, 66*]**)**. HEGES. 4, 18 p. 270, 23 si ad radium solis et ipsa *aqua* -at (*gr. non resp.*). *per dat.*: MACR. somn. 1, 19, 10 luna ... lucem nisi de superposito sole, cui -et, habere non potuit.

2 *imago, quae remittitur* (*cf. IIC*): SEN. nat. 1, 13, 2 *imagines solis in nubibus* ex ⟨re⟩percussu oblique accepto sole -ent. VVLG. prov. 27, 19 in aquis -ent vultus prospicientium. ISID. nat. 31, 2 *arcus* a sole -et in nubibus. *al.*

B *splendor rei vel animanti proprius est*: **1** *exempla varia*: **a** *-ent res variae*: **α** *terrestres, sc. quae ardent, lucent*: DIRAE 40 (*35* ignibus ... flagrabit) cyaneo -ens aethere silva (*sunt qui aetheris lucem repercussam intellegant*). AMBR. Hel. 7, 19 *natura amianti* sublata de flamma tamquam aquarum infusione munda -et. EVCHER. laud. her. 36 lucerna ..., quae per universum mundum -et. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 6 lampades ... lucem suam longius spargunt et, cum in alio loco sint, in alio -ent. *al.* **β** *caelestes*: MANIL. 5, 720 *pars stellarum* neque per cunctas noctes neque tempore in omni -et **(**[*coni. Bentley,* respondent *codd.*]. *item -ent stellae, sidera sim.*: AVIEN. Arat. 233 *in signo Ophiuchi* suffusa levi -ent ultima luce [respondent *var. l.; cf. gr. 80 αὔγλη*]. GREG. NAZ. epist. 101, 44 stellae ... nocte -ent [*gr. περιλάμπουσιν*]. *al.***)**. HYG. lim. grom. p. 147, 16 cum ... trans montem sol adhuc luceat et eisdem ipsis adhuc campis in ulteriore parte -at **(**VET. LAT. I Macc. 6, 39 [rec. B] cum fulgore sol -uisset super scuta *eqs. [gr. ἔστιλβεν, rec. L* effulsit, *V* refulsit; *postea l. 7]; cf.* ANIAN. Chrysost. hom. 4, 10 solis flamma -et [*gr. ἐστι ... λαμπρότερος*]. *al.***)**. VET. LAT. Sirach 43, 9 *luna,* vas castrorum ... in firmamento caeli -ens **(**[*gr. 43, 8 ἐκλάμπων*]. *item respic. luna, ut fort. locos ad A trahas*: AVIEN. Arat. 1336 cum toto dea iam surrexerit ore, integer ut magni -at ambitus orbis. *al.***)**. AMBR. hex. 4, 3, 8 ante solem ... non refulget dies, quia amplius quoque meridiano sole -et (MAX. TAVR. 99, 1). GREG. TVR. Franc. 6, 33 caelum ab ... septemtrionali plaga ... -uit. *al.*

b *-ent animantes divini vel res ad eorum speciem pertinentes: respic. Christus*: VET. LAT. Matth. 17, 2 (cod. 3. *al.* = VVLG.) -uit facies eius sicut sol (*gr. ἔλαμψεν, cod. 5. al.* effulsit, *2* fulgebat). ZENO 1, 54, 5 sua luce -ens corpus (respondens *var. l.*). RVFIN. Adamant. 2, 19 p. 45, 26 in cuius persona vel facie lux creatoris dicitur -ere (*gr. λάμπει*). CHROMAT. serm. 8, 2 vestimenta eius *alba* sicut nix facta sunt (*Matth. 17, 2*), quia claritatis eius gloria -bant (-bat *var. l.*). ARATOR act. 1, 178 pavidis -uit umbris. *al.* *cetera exempla*: HIER. in Ezech. 2, 1 l. 624 (*ad 1, 27* ignis splendentis in circuitu) a lumbis *dei* ... et deorsum ignis erat -ens in circuitu (*item respic. deus*: CASSIOD. in psalm. 96, 2 l. 47 cordi tenebroso *impiorum* nulla claritate -et. *al.*). RVFIN. hist. mon. 7, 3, 3 angelus ingenti luce -ens **(**[*gr. 8, 12 λαμπαδηφόρος*]. *item -ent angeli*: ALC. AVIT. carm. 4, 221 aliger ... conspicuus claro -ens nuntius ore. *al.***)**. MART. CAP. 2, 134 (*de Athanasia*) femina sacro lumine aetherioque -ens. MAX. TAVR. 43, 4 Moysi dextera ... niveo fulgore -uit. *al.*

2 *-ent, quae iterum splendent* (*iuxta* iterum *l. 57*): TERT. apol. 48, 8 lux cottidie interfecta -et. HERM. vulg. vis. 4, 1 (*antea*: video pulverem exsurgentem) pusillum -uit sol (*gr. ἐξέλαμψεν*). ARNOB. IVN. in psalm. 103 l. 99 evasimus ... silvas et facies nobis caeli -et. ALC. AVIT. carm. 4, 527 frenantur ... pluviae, -uit aether. GREG. NAZ. serm. 45, 29 sol obscuratus et iterum -ens (*gr. ἀναφλεγόμενος*).

II *translate vel in imag. respicitur qualitas splendida, quae mente percipitur* (*qua re quid [quis] -at, indicat abl. saepe, locut. c. praepos. l. 67 sqq. p. 1528, 17*): **A** *exempla varia*: **1** *-ent animantes*: SEN. benef. 4, 30, 4 ut loca sordida repercussu solis inlustrantur, ita inertes maiorum suorum luce -ant. AMBR. Iob 4, 9, 35 recte renovatur, qui ... in lucem virtutum mutatur ..., ut ... supra nivem albenti nimis fulgore -at. obit. Valent. 64 (*de anima Valentiniani*) ut luna -es, ut sol refulges. POMER. 3, 10, 4 si quisquam foris ... -at et intus, ubi deus solus videt, squaleat. CASSIOD. in psalm. 71, 14 l. 317 'praeclarum nomen' *Christianorum* ..., ut de suo rege -ant. CE 712, 4 (*a. 553*) in isto -it tumolo meritis ... abbas. GREG. TVR. glor. conf. 108 p. 818, 11 *Paulinus Nolanus* in virtute ... -uit. GREG. M. moral. 18, 71 quamvis *iusti* ... ex magna iustitiae claritate -ant. *al.*

2 *-ent res*: **a** *variae*: **α** *in religione christ.*: Ⓘ *-ent res bonae*: Ⓐ *virtutes, qualitates, actiones bonae, sanctae*: IVVENC. 1, 418 (*ad Matth. 4, 16*) exoritur fidei -ens luce voluntas. FILASTR. 150, 7 in Christi praesentia triplex gratia -et ac dignitas. AMBR. hex. 4, 5, 22 in ecclesiae loco, ubi iustitia -et **(**Isaac 8, 77 *caritatis* ignem misit in terras ... Iesus, et ... i. -uit. *cf.* sol iustitiae: CONC.^{S} I 2 p. 59, 21 per quam *virginem genetricem* -uit i. sol [*gr. I 1, 2 p. 46, 1 ἀνέλαμψεν*]. ARNOB. IVN. in psalm. 103 l. 115 nobis**)**. Noe 17, 62 lumini ... vicina virtus, quae mentis puritate et simplicitate -et (VITA Caes. Arel. 1, 53 -erunt in eum ... virtutes. *al.*). off. 3, 17, 98 cura honestatis maioribus nostris ... in adfectibus piis -uit et refulsit. CHROMAT. serm. 6, 2 non potest ... in ... populo lumen veritatis ac fidei -ere **(**CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 150, 24 -at tibi v. l. [*gr. I 1, 2 p. 97, 32 διαυγαζέτω*]**)**. PETR. CHRYS. serm. 72bis, 1 virginei partus ... miraculum caeleste -uit (*cf.* APRING. in apoc. 21, 19 l. 474 sancti spiritus dona vel miracula -ere. GREG. M. moral. 33, 56 ut miraculorum potentia quasi quodam ignis lumine -ere videatur). CASSIOD. compl. in I Tim. 4 commonet Timotheum, ut ... conversatio ipsius decora -at. *al.* Ⓑ *variae*: AMBR. Iob 4, 4, 16 haec *ecclesia* est actuosa ..., quod fide operibusque -at **(**HIER. tract. p. 537 l. 43 licet e., id est luna, quasi in nocte -at [*sim.* EVCHER. form. 2 l. 158]. *al.***)**. in psalm. 45, 14, 2 dies -uit gratiae spiritalis **(**CONC. Carth. a. 525 p. 255 l. 8 d. *concilii* mihi ... plus de sacerdotum praesentia quam ⌞de sole⌟ -et [⌞ ⌟ *ad IA1b*]. *al.***)**. HIER. in Gal. 4, 27 l. 16 cum in toto mundo crucis vexilla -ant (respondeant *var. l.; cf.* FVLG. RVSP. epist. 17, 58 -et virtus crucis Christi). HYMN. Walpole 56, 9 hora, quae -uit crucisque solvit nubila.

Ⓘⓘ *-et haeresis*: HIER. in Am. 5, 6 l. 221 ('quaerite dominum et vivite, ne forte succendatur ut ignis domus Ioseph') ignis, qui succenditur, ... -et et inflammat domum Ioseph (*postea*: haeretico igni succensi sunt).

β *cetera exempla*: CLAVD. 21, 16 narrem *Stilichonis* iustitiam? -et (plus splendet *var. l.*) gloria Martis; armati referam vires? plus egit inermis. AVG. ord. 1, 8, 21 (*de versibus locutus est*) alia, longe alia nescio quid mihi nunc luce -uit; pulchrior est philosophia **(***cf.* ANIAN. Chrysost. hom. 4, 6 mirare, quanta in hoc philosophia sermone -at [*gr. non resp.*]**)**. LEO M. serm. 26, 4 si ... ad humanam pertinet laudem, ut patrum decus in prole -at *eqs.* (*item respic. genus*: SIDON. carm. 7, 157 gentis ... suae ... patricius -et apex. ENNOD. epist. 1, 5, 6 p. 11, 8 natalium bonorum claritas ... -uit. *cf. p. 1527, 62*). CASSIOD. var. 6, 11, 1 *res publica* multis civibus -et ornata (*cf.* 11, 13, 3 [*loq. patria*] ecce civibus ornata -ui). inst. 1, 15, 12 *in libris puncta* suis locis aptata -ent. *al.*

b *scripta, verba sim.*: **α** *quae rem splendidam exhibent* (*in religione christ.*): AMBR. Ioseph 9, 46 cum ... eloquium sanctorum sicut argentum igne examinatum praecepti salubris fulgore -at. LEO M. serm. 82, 1 per quos *apostolos* tibi euangelium Christi, Roma, -uit. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 150, 20 velut quidam dies verum divinae scientiae -uit lumen (-it, -et *var. ll.; gr. I 1, 2 p. 97, 29 διαυγάσῃ*). CASSIOD. hist. 7, 25, 2 vestrae litterae ... fidei lumine -entes, fratres carissimi **(**respondentes *trad.; gr. Socrat. 4, 12, 23 γράμματα ... προλαμπόμενα* [*Valesius, -οι trad.*], *ἀδελφοί. sunt qui textum gr. traditum verti putent, ita ut locus ad 1 pertineat***)**. *al.* **β** *quae melius intelleguntur*: PETR. CHRYS. serm. 96, 1 obscurum verbum verbi ac sensus conlatione -et. LEX Visig. suppl. p. 466, 3 *leges* corrigimus, ut omnis legum ... obscuritas ... in lucem intellegentiae melioris deducta -at ac nihil habeatur ambiguum. FERRAND. epist. 3, 6 dum volumus ... probare substantiae humanae proprietatem *in Christo* ..., duarum substantiarum manifesta distinctio nominato ... mediatore -uit. **γ** *quae splendore fallaci commendantur*: GREG. M. moral. 31, 2 l. 9 haereticam ... doctrinam nitore *Salomo* vidit eloquii -ere.

c *spes, vota sim., quae solvuntur* (*vi praeverbii iterativa, ut vid.*): IVLIAN. in Am. 9, 11 l. 320 -uit anxiis ... longum expectata libertas. in Os. 13, 14 l. 199 (*antea*: divinum auxilium iustis precibus impetrarunt) liberatio piis votiva -uit. SIDON. epist. 5, 12, 2 quaedam spei nostrae libertatis fenestra -et. SACR. Gelas. 880 sanctorum ..., quaesumus, ... natalicia nobis vota -ant.

B *respicitur effectus fidei sim., quo carcer tenebrosus illuminari videtur*: CYPR. epist. 37, 2, 1 (*ad confessores*) in corde ac mentibus vestris Christi claritudo -ens ... tenebras *carceris* aeterna ... luce radiavit. PASS. Montan. 4, 2 ascensus tenebrosus *in carcerem* spiritu prolucente -uit.

C *respicitur imago per speculum reddita* (*cf. IA2*): **1** *c. obi. interno*: AMBR. virg. 1, 8, 45 'hortus conclusus soror mea sponsa, ... fons signatus' (*cant. 4, 12*) eo, quod in hortis huiusmodi inpressam signaculis imaginem dei sinceri fontis unda -at. **2** *cetera exempla*: LEO M. serm. 12, 1 si in nobis quasi in quodam speculo divinae benignitatis forma -at. 95, 7 te ... iustum vult esse iustitia, ut ... in speculo cordis humani ... dei imago -at. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 35, 4 speculum deitatis -entis. PS. PROSP. carm. de prov. 462 velut speculum mens est: ... confessi -et imagine Christi. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 30 quidquid de illa *visione gloriae dei* est, quod in mente -et, similitudo et non ipsa est (*postea I Cor. 13, 12* videmus ... per speculum in aenigmate).

deriv.: resplendentia, resplendesco, resplendor. *Beron.*

resplendēsco, -ere. *a* resplendere (*si vocem agnoscas; cf. tamen p. 1526, 40*). *formas perf. ad* resplendere *traximus, e. g. l. 38. p. 1527, 38.*

[N.H.]

i. q. resplendere incipere: NOT. Tir. 34, 1 -it (*fingi videtur ad exemplum 33, 98* splendescit; *cf. l. 4*).

resplendo *v.* resplendeo.

resplendor, (-ōris) *m.* NOT. Tir. 33, 100 -r (*fingitur a* resplendere *ad exemplum 33, 97* splendor; *cf. l. 1*). *N. H.*

respon pro coram VIRG. gramm. epist. 7, 1, 3 (*inter* inusitatas praepositiones ex quarto philosophicae latinitatis genere *fortasse ab auctore fictas*). *Bk.*

※**respondeo,** -spondī, -spōnsum, -ēre. *a* re- *et* spondere. *de origine*: VARRO ling. 6, 69 ab eadem 'sponte', a qua dictum 'spondere', declinatum … '-et' et 'desponsor'. 6, 72 a qua 'sponte' [dicere] '-ere' (cum spondere *cod.*) quoque dixerunt, cum a⟨d⟩ sponte⟨m⟩ -rent, id est ad voluntatem rogatoris; itaque qui ad id, quod rogatur, non dicit, non -et. *de scriptura*: TAB. devot. Audollent 221, 2 drsp- (*fort. pro* derespondere, *v. Löfstedt, Komm. zur Peregr. Aeth., 1911, 93*). 303 II 6 ripodere. CE 1145, 6 (*saec. I/II*) resposura. *notatur* rp *vel* rpon NOT. laterc. gramm. IV 299 -it; respon, resp, res *et* r *v.* SACR. Gelas. *ed. Mohlberg p. xxxvii; cetera v. e. g.* CANON. Turner I 2, 3 p. 533. NOT. Tir. 29, 88 -et. *de formis: perf.*: respondid- TAB. Albertini 2, 12. 3, 35 (*reicit* CAPER gramm. VII 103, 7), respopondid- *ibid.* 5, 37. *fut.* -eam: VET. LAT. psalm. 118, 42 (cod. 300). IV Esdr. 8, 25. HIER. interpr. Iob 32, 17 (*cod. β*). RVFIN. Clement. 2, 33, 2 PRAEDEST. 3, 37 l. 76 ARNOB. IVN. in psalm. 139 l. 96 SALV. gub. 2, 1, 1. *formae heteroclit. praes. tertiae coniug.: indicat.* -is VET. LAT. I reg. 26, 14 (Lucif. Athan. 1, 15 l. 43). MAXIMIN. c. Ambr. fol. 301^{v}, 6. *al.,* -it CHIRON 782 PELAG. in Rom. 9, 30 p. 80, 4. *al.,* -itis GREG. TVR. Franc. 6, 40 p. 311, 3, -unt REGVLA mag. 1, 64. 7, 38 GLOSS. IV 435, 30, -itur Ps. AVG. solut. 72 l. 6. *al. apud eundem* (*cf. ed. Schwank p. 138*). EPIPHAN. in euang. 14 p. 10, 9, -untur PEREGR. Aeth. 24, 1; *inf. pass.* respondi GREG. M. epist. 1, 41 l. 35; *imperat.* -ite VET. LAT. Marc. 11, 29 (cod. 4. *al.*). Luc. 20, 3 (*v. p. 1538, 22*); *coni.* -dat CIL XIII 7552 (*textum corr. Blänsdorf, Defix. tab. Mogont., 2012, 185*). CHIRON 58, -datis VET. LAT. Luc. 21, 14 (cod. 2). *de notione* (*addas p. 1530, 36. 1534, 60. 1541, 53. 1542, 72 sqq. 1544, 6. 21 sq.*): SERV. auct. Aen. 1, 94 refert: -et. PRISC. gramm. III 374, 2 *Attici dicunt ὑπολαμβάνω* pro -o. GLOSS. -o: *ἀποκρίνομαι. ἀντιφθέγγομαι.* -et: consentit. -it: accedit (*?*). -ant: vicem reddant. GLOSS.^{L} I Ansil. CA 447 canit: -it. DI 69 dicere: -ere. SU 58 subd[e]o: -o aut subiectum facio. 105 subicio: -o, addo aut subiectum facio. *sim. al.* *legitur inde a* LIV. ANDR. *per totam latinitatem.* **[***coniugatione permutata (cf. l. 23 sqq.) val.* răspunde, *it.* rispondere, *raet. occ.* (*Engadin*) respuonder, *centr.* respógne, *or.* rispuìndi (rasp-, resp-, *cf. Il nuovo Pirona, ^{2}1992, 884*), *francog.* répondre, *prov., cat.* respondre, *hisp., port.* responder. *cf. M.-L. 7247 et Faré, Postille. Tiktin-Miron^{3} III 294. Battisti-Alessio V 3245. Cortelazzo-Zolli^{2} 1395. Wagner II 354 sq. Kramer V 511 sq. Wartburg X 310 sqq. Coromines VII 278 sq. Corominas-Pascual IV 887. Houaiss^{2} 2440. Schd.-Cr.***]** [*in falsa var. l. pro* resonare IVST. 24, 6, 8, responsare *p. 1556, 23,* responsitare *p. 1556, 2,* spondere CIC. Att. 16, 5, 2; *falso trad. pro* reposcere TAC. ann. 14, 54, 3.]

fere i. q. vicissim dicere vel agere (*sensus originarius vicissim spondendi minus perspicuus est, sed fort. elucet e. g. in responsis haruspicum p. 1534, 43. 1537, 63 vel reorum p. 1530, 70, cf. p. 1546, 31; in lusu verborum c.* spondere *p. 1536, 65*).

exempla sic digerenda esse putavimus:

CAPVT PRIVS: *vi praeverbii vigente*:

I *actio -endi verbis vel actionibus alienis succedit*:

A *responsum fit verbis*:

1 *ad verba*: **a** *interrogationum variarum: p. 1530, 26.* **b** *petitionum, precum, monitorum, imperiorum sim.: p. 1531, 62.* **c** *contumeliarum, accusationum sim.: p. 1532, 44.* **d** *argumentorum sim.: p. 1533, 32.* **e** *consultationum: p. 1534, 6.* **f** *appellationum, salutationum sim.: p. 1535, 35.* **g** *carminum, psalmorum, precum sim.: p. 1536, 30.* **h** *quaelibet: p. 1536, 63.*

2 *ad actiones*: **a** *usu communi: p. 1537, 43.* **b** *usu peculiari prodigiis sim. visis -ent haruspices: p. 1537, 62.*

appendix stilistica et syntactica ad IA pertinens: p. 1538, 13.

B *responsum fit vario modo*:

1 *-ent res*: **a** *satisfaciendo, sc. desideriis, exspectationibus sim.: p. 1540, 18.* **b** *aequando sim., sc. antea factis, labori sim.: p. 1541, 37.* **c** *resonando: p. 1541, 52.* **d** *imagines reddendo: p. 1542, 4.* **e** *apparendo, eveniendo sim.: p. 1542, 11.* **f** *vario modo: p. 1542, 39.*

2 *-ent animantes, sc. actionibus*: **a** *-et, qui idem vel simile reddit, sc. antea factis, beneficiis sim.: p. 1542, 51.* **b** *-et, qui satisfacit, sc. desideriis, exspectationibus sim.: p. 1543, 1.* **c** *cetera exempla: p. 1543, 32.*

II *respectu succedendi evanido vel minus perspicuo -etur cuilibet (rei), sc. congruendo, conveniendo sim.; pro subi. sunt*:

A *res*: **1** *quae aptae, dignae sim. sunt: p. 1543, 59.* **2** *quae similes sunt: p. 1544, 65.* **3** *quae se opponunt: p. 1545, 14.* **4** *quae attribuuntur, pertinent ad aliquid: p. 1545, 22.*

B *animantes*: **1** *usu communi -ent, qui aliis similes vel digni sunt: p. 1545, 46.* **2** *usu peculiari -ent dicentes vel scribentes: p. 1546, 4.*

CAPVT ALTERVM: *vi praeverbii minus perspicua*: **I** *fere i. q. spondere: p. 1546, 31.* **II** *adhibetur pro verbo dicendi: p. 1546, 39.*

p. p. p. **respōnsum** *pro subst. neutr.: p. 1546, 61.*

CAPVT PRIVS: *vi praeverbii vigente*: **I** *actio -endi verbis vel actionibus alienis succedit* (*id, quod antecedit, interdum minus perspicuum vel e contextu subaudiendum est; proverbialiter l. 61. p. 1536, 67; pass. impers. e. g. p. 1533, 60. 1534, 29. 1537, 66. 1542, 55*): **A** *responsum fit verbis* (*-ent fere homines, sed eorum lingua l. 60, litterae p. 1534, 13, pugio p. 1533, 12, sonus p. 1536, 71, ceterum animalia [in fabulis praeter p. 1535, 55] p. 1532, 65. 1533, 36, dei l. 53. p. 1532, 33. 1536, 70 [statua deae l. 57], res in imag. p. 1532, 25. 1533, 5. 59. 1535, 22. 47; plerumque responsum fit dictis, sed scriptis maxime p. 1537, 27 et e. g. p. 1533, 51. 1534, 12, voce animalis p. 1535, 55; c. colore contumaciae e. g. l. 58 sq. p. 1534, 23; gr. resp. maxime ἀποκρίνεσθαι, e. g. p. 1532, 40. 72. 1533, 25. 31. 1535, 62, ceterum e. g. ἀπολογεῖσθαι p. 1531, 9. 1534, 4*): **1** *-etur ad verba*: **a** *interrogationum, quaestionum variarum*: **α** *usu communi* (*praebemus exempla selecta*): Ⓘ *contextu vario* (*saepe antecedunt verba rogandi, e. g.* interrogare *l. 54 sqq. al.,* rogare *l. 30. 51 sq. al.,* quaerere *l. 32. 42. al.*): LIV. ANDR. com. 1 pulicesne an cimices an pedes? -e mihi. PLAVT. Amph. 608 cave quicquam, nisi quod rogabo te, mihi -eris. 962 sed age -e: iam vos rediistis in concordiam? Asin. 389 pol haud periclumst, cardines ne foribus effringantur, si istoc exemplo omnibus, qui quaerunt, -bis. TER. Hec. 516 quid agam? … quid viro meo -bo misera? … quod si rescierit peperisse eam, id qua causa clam me habuisse dicam, non edepol scio. Ad. 499 quid mihi -es? :: fratrem conveniam, Hegio (DON. *ad loc.* 2 'spondere' … proprie est priorem loqui …; '-ere' posteriore loco dicere). CIC. inv. 1, 52 quoniam uterque vestrum … id mihi solum non -it, quod ego solum audire volueram *eqs.* Catil. 1, 29 ego sanctissimis rei publicae vocibus … pauca -bo. de orat. 2, 68 omnia, quae pertinent ad usum civium …, comprehendenda esse oratori puto; si minus, ut separatim de iis rebus philosophorum more -at (*cf. p. 1533, 54*). 2, 287 salsum est etiam quaerentibus et quasi percontantibus lente -ere, quod nolint. CATVLL. 10, 9 in quibus *sermonibus,* quid esset iam Bithynia, … ecquonam mihi profuisset aere; -i id, quod erat, nihil neque ipsis nec praetoribus esse *eqs.* CAES. civ. 2, 39, 1 ex captivis quaerit, quis castris … praesit; -ent Saburram. SALL. Iug. 85, 16 si … ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, mene an illos ex se gigni maluerint, quid -suros creditis, nisi sese liberos quam optumos voluisse? NEP. Arist. 1, 4 quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret …; cui ille -it se ignorare Aristiden. HOR. sat. 1, 2, 11 hunc si perconteris, avi cur … ingrata stringat … ingluvie rem, … animi quod parvi nolit haberi, -et. OV. ars 1, 221 omnia -e, nec tantum siqua rogabit. fast. 5, 193 'ipsa doce, quae sis, hominum sententia fallax: optima tu proprii nominis auctor eris'; sic ego, sic nostris -it diva rogatis: *eqs.* SEN. contr. 9, 3, 14 Cassius Severus … interrogatus, quomodo dixisset, -it: male *καὶ κακῶς.* VAL. MAX. 1, 5, 3 (*antea*: interrogavit) *filiola* -it Persam perisse. 1, 8, 3 quorum ab uno per iocum interrogata dea (*sc. simulacrum eius*) an Romam migrare vellet, velle se -it. SEN. dial. 2, 14, 2 ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod ostiario libere -it. 5, 35, 1 -isse tibi servum indignaris libertumque et uxorem et clientem …; rursus, si tacuit interrogatus, contumaciam vocas. LVCAN. 6, 762 vox illi *mortuo* linguaque tantum -sura datur. CARM. Quint. inst. 5, 13, 42 non male -it, male enim prior ille rogarat (*cf. Otto, Sprichw. n. 1014*). *al.* *in formula sacramenti sim.* (*cf. p. 1532, 42; fort. huc p. 1546, 34*): TERT. coron. 3, 3 *in baptismate* ter mergitamur amplius aliquid -entes, quam dominus in euangelio determinavit. 11, 1 in alium dominum -ere post Christum (*sim. indicatur,* in *quem vel quid iuretur*: mart. 3, 1 vocati sumus ad militiam dei vivi iam tunc, cum in sacramenti verba -imus). BACHIAR. fid. 2 l. 94 accipiatur confessio mea, quam in baptismi nativitate -i.

Ⓘⓘ *in re iudiciaria* (*antecedit maxime* interrogare, *e. g. p. 1531, 38 sqq.*): Ⓐ *-et reus sim.* (*fere in iure, sed in contione e. g. l. 75. p. 1531, 38; -ent martyres p. 1531, 10*): CIC. inv. 1, 54 aut non -endo aut male -endo longius rogationem procedere non sinit. har. resp. 17 quia, cum ab hoc eodem impurissimo parricida rogarer, cuius essem civitatis, -i me … eius esse, quae carere me non potuisset. LIV. 8, 32, 8 sq. (*dictator ad magistrum equitum*) ad haec, quae interrogatus es, -e; at extra ea cave vocem mittas

[Marchionni]

…; (9) adversus singula cum -ere haud facile esset *eqs.* SEN. contr. 7, 6, 2 si interrogavero patrem …; si sanus est, -bit: '…'. TAB. cer. Pomp. Camodeca 25 p. 2, 7 (*a. 55*) in iure … Sulpicius … inter⟨rogavit C. Iuli⟩um Prudentem …; -it *eqs.* QVINT. inst. 9, 2, 8 interrogamus …, ubi -endi difficilis est ratio, ut vulgo uti solemus: 'quo modo? qui fieri potest?' 9, 2, 12 'quaero, an occideris hominem', -etur 'latronem': 'an fundum occupaveris', -etur 'meum', ut confessionem praecedat defensio. APVL. apol. 64, 5 ut de nomine etiam vobis -am. VET. LAT. Luc. 21, 14 (cod. 8, *sim. al. et* VVLG.) non praemeditari, quemadmodum -atis (*gr. ἀπολογηθῆναι. huc spectat* TERT. adv. Marc. 4, 39, 6 ipse *Christus* cogitari vetat, quid -eri oporteat apud tribunalia. scorp. 11, 3 spiritum sanctum -surum). TERT. nat. 1, 3, 6 quod praesidi offeratur, quod de reo inquiratur, quod -etur vel negatur, … id reum agnosco. apol. 23, 9 (*4* iussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille … se daemonem confitebitur) si altera parte daemones sunt vel angeli, cur se alibi pro deis agere -ent? (*in tribunali ficto ut*: 24, 1 omnis ista confessio illorum, qua se deos negant esse quaque non alium deum -ent praeter unum). VLP. dig. 3, 3, 39 pr. ut ⌊in iure interrogatus⌋ ex omnibus causis -at (⌊ ⌋ *cf.* 11, 1, 4, 1 quod ait praetor: 'qui in iure interrogatus -erit', sic accipiendum est apud magistratus populi Romani vel … alios iudices). *al., v. et Vocab. Iurispr. Rom. V 170, 48 sqq.* *in stipulatione*: IVLIAN. dig. 45, 2, 6 pr. duos reos promittendi facturus si utrumque interrogavero, sed alter dumtaxat -erit, verius puto eum, qui -erit, obligari. VLP. dig. 45, 1, 1, 3 si quis simpliciter interrogatus -erit: 'si illud factum erit, dabo', non obligari eum constat. TAB. Albertini 5, 37 istipulatus ⟨est⟩ emtor, -erunt Vigilianus et Egip⟨tia iugalis⟩ eius. *al., v. et Vocab. Iurispr. Rom. V 171, 24 sqq.* Ⓑ *-et testis, index sim.* (*praes l. 32, pars opponens l. 41, eius advocatus l. 29; interrogatio subauditur, ita ut vergat in notionem testandi, l. 44. 50*): CIC. Q. Rosc. 44 (*ad Saturium, defensorem Roscii*) si iam tibi deliberatum est …, -e; Manilio et Luscio negas esse credendum? dic, aude. Flacc. 10 numquam nobis ad rogatum -ent *testes,* semper accusatori plus quam ad rogatum. VARRO ling. 6, 74 praes qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet; a quo et (ei *Giardina*) cum -et, dicit: 'praes' (*sim.* PAVL. FEST. p. 223 praes est is, qui populo se obligat, interrogaturque a magistratu si praes sit; ille -et: 'praes'). VAL. MAX. 4, 1, 11 testis … in reum productus, cum id -isset, quod salutem periclitantis magnopere laesurum videbatur *eqs.* 6, 2, 3 *Carbo tribunus plebis* Africanum, … ab ipsa paene porta in rostra perductum, quid de Ti. Gracchi morte … sentiret, interrogavit …; iure eum caesum videri -it. ASCON. Mil. p. 34, 26 tribuni plebis in rostra produxerant … eumque interrogaverant …; -erat *eqs.* TAC. hist. 2, 53, 2 interrogatus Othonis libertus … -it. PLIN. epist. 5, 4, 2 *legati Vicetinorum* interrogati a Nepote praetore, quem docuissent, -erunt, quem prius. SVET. gramm. 9, 4 cum … testimonium diceret, interrogatus a Varrone diversae partis advocato, -it *eqs.* TAB. devot. (CIL XIII 7555 II; *saec. I/II*) sic non possit respo⟨nde⟩re qua⟨e⟩s⟨tionibus⟩. CALL. dig. 22, 5, 3, 1 (*verba Hadriani*) tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus …, utrum unum eundemque meditatum sermonem attulerint an ad ea, quae interrogaveras, ex tempore verisimilia -erint. PAVL. dig. 21, 1, 58, 2 mox inventus praesentibus honestis viris interrogatus, an et in domo venditoris fugisset, -it fugisse. TAB. devot. Audollent 218, 9 (*Carthagine, vix post saec. III*) adligate lingu⟨a⟩s horum …, ne adversus nos -ere (*sc. possint*). *al.*

β *term. techn. gramm. vel rhet., sc. de sermonis genere affirmativo*: VARRO ling. 10, 31 *si verba* habent personas, eorum declinatuum species sunt sex: una quae dicitur temporalis, ut 'legebam gemebam, lego gemo'; altera personarum, ut 'sero meto, seris metis'; tertia rogandi, ut 'scribone legone, scribisne legisne', quarta -endi, ut 'fingo pingo, fingis pingis'; quinta optandi *eqs.* 10, 32 item sunt declinatuum species quattuor, quae tempora habent sine personis: in rogando, ut 'foditurne?' …; ab -endi specie eaedem figurae fiunt extremis syllabis demptis. QVINT. inst. 3, 4, 10 *Protagoras* interrogandi, -endi, mandandi, precandi … partes solas putat (*cf. Diog. Laert. 9, 53 ἀπόκρισιν*). CAPER gramm. VII 98, 9 (= ISID. diff. 1, 480) 'quamdudum' interrogantis est, 'iamdudum' -entis.

b *petitionum, precum, monitorum, imperiorum sim.* (*per prosopop. -et* ianua *p. 1532, 25; antecedit* petere *p. 1532, 21. 32. al. [cf.* repetere *l. 70] et e. g.* monere *p. 1532, 27. 29,* orare *l. 69. p. 1532, 4. 8,* postulare *l. 75,* suadere *p. 1532, 11. 37; exempla selecta*): **α** *in rebus publicis* (*saepe magistratus legatis -ent sim.; -et imperator l. 32. p. 1532, 13*): PLAVT. Amph. 214 *legatis nostris Teloboi* -ent bello se et suos tutari posse. CIC. Verr. II 4, 80 *Segestani* orant te atque obsecrant, ut sibi religionem … restituas …; quid … tu his -ere honeste potes? Balb. 38 *Gaditanis* repetentibus L. Cornelium -rem legem populum Romanum iussisse de civitate tribuenda. Pis. 78 *orantes* ad te et ad tuum conlegam remisit *Pompeius,* ut causam publicam susciperetis …; ecquid, infelix, recordaris, quid -eris? (*seq. p. 1550, 6*). CAES. Gall. 1, 7, 6 *legatos* rogare, ut eius voluntate id sibi facere liceat; Caesar … legatis -it diem se ad deliberandum sumpturum. 1, 34, 1 placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent …; ei legationi Ariovistus -it *eqs.* 1, 44, 1 Ariovistus ad postulata Caesaris pauca -it. BELL. Alex. 36, 2 *non* sibi quicquam fore antiquius quam dignitatem populi Romani … *Domitius* legatis -bat. Hisp. 13, 5 missos facere loricatos … orabant; quibus -it Caesar se condiciones dare, non accipere consuevisse. SALL. Catil. 34, 1 ad haec Q. Marcius -it, si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant. LIV. 4, 7, 5 *legatis ab Ardea* missis ab senatu -sum est iudicium populi rescindi ab senatu non posse. VAL. MAX. 1, 5, 8 *Fortuna Cassium* orantibus Rhodiis, ne ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur, Solem a se relinqui -ere voluit. CVRT. 7, 11, 5 Cophen … misit ad barbaros, qui suaderet, ut dederent rupem; Arimazes … superbe multa -it. SVET. Nero 15, 1 in iuris dictione postulatoribus … nisi per libellos non temere -it. AMM. 20, 9, 8 magistrum … officiorum … libellis antea -entem (HIST. AVG. Opil. 13, 1 Traianus). *al.* **β** *in rebus privatis*: PLAVT. Curc. 333 rogo, uti faciat copiam …; -it mihi paucis verbis atque adeo fideliter, quod tibi est, item sibi esse, magnam argenti inopiam. TER. Andr. 419 hodie uxorem ducas … volo. :: nunc nostrae timeo parti, quid hic -at. Haut. 859 hanc uxorem sibi dari volt Clinia …; quid nunc renuntiem abs te -sum? CATO orig. 72 equos (*nom.*) -it: oreas mihi inde, tibi cape flagellum. CIC. Q. Rosc. 49 rogare coepit …: 'mentire mea causa …'; quid ille -it? 'ego vero cupide … mentiar'. Verr. II 1, 138 C. Mustius rem demonstrat, petit auxilium, pecuniam pollicetur; -it illa ut meretrix non inhumaniter. SALL. Iug. 64, 3 -it … facturum sese, quae peteret; ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse *eqs.* HOR. epist. 1, 7, 63 'dic ad cenam veniat' …; 'benigne' -et *quidam.* PROP. 1, 16, 26 (*ad ianuam*) -es tacitis mutuă cardinibus. 4, 8, 81 *Cynthia* indixit leges: -i ego 'legibus utar'. LIV. 27, 40, 8 monenti Q. Fabio, ne priusquam genus hostium cognosset, temere manum consereret, -isse ubi primum hostium agmen conspexisset pugnaturum. VAL. MAX. 6, 2, 12 cum … amici … ne id faceret, monerent, duas res … magnam sibi licentiam praebere -it *quidam,* senectutem et orbitatem. PHAEDR. 1, 22, 4 'parce … ' inquit *mustela* 'mihi', -it ille *homo* '…'. SEN. benef. 2, 17, 1 ab Antigono Cynicus petit talentum; -it plus esse, quam quod Cynicus petere deberet. SIL. 9, 542 contra quae, *sc. imperia Iunonis,* miti -et Iuppiter ore. PLIN. epist. 1, 5, 10 exponit Reguli mandata, addit preces suas …; cui ego: '… nihil alterutram in partem -ere tibi possum'. 1, 7, 2 (*nisi ad p. 1543, 32 sqq.*) simili nutu ac renutu -ere voto tuo possum. SVET. Claud. 10, 3 accitus … in curiam ad suadenda, quae viderentur, vi se et necessitate teneri -it. FRONTO p. 92, 21 'ama me, ut amas' inquis; huic verbo -ere paulo verbis pluribus in animo est. VET. LAT. gen. 27, 39 (cod. 100, *sim. al.*) Esau … ploravit; -ens autem pater eius dixit: '…' (*gr. ἀποκριθείς, Vulg. aliter*). IVVENC. 3, 183 precibus … discipulorum -it *eqs. al.* *in formula*: CYPR. domin. orat. 31 sacerdos … parat fratrum mentes dicendo: 'susum corda', ut dum -et plebs: 'habemus ad dominum', admoneatur *eqs.*

c *contumeliarum, maledictorum, accusationum sim.* (*antecedit* lacessere *l. 50. 56* [*opp. l. 57. p. 1533, 13*], provocare *v. vol. X 2, 2354, 61 sqq.; retorquetur eadem accusatio l. 53; exempla selecta*): **α** *contextu vario*: PLAVT. Men. 945 satin haec pro sano maledicta maledictis -o? (TER. Andr. 7 in prologis scribundis operam abutitur, … qui malevoli veteris poetae m. -at. CIC. dom. 93 SCHOL. Hor. epod. 6, 11). TER. Phorm. 19 (*13* vetus si poeta non lacessisset prior *eqs.*) hic -ere voluit, non lacessere. RHET. Her. 4, 36, 48 non apertissime res erant crimini datae? non omnes hae testibus comprobatae? non contra tenuiter et nugatorie -sum? CIC. Cael. 8 ut ea in alterum ne dicas, quae cum tibi falso -sa sint, erubescas. har. resp. 17 potest quisquam vir … satis graviter inimici contumeliis sine sua laude -ere? at ipse non modo -et quidquid potest, cum est lacessitus, sed etiam gaudet se ab amicis, quid -at, admoneri (PS. AVR. VICT. epit. 9, 3). fam. 12, 20 me … scripto aliquo lacesses, ego enim -ere facilius possum quam provocare. LVCR. 3, 950 si vocem rerum natura repente mittat et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa: '…', quid -emus, nisi iustam intendere litem naturam? CAES. Gall. 7, 20, 3 tali modo accusatus ad haec -it *Vercingetorix proditionis insimulatus.* OV. rem. 397 hactenus invidiae -imus (QVINT. inst. 11, 1, 18). LIV. 6, 21, 9 arguentibus … eos Tusculanis …, quorum in fines incursatum erat, ita placide ab senatu -sum est, ut minus credi de criminibus … appareret. PHAEDR. 1, 1, 11 'male … dixisti mihi'; -it agnus 'equidem natus non eram'. SEN. dial. 2, 18, 5 Antistheni mater barbara … obiciebatur; -it et deorum matrem Idaeam esse. PETRON. 59, 1 -ere convicio. PLIN. nat. 7, 56 a furente increpitus Antonio … *mercator* -it *eqs.* TAC. ann. 14, 49, 1 Vitellius optimum quemque iurgio lacessens et -enti reticens, ut pavida ingenia solent. SVET. rhet. 28, 1 obicientibus sibi, quod … sectam sequeretur, … -it *eqs.* VET. LAT. psalm. 118, 42 (cod. 303, *sim. al. et* VVLG.) -bo exprobrantibus mihi verbum, quia *eqs.* (*gr. ἀποκριθήσομαι. cf.* AVG. in psalm. 118, serm. 13, 2 utrum 'verbum exprobrantibus' an 'verbum -bo', ambiguum est). *al.*

β *in re iudiciaria* (*in synodo p. 1533, 31; -et reus sim., sed advocatus e. g. p. 1533, 8. 18, praetor p. 1533, 21, in imag. liber pro reo p. 1533, 5*): TER.

[Marchionni]

Phorm. 280 an quisquam iudex est, qui possit noscere tua iusta, ubi tute verbum non -as, ita ut ille fecit? RHET. Her. 2, 5, 8 accusator dicet eum *reum* usque adeo praemeditatum fuisse, quid sibi esset usu venturum, ut confidentissime resisteret et -ret. CIC. div. in Caec. 52 quid ad haec dici potest? … video mihi non te, sed hunc librum esse -surum. Verr. II 1, 26 accusabo, -bis. Cluent. 8 multorum annorum accusationi breviter dilucideque -o (Brut. 271). Mur. 57 accusat paternus amicus, C. Postumus …, accusat M. Cato …; -bo … Postumo primum. dom. 95 cui ego crimini -ere sine mea maxima laude non possum (*al., v. vol. IV 1191, 62 sqq., ubi addas* PAVL. sent. 5, 16, 14 reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sint c. -suri). Phil. 13, 33 ipse *Galba* et ille, quem insimulas, pugio -bit. de orat. 1, 17 celeritas … et brevitas et -endi et lacessendi (*cf.* QVINT. inst. 6, 3, 45 *brevitatis* duplex forma est dicendi ac -endi, sed ratio communis …; nihil enim, quod in lacessendo dici potest, non etiam in repercutiendo; at quaedam propria sunt -entium). SEN. contr. 7, 1, 16 timeo, ne quis me parricidi postulet …; in foro quid -bo? 'occidi fratrem'? SEN. apocol. 14, 2 accusat Pedo Pompeius …, incipit patronus velle -ere. ASCON. Pis. p. 11, 11 ut Piso … -erit … insectationi eius *Ciceronis.* QVINT. decl. 262, 8 dico 'repudiasti uxorem pudicam …'; -es mihi: 'sed alienam domum expugnavi'. GELL. 15, 5, 3 urbanissime -isse praetorem, non indoctum virum, barbasculo cuidam ex advocatorum turba. APVL. met. 3, 4, 1 ac me … praeco, si quid ad ea, *sc. accusatoris dicta,* -ere vellem, iubebat incipere. VET. LAT. Matth. 26, 62 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) *dixit princeps sacerdotum*: 'nihil -es ad ea, quae isti adversum te testificantur?'; Iesus autem tacebat (*gr. ἀποκρίνῃ*). VLP. dig. 3, 3, 35, 1 patronus libertum et per procuratorem ut ingratum accusare potest et libertus per procuratorem -ere. MOD. dig. 48, 17, 5 pr. si neque -erint neque, qui se defendant, habuerint, tunc post annum bona in fiscum coguntur. COD. Theod. 2, 5, 2 pr. agendi vel -endi iurgantibus licentia … pandatur. CONC.^{S} I 2 p. 78, 7 *ut* ammoneant eum *episcopum* advenire ad sanctam synodum et -ere inlatis ei (*gr. I 1, 3 p. 197, 7 ἀποκρίνασθαι*). *al.*

d *argumentorum sim.* **(***ita ut aliquis alicui [rei] fere contradicat; -et res l. 59; accedit praepos.* adversus *l. 40. 66 sq.,* contra *p. 1534, 2; exempla selecta***)***; in disputationibus vel controversiis*: **α** *variis*: PLAVT. Merc. 242 (*narratur somnium*) mi illud videri mirum, ut una illaec capra uxoris simiai dotem ambederit; instare factum simia atque hoc denique -et: ni *eqs.* RHET. Her. 1, 6, 10 (*sim.* CIC. inv. 1, 25) dubitatione utemur, quid potissimum dicamus aut quo⟨i⟩ loco primum -amus. CIC. Cluent. 143 ad omnia, quae abs te dicta sunt, T. Atti, de Oppianici damnatione, -i. prov. 28 multa dissentientibus -i. LIV. 4, 10, 2 adversus ea consul victis condiciones accipiendas esse, non ferendas -it. 38, 32, 4 magna ibi non disceptatio modo, sed altercatio fuit, cui consul, cum alia satis ambitiose partem utramque fovendo incerta -isset, … finem imposuit (*item in senatu e. g.* PLIN. epist. 2, 11, 15 -it mihi pro Marciano Claudius Marcellinus. 6, 5, 6 Celsus Nepoti ex libello -it et Celso Nepos ex pugillaribus. *al.*). SEN. contr. 7, 2, 3 si dixero: 'adulescentia turpis est, infamis pueritia', -bit: 'iam ista Cicero defendit'. MART. 2, 32, 6 abnegat et retinet nostrum Laronia servum, -es *eqs.* QVINT. inst. 12, 1, 17 parum fortis videtur quibusdam *Cicero,* quibus optime -it ipse non se timidum in suscipiendis, sed in providendis periculis. TAC. ann. 4, 34, 4 Ciceronis libro …, quid aliud … Caesar quam rescripta oratione, velut apud iudices, -it? (*sc. Anticatone*). APVL. apol. 73, 5 nimis multa oratio est, si velim memorare, quae ego contra -erim. TERT. adv. Marc. 4, 19, 7 ad hanc … propositionem nostram solet ex diverso -eri: '…'. *al.* **β** *philosophorum, rhetorum, theologorum sim.*: CIC. de orat. 2, 294 mihi pro meo iure sumo: unum, ut molesto aut difficili argumento … non nunquam omnino nihil -am *eqs.* orat. 207 licet non ad singula -entem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis satis -sum esse videatur. opt. gen. 11 (*in imag.*) satis enim eis, *qui dicunt neminem nostrum Attice dicere,* res ipsa -et, cum aut non adhibeantur ad causas aut adhibiti derideantur. Tusc. 4, 47 Peripateticis -etur a Stoicis. VARRO ling. 9, 53 quod dicunt … non esse analogias, -endum: '…'. frg. Serv. auct. Aen. 12, 139 ita -ant, cur dicant deos, cum ⟨de⟩ omnibus antiqui dixerint divos. SEN. suas. 2, 18 'at … trecenti sumus', et ita -it: 'trecenti, sed viri, sed armati'. SEN. dial. 7, 2, 1 cum de beata vita agetur, non est quod mihi illud discessionum more -as: 'haec pars maior esse videtur'. 8, 6, 1 adversus hoc tibi -o. epist. 74, 23 quid adversus hos pro nobis *Stoicis* -eri soleat, ponam; deinde tunc adiciam, quid praeterea -endum putem. QVINT. inst. 2, 17, 32 -bo propositis atque ita quidem, ut appareat haec … frustra excogitata. TERT. anim. 26, 1 in nostras iam lineas gradum colligam, ut quod philosophis medicisque -i, Christiano probem. CENS. 5, 3 hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus …, hi enim … -ent *eqs.* (*nisi ad p. 1546, 50 sqq.*). FIRM. math. 1, 1, 1 ut his -amus, qui totam vim matheseos multiplici orationum genere labefactare conantur. VINDIC. med. 2 his … assertionibus -ens … dixit: '…'. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 37, 22 si te Iudaeus hominem colere dixerit, apostolicam -e traditionem: '…'. CAEL. AVR. acut. 1, 1, 25 haec expugnantes Asclepiadis sectatores contra primum -erunt: '…'. chron. 3, 8, 122 sed nunc decet … his -ere, qui i[u]stius curationis adhibendae dissonantia iudicia posuerunt. GALEN. sect. 5, 5 ad has … verborum usu periti controversias -entes *eqs.* (*gr. ἀπολογούμενοι*). *al.*

e *consultationum* (*saepe antecedit* consulere; *exempla selecta*): **α** *contextu vario*: PLAVT. Merc. 482 te nunc consulo: -e, quo leto censes me ut peream potissumum? CIC. Quinct. 54 non multum me fallit, si consulamini, quid sitis -suri. Pis. 26 quisquam *senatorum* consulenti *consuli* -endum putavit? Phil. 2, 102 consuluisti me per litteras de Capua tu quidem, sed idem de Casilino -issem: possesne, ubi colonia esset, eo coloniam novam iure deducere. Att. 8, 4, 3 tuas litteras … exspecto, ut sciam, quid -ant consultationi meae. 9, 10, 4 das alteras litteras, quibus mihi consulenti planissime -es. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 *Socrates* ab adulescentulo quodam consultus, utrum uxorem duceret an se omni matrimonio abstineret, -it, utrum eorum fecisset, acturum paenitentiam. COLVM. 6 praef. 4 Cato … consulenti, quam partem rei rusticae exercendo celeriter locupletari posset, -it, 'si bene quis pasceret' (*de eadem re* PLIN. nat. 18, 29). *al.* *-ent principes, imperatores* (*huc traximus etiam locos, ubi ad consultationes iuris -ent* [*cf. sub γ*]): HOR. sat. 2, 3, 192 (*Stoicus quidam ad Agamemnonem*) ergo *me tecum* consulere et mox *te* -ere licebit? LIV. 1, 54, 6 huic nuntio … nihil voce -sum est. SEN. apocol. 11, 4 (*loq. Augustus*) si honeste inter vos gessi, si nulli ⌞clarius⌟ -i (durus *sim. var. ll.*). TAC. ann. 1, 72, 3 mox Tiberius consultante Pompeio Macro praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse -it. 1, 77, 3 divus Augustus immunes verberum histriones quondam -erat. EPIST. imp. Vesp. (CIL II 1423) 13 *de novis vectigalibus* proco(n)s(ulem) adire debebitis; ego enim nullo -ente constituere nil possum. *al.*

β *in religione* (*aliter p. 1535, 24. 1537, 63*): Ⓘ *formae pass.* (*p. p. p. praeter l. 37*): PLAVT. Pseud. 480 quod scibo Delphis tibi -sum dicito. VARRO ling. 5, 148 a Procilio relatum in eo loco dehisse terram et id … ad aruspices relatum esse; -sum *esse eqs.* LIV. 29, 11, 6 legati … oraculum adierunt consulentes …; -sum esse ferunt per Attalum regem compotes eius fore quod peterent. CVRT. 5, 4, 11 consulenti (re- *fere codd.*) -sum erat. MELA 1, 97 consulentibus, in quasnam terras potissimum tenderent, -sum erat *eqs.* APVL. met. 9, 8, 3 si qui matrimonium forte coaptantes interrogarent, rem ipsam -eri aiebant. HYG. astr. 2, 13, 4 cum Iuppiter … bellum contra Titanas appararet, -sum est ei, si vincere vellet, ut *αἰγὸς* pelle tectus … bellum administraret. CYPR. mortal. 3 (*spectat ad Luc. 2, 26, v. p. 1548, 15*) cum ei *Simeoni* divinitus -sum fuisset, quod non ante moreretur, quam Christum vidisset. IVST. 11, 11, 11 comitibus … -sum, ut Alexandrum pro deo … colerent. *al.*

Ⓘ *formae act.*: Ⓐ *-ent haruspices, sacerdotes sim., sc. in oraculo, vaticinatione sim. loquentes vel prodigium explicantes*: NEP. Them. 2, 6 miserunt Delphos consultum, quidnam facerent …; deliberantibus Pythia -it, ut moenibus ligneis se munirent (IVV. 13, 199 Spartano cuidam -it P. vates *eqs.*). HOR. sat. 2, 5, 2 hoc quoque, Teresia, … petenti -e, quibus *eqs.* LIV. 42, 20, 4 (*2* patres … ⟨ad⟩ haruspices referri … iusserunt) haruspices in bonum versurum id prodigium … -erunt. FEST. p. 169 *Tarquinius* interrogavit eum *augurem* …, cui ille permittente augurio cum -isset effici posse *eqs.* VAL. MAX. 1, 6 ext. 2 parentibus … eius, quorsus prodigium tenderet, explorantibus augures -erunt *eqs.* CVRT. 4, 7, 28 nihil amplius quaesierunt, quam an *Iuppiter* auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum regem; hoc … acceptum fore Iovi vates -ent. GELL. 14, 1, 36 (*35* nullo pacto adeundos eos *genethliacos* esse consulendosque) sin vera -ent *eqs.* PAVL. sent. 5, 21, 3 qui de salute principis … mathematicos, hariolos, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo, qui -erit, capite punitur. HIST. AVG. Gord. 20, 1 cum senior Gordianus mathematicum aliquando consuleret de genitura huius, -isse ille dicitur hunc … imperatorem futurum. *al.* Ⓑ *-et deus* (*cf.* GLOSS. -et deus: *θεσπιῳδεῖ ὁ θεός*): FEST. p. 158 consultus Apollo -it *eqs.* **(**VAL. MAX. 5, 3 ext. 2 A. Pythius *Lycurgo* oraculum petenti -isse fertur *eqs.* PLIN. nat. 36, 10 APVL. met. 4, 32, 6. *cf.* VELL. 1, 2, 1 quippe cum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent -issetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores *eqs.* VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 placuit Apollinem Delphicum consuli …; deus -it *eqs.***)**. CVRT. 8, 8, 15 an …, quid di -ant, in mea potestate est? IVV. 6, 394 quaedam … rogabat, an Capitolinam deberet Pollio quercum sperare …; -es his, Iane pater? *al.* Ⓒ *-et oraculum*: SERV. Aen. 3, 98 oraculum … ad petita -et.

γ *in quaestionibus iuris sim.* (*de principibus -entibus v. sub α*): Ⓘ *-et iuris peritus* **(***sc. de iuris quaestione interrogatus [interrogatio vel consultatio hic illic subauditur], de re v. Berger, RE X 1165, 8 sqq.; -et praeses p. 1535, 16, sacer comitatus p. 1535, 20, liber pro iuris perito p. 1535, 22; indicatur,* contra *quam opinionem -atur p. 1535, 15. 17***)**: CIC. Caecin. 68 sin illos *iuris consultos* recte -ere concedunt et aliter iudicari dicunt oportere,

male iudicari oportere dicunt. Mur. 9. 19 Servius *iuris consultus* … hanc urbanam militiam -endi, scribendi, cavendi plenam sollicitudinis … secutus est, ius civile didicit. Planc. 62 falsum de iure -isse (de orat. 2, 142 Brut. 113). de orat. 1, 198 in -endo iure **(***item accedit obi.* ius *indicans, quid explicetur*: leg. 1, 12 si te ad i. -endum dedisses. Hor. epist. 1, 3, 24 seu linguam causis acuis seu civica i. -ere paras. Fronto p. 200, 6 virum consularem i. publicum -entem. Gell. 20, 10, 2 rem … doceo grammaticam, non i. -o. *addas l. 12; cf. l. 30*). 1, 212 et ad -endum et ad agendum et ad cavendum peritus. leg. 1, 10 quominus more patrio sedens in solio consulentibus -rem. Alf. dig. 28, 5, 46 Servius *iuris consultus* -it, si *eqs.* (*et saepe pro subi. est nomen iuris consulti, v. Vocab. iurispr. Rom. V 172, 19 sqq.*). Plin. epist. 6, 15, 3 *Iavolenus* ius civile publice -et (*al., v. vol. X 2, 2468, 43 sqq.*). Svet. Cal. 34, 2 se … effecturum, ne quid -ere possint *iuris consulti* praeter eum. Gell. 4, 2, 9 de sterili … muliere … Trebatium contra Labeonem -isse dicunt. Vlp. dig. 5, 1, 79, 1 iudicibus de iure dubitantibus praesides -ere solent. Mod. dig. 49, 14, 10 non puto delinquere eum, qui in dubiis quaestionibus contra fiscum facile -erit. Porph. Hor. epist. 2, 1, 104 ‘clienti promere iura’: -ere de iure aliquid consulenti. Cod. Theod. 11, 30, 47 si ad consultationem iudicis ad comitatum sacrum missam … non fuerit aliqua ratione -sum. Mart. Cap. 9, 898 ille prisci iuris adsertor … consulitur -itque *eqs.* Dig. de confirm. dig. 7[b] de manumissionibus … alius liber -it. Inst. Iust. 1, 2, 8 qui iura publice interpretarentur, quibus a Caesare ius -endi datum est. *al., v. Vocab. iurispr. Rom. V 171, 46 sqq.* Ⅱ *-et sacerdos sim.*: Cic. dom. 39 venio ad augures, quorum ego libros … non scrutor …; haec …, quae saepe in contionibus -sa sunt, novi. 40 te interrogante augures -erunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse. 136 *Cassio censori* M. Aemilium pontificem maximum pro collegio -isse, nisi eum populus Romanus nominatim praefecisset …, non videri *signum Concordiae* … posse recte dedicari. leg. 2, 29 sacerdotes … -endi iuris … facultatem adferunt. Att. 4, 1, 7 de domo nostra nihil adhuc pontifices -erunt. Liv. 36, 3, 9 consul … ad collegium fetialium rettulit, ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad praesidium aliquod eius nuntiari …; fetiales -erunt iam ante sese … decrevisse *eqs.* *al.*

f *appellationum, salutationum sim.* **(***saepe vocati non solum verbis, sed etiam actionibus -ent, sc. apparendo, praecipue sub β et e. g. l. 49; -et* nomen *appellati l. 51; in imag. l. 47; antecedit e. g.* appellare *l. 41 sqq.,* citare *p. 1536, 1 sqq.,* salutare *l. 40. 56. 59,* vocare *l. 48. 55; cf. p. 1543, 40 sqq.; exempla selecta***)**: **α** *usu communi*: Plavt. Poen. 652 adiit ad nos extemplo exiens: salutat, -emus. 983 adibo hosce atque appellabo Punice; si -bunt, Punice pergam loqui. Rud. 813 si appellabit quempiam, vos -tote istinc istarum *puellarum* vicem. Trin. 927 si appellasses, -isset nomine (nomini *Ritschl*). Cic. inv. 1, 28 accessi ad aedes, puerum vocavi, -it. 2, 15 *quidam* comitem … suum inclamavit semel et saepius; illum somno inpeditum non -ere existimavit. de orat. 3, 191 (*in imag.*) neque vos paean aut herous ille conturbet: ipsi occurrent orationi, ipsi … se offerent et -bunt non vocati. Hor. epist. 1, 16, 31 cum pateris sapiens emendatusque vocari, -esne tuo, dic sodes, nomine? Liv. 34, 27, 8 citari nomina octoginta ferme principum iuventutis iussit atque eos, ut quisque ad nomen -erat, in custodiam tradidit. Sen. contr. exc. 4, 1, 2 magnum solacium est saepius appellare liberorum non -sura nomina. Cels. 7, 26, 5[1] si is *aeger* aut nihil aut tarde -et (*cf.* Plin. nat. 30, 83 si aeger ei -at … interroganti … de morbo, spem vitae certam esse, moriturum nihil -ere. Cael. Avr. acut. 2, 10, 71 *aegri* et inclamati … nihil dicentes, sed volentium -ere vultum simulantes). Plin. nat. 9, 41 *vituli marini* nomine vocati -ent. Mart. 9, 54, 9 inde salutatus picae -et arator. Svet. Iul. 70 una voce, qua ‘Quirites’ eos pro ‘militibus’ appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei (*sc. Caesari eos dimittenti*) milites esse … -erint. 79, 2 plebei regem se salutanti Caesarem se, non regem esse -erit. Apvl. met. 5, 5, 3 (*Amor ad Psychen*) *sororum* si quas forte lamentationes acceperis, neque -as, immo nec prospicias omnino. Vet. Lat. IV reg. 4, 29 (cod. 91, *sim. al. et* Vvlg.) ⟨si⟩ benedicet te quidam, non -bis ei (*gr.* ἀποκριθήσῃ). Vvlg. Iob 14, 15 vocabis me et ego -bo tibi. *al.*

β *fere technice*: Ⅰ *-ent fere milites in dilectu* (*distingue l. 49. 58*): Varro Men. 195 consul … cum dilectum haberet nec citatus in tribu civis -isset. Cic. Att. 7, 14, 2 me Pompeius Capuam venire voluit et adiuvare dilectum; in quo parum prolixe -ent Campani coloni. Liv. 2, 28, 6 *consules* citant nominatim iuniores; cum ad nomen nemo -ret, circumfusa multitudo … negare ultra decipi plebem posse (3, 41, 7. 7, 4, 2 partim virgis caesis, qui ad nomina non -issent, partim in vincula ductis. Paneg. 2, 32, 4 Gothus ille et Chunus et Halanus -bat ad nomen. *cf. l. 49*). 42, 35, 2 centuriones remissa appellatione ad dilectum oboedienter -erunt (*al., v. vol. V 1, 1170, 23 sqq.*). Cinc. Gell. 16, 4, 3 militibus … scriptis dies praefinibatur, quo die adessent et citanti consuli -rent. Val. Max. 6, 3, 4 cum dilectum subito edicere coactus esset *consul* et iuniorum nemo -isset …, primum nomen urna extractum citari iussit neque eo -ente bona adulescentis hastae subiecit. Svet. Aug. 38, 3 *equitibus* senio … insignibus permisit … ad -endum, quotiens citarentur pedibus venire. *al.* Ⅱ *-et is, qui in ius citatus adest* **(***respiciuntur fere rei, sed accusator l. 11, iudex l. 11, delator l. 24; iuxta ponitur* adesse *l. 9. 11,* praesto esse *l. 8, opp.* absens [esse] *l. 21 sq. 25; antecedit* citare *e. g. l. 11 sq. 21,* vocare *l. 28***)**: Cic. Verr. II 1, 1 hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem altera actione -surum non esse neque ad iudicium adfuturum. 1, 2 praesto est, -et, defenditur. 1, 6 de impudentia singulari, quod adest, quod -et, sunt qui mirentur. 2, 98 citat reum; non -it; citat accusatorem …; citatus accusator … nescio quo casu non -it, non adfuit. Phil. 5, 14 si Lysiades citatus iudex non -erit excuseturque Areopagites esse nec debere eodem tempore Romae et Athenis res iudicare *eqs.* Att. 1, 16, 5 -surum hominem, *i. Clodium,* nemo arbitrabatur. Lex Rubr. (CIL I[2] 592) 2, 8 seive is ibei ⌊d(e) e(a) r(e)⌋ in iure non -erit neque d(e) e(a) r(e) sponsionem faciet (⌊ ⌋ *ibid. ter*). 2, 17 non defenderit aut in iure non -erit. Varro frg. Gell. 11, 1, 4 quando citatus neque -it neque excusatus est. Nep. Epam. 8, 1 nemo Epaminondam *crimine accusatum* -surum putabat …; at ille in iudicium venit. Hor. sat. 1, 9, 36 casu tunc -ere vadato debebat; quod ni fecisset, perdere litem. Liv. 39, 17, 2 qui nominatus profugisset, diem certam se *consules* finituros, ad quam nisi citatus -isset, absens damnaretur. Ascon. Corn. p. 49, 13 non -i⟨sset absens⟩que esset damnatus. Pompon. dig. 10, 3, 20 si is, cum quo fundum communem habes, ad delictum non -it *eqs.* Mavric. dig. 49, 14, 15, 2 *delator* si citatus ad edictum non -erit *eqs.* Vlp. dig. 5, 1, 73 pr. absens citari debet: et sive -erit sive non -erit, agetur causa et pronuntiabitur. Macer dig. 49, 9, 2 si procurator absentis appellaverit, deinde rationes reddiderit, nihilo minus ipse -ere debet. Cod. Theod. 12, 1, 23 qui tertio edicto vocati minime -ere voluerunt. Char. gramm. p. 404, 7 actionem adversus eum instituit; ad diem -it. *al.*

g *carminum, psalmorum, precum sim.* (*responsio fit ad* nomen *l. 38; -ent verba l. 37*): **α** *usu vario: alternando*: Catvll. 62, 18 (*loq. iuvenes*) *puellae* dicere iam incipient, iam -ere decebit. Verg. ecl. 7, 5 Arcades ambo, et cantare pares et -ere parati (*item in certamine carminum*: 8, 62 vos, quae -erit Alphesiboeus, dicite, Pierides. Nemes. ecl. 2, 53 haec Idas calamis; tu, quae -erit Alcon versu, Phoebe, refer). *repetendo*: Bass. gramm. VI 266, 27 monostropha vocantur haec carmina, quia ad primam strophen cetera -ent nulla interveniente epodo (*sim.* Mar. Victorin. gramm. VI 162, 1. 167, 19). Mart. 9, 11, 9 nomen nectare dulcius beato, … quod si Parrhasia sones in aula, -ent Veneres Cupidinesque. Porph. Hor. epist. 1, 1, 55 ‘recinunt’: adsentiuntur *iuvenes* et quasi -ent. Avson. 9 (323 S.), 4 -endas *a pueris* docili … murmure voces *magistri.* Vir. ill. 27, 3 advocato … pontifice hastae insistens et solemnia verba -ens se et hostes diis Manibus devovit. **β** *apud Iudaeos vel Christ.* (*in precibus, psalmis canendis sim.; cf. p. 1532, 42*): Tert. orat. 27 diligentiores in orando subiungere in orationibus ‘alleluia’ solent et … psalmos, quorum clausulis (*abl.*) -ant. Peregr. Aeth. 24, 1 ex ea hora usque in luce dicuntur (h)ymni et psalmi -untur, similiter et antiphonae **(**Ambr. in Luc. 7, 238. in psalm. 1, 9, 3 hunc *p.* veterani tristes in cordis sui iocunditate -ent. 1, 9, 6 [*in imag.*] p. et saxa, *i. saxosa pectora,* -ent. Avg. in psalm. 119, 1 quem *p.* … audivimus et cantando -imus. Cassian. inst. 3, 8, 4. *cf.* Peregr. Aeth. 24, 9 dicet psalmum quicumque de presbyteris et -ent omnes. *de re v. Leeb, Die Psalmodie bei Ambr., 1967, 53 sqq.; cf. etiam* responsorius**)**. 24, 5 diacono dicente singulorum nomina semper pisinni plurimi stant -entes semper: ‘kyrie eleyson’. 31, 2 infantes … dicentes: ‘benedictus *eqs.*’…; totus populus … -entes semper: ‘benedictus *eqs.*’. Ps. Philo antiq. 22, 6 et -it omnis populus: ‘amen, amen’. Hier. epist. 22, 41, 1 *Maria* praecinet -suris: ‘cantemus *eqs.*’. Avg. in euang. Ioh. 22, 5 aliquando in psalmo versus ipse in diapsalmate ponitur, qui praebeatur a lectore, et -atur a populo. Evseb. Gallic. hom. 64, 8 non -ere, cum psalmus canitur. Cassiod. hist. 5, 2, 3 praecepi, ut diaconus psalmum legeret, populi -rent: ‘…’ (*gr. Theodoret. 2, 13, 6* ὑπακούειν). Greg. M. in euang. 40, 11 psalmodiae cantus dicebant viri et feminae -bant. *al.*

h *quaelibet* (*promissa p. 1537, 11 sq., proposita p. 1537, 8 sqq.*): **α** *pronuntiata* (*exempla selecta*): Plavt. Capt. 899 sponden tu istuc? :: spondeo. :: at ego tuom tibi advenisse filium -o. Cas. 141 nunc ne tu te mihi -ere postules: abeo intro. Merc. 629 de istac re argutus es, ut pari pari -as (*al., v. vol. X 1, 274, 73 sqq. et cf. Otto, Sprichw. n. 1337; distingue p. 1544, 9*). Poen. 554 scimus rem omnem, quippe omnes simul didicimus tecum una, ut -ere possimus tibi. Enn. ann. 33 olli -it rex Albai Longai (*contextu manco, ut e. g.* 64 -it Iuno Saturnia sancta dearum. 119 olli -it suavis sonus Egeriai. Afran. com. 340 verbis pauculis -it tristis *virgo* voce deducta). Ter. Hec. 628 quid -bo his? Ad. 516 (*513* ut res gestast, narrabo ordine) sin aliter de hac re est eius sententia, -at mi, ut quid agam, quam primum sciam. Calp. hist. 8 ei dicunt: ‘Romule, si istud omnes homines faciant, vinum vilius sit’, his -it: ‘immo vero carum’.

[Marchionni]

GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 6 tragoedus gloriae sibi ducebat talentum magnum ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus … ei -isse dicitur: '…'. CIC. ad Q. fr. 2, 8, 2 postridie … veni ad Pompeium; cumque ego egissem de istis operibus atque inscriptionibus, per mihi benigne -it. VERG. Aen. 12, 18 olli, *i. Turno,* sedato -it corde Latinus: '…'. HOR. sat. 1, 6, 60 quod eram, narro; -es, ut tuus est mos, pauca. 1, 9, 14 illi *homini loquaci* nil -bam. OV. met. 3, 387 *Narcissus* 'huc coeamus' ait nullique libentius umquam -sura sono 'coeamus' rettulit Echo. 8, 561 adnuit Aegides 'utor'que 'Acheloe, domoque consilioque tuo' -it. LIV. 21, 18, 14 et cum … bellum dare dixisset *Fabius,* accipere se omnes *Carthaginienses* -erunt. 31, 28, 2 pollicentibus auxilia -it consul Dardanorum … opera … se usurum (*cf.* CELS. 3, 21, 3 cum … alter medicus … se *amicum regis* sanaturum polliceretur, -it illum ad morbum aegri respicere, se ad animum). SEN. epist. 67, 2 si quando intervenerunt epistulae tuae, tecum esse mihi videor et sic adficior animo, tamquam tibi non rescribam, sed -am. QVINT. inst. 6, 3, 105 urbanus homo erit, cuius multa bene dicta -saque erunt. TERT. carn. 1, 2 (*in imag.*) *Marcion negavit Christi nativitatem et carnem,* scilicet ne invicem sibi testimonium -rent nativitas et caro (*v. Thörnell, Gnomon 22, 1950, 158 sq.*). SACERD. gramm. VI 442, 22 adverbium … vocandi, ut heus, -endi, ut heu **(***sim.* DON. gramm. mai. 2, 13 p. 641, 14. CHAR. gramm. p. 249, 20 [*e Romano*]. AVG. gramm. p. 115, 14 M. *cf.* PRISC. gramm. III 138, 13 hem**)**. *al.* *verba sua recipiendo*: TERT. orat. 8, 6 ergo (eo *var. l.*) -et clausula interpretans, quid sit 'ne nos deducas in temptationem': hoc est enim 'sed devehe nos a malo'. HIER. in Eph. 2, 19 p. 475^{C} ad id, quod supra dixerat: 'peregrini testamentorum et repromissionis', nunc -et: 'ergo iam non estis peregrini et accolae'.

β *scripta* (*exempla certiora*): CIC. Att. 1, 20, 1 ei nunc epistulae litteris his -bo (4, 16, 7. *al.* AMBR. epist. 8, 56, 16. *al.; cf.* CIC. ad Q. fr. 1, 2, 4 ad eas e.). 6, 1, 1 *litteras tuas* legi libentissime plenissimas amoris, humanitatis, offici, diligentiae; iis igitur -bo, sic enim postulas. 6, 2, 1 -bo primum postremae tuae paginae (6, 2, 3). 7, 3, 6 tuis litteris **(**8, 4, 2. *al.* LIV. 42, 40, 1 expectari nos … arbitror, ut -amus l. tuis …, in quibus quaeris, quid *eqs.; cf.* AVSON. 27, 12 [407 S.] l. 39 haec ad l. tuas -sa sint**)**. fam. 5, 2, 10 per litteras hoc rescribo atque -o. SEN. contr. exc. 6, 1 them. abdicato frater chirographum dedit dimidiam se partem daturum hereditatis, si non -isset; ille tacuit. TAC. ann. 2, 63, 2 scripsit Tiberio …, -sum a Caesare *eqs.* FRONTO p. 112, 2 neque tamen triduo amplius vel quadriduo id a te optinere potuisti, ut mihi verbo sal[u]tem -res. AMM. 28, 6, 28 haec acta secuta est relatio gestorum pandens plenissimam fidem, ad quam nihil -sum est. LVP. epist. l. 6 ad quod *commonitorium* sanctitati tuae … -ere curavimus. *al.*

2 *-etur ad actiones* (*exempla certiora selecta*): **a** *usu communi*: PLAVT. Most. 452 quia foris ambulatis, natus nemo in aedibus servat, neque qui recludat neque [quis] -at; pultando [pedibus] paene confregi hasce ambas ⟨foris⟩ **(***cf.* TERT. adv. Marc. 4, 30, 4 iniquis … pulsantibus -bit: 'nescio unde sitis' [*Luc. 13, 25*]**)**. LIV. 6, 17, 2 hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non -erit vir consularis? 29, 3, 3 quibus culpam in auctorem belli Indibilem … conferentibus tradentibusque arma et dedentibus sese, -sum est in deditionem ita accipi eos, si Mandonium … tradidissent. SEN. benef. 6, 13, 3 illi, qui beneficium dat sua causa, -bo: '…'. dial. 5, 25, 4 ille *sapiens,* quem modo altiorem omni incommodo posui, … *non* homini tantum, sed ipsi fortunae -et: 'omnia licet facias *eqs.*'. SVET. frg. p. 345, 6 procucurrit unus ad id (*sc. gladium curvatum gladiatoris in ludum emissi*) corrigendum tumque a pugnante -sum est: '…'. FLOR. epit. 1, 13, 14 senes velut deos venerati …, postquam esse homines liquebat, ⌞alioquin⌟ nihil -ere dignantes … mactant *Galli* (⌞⌟ allocuti *edd. quidam, ita ut locus ad 1 pertineat*). VEL. gramm. VII 47, 17 digitorum sono pueros ad -endum ciemus. VET. LAT. II Macc. 7, 14 (rec. X) *eum* vexabant torquentes; et cum iam ad mortem esset, -it: '…' (*gr. ἔφη, recc. LPV* ait, *BM* dixit). VVLG. Is. 38, 14 domine, vim patior, -e pro me (sponde *var. l.*). NICET. symb. 14 p. 52, 13 quotiens inimicus mentem tuam aut timore … aut ira titillaverit, -e illi minaciter, dicens: '…'. *al.* **b** *usu peculiari prodigiis, ostentis sim. visis -ent haruspices, harioli, oraculum sim., ita ut vergat in notionem vaticinandi, divinandi* **(***hic illic non satis constat, an consultatio subaudienda sit, ita ut loci ad p. 1534, 44 pertineant; unde auspicia sim. accipiantur, indicatur per praepos.* ex *l. 72. p. 1538, 2; pass. impers. l. 70. 73. p. 1538, 9. 11***)**: CIC. har. resp. 29 (*20* exauditus … est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum) ut ad haec haruspicum responsa redeam …, quis est, qui id non totum in istius ludos praedictum et -sum esse fateatur? div. 2, 66 (*de Roscio puero angue circumligato*) quod haruspices -erint nihil illo clarius … fore. SALL. Catil. 47, 2 annum, quem saepe ex prodigiis haruspices -issent bello civili cruentum fore. LIV. 5, 54, 7 hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento -sum est eo loco caput rerum summamque imperii fore. 27, 37, 8 tacta de caelo aedes in Aventino Iunonis reginae, prodigiumque id ad matronas pertinere haruspices cum -issent *eqs.* VELL. 2, 24, 3 cum ad eum *Sullam* … legati Parthorum venissent, et in iis quidam magi ex notis corporis -issent caelestem eius vitam et memoriam futuram *eqs.* VAL. MAX. 1, 6, 9 *visceribus hostiarum* inspectis haruspex … non placere sibi exta … -it. PHAEDR. 3, 3, 7 pepererunt oves agnos humano capite; … pertinere ad domini -et *hariolus* caput. CVRT. 4, 8, 6 cum … id omen pro tristi a plerisque esset acceptum, -isse vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam. PLIN. nat. 7, 122 Gracchorum pater anguibus prehensis in domo, cum -retur ipsum victurum alterius sexus interempto *eqs.* 9, 55 ambulante in litore Augusto piscis e mari ad pedes eius exsilivit, quo argumento vates -ere *eqs.* CALP. decl. 19 in pestilentia -sum est *eqs.* 44 lues orta est, -it oraculum virginem immolari debere. *al.*

appendix stilistica et syntactica ad IA pertinens: **1** *stilistica notabiliora*: **a** *adhibetur ad interrog. rectam confirmandam: imperat.* -e, -ete (*cf. p. 1539, 29*): LIV. ANDR. com. 1 *p. 1530, 29.* PLAVT. Amph. 962 *p. 1530, 30.* Bacch. 816 -e: quis me vendit? *al.* TER. Phorm. 1042. *al.* OV. met. 4, 143 Pyrame …, quis te mihi casus ademit? … -e. SEN. contr. 1, 3, 2. 2, 3, 10. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 ubi iacent? -e. SEN. epist. 89, 18. 92, 24. PERS. 2, 17 heus age, -e …, de Iove quid sentis? PETRON. 107, 15 QVINT. decl. 325, 13. PS. QVINT. decl. 2, 23 -ete, mortales: utrum hic patrem occidit an perdidit? VET. LAT. Luc. 20, 3 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) interrogabo vos et ego, -ite mihi: *eqs.* (*gr. εἴπατέ μοι,* -ete cod. 13. *al. et* VVLG.). *al.* *alio modo*: TER. Andr. 743 mulier, tun posisti hunc? … non mihi -es? Phorm. 992 quis hic homost? non mihi -es? *al.* PHAEDR. 4, 21, 8 oro, ut … -as clementer: '…'. *al.* **b** *fere abundanter accedit verbum dicendi* (*cf. p. 1546, 40*): APVL. Socr. prol. p. 106 Aristippus -it: 'ut cum omnibus' inquit 'hominibus *eqs.*' (*al., v. vol. VII 1, 1773, 61 sqq.*). CYPR. mortal. 10 -it et dixit **(**AVG. civ. 8, 23 p. 355, 17 cum Asclepius … ei -isset atque dixisset: '…'. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 196, 23 -i dicens [*seq. acc. c. inf.; gr. I 1, 4 p. 22, 20 ἀντενήνεγμαι*]. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 21 deo -es [-is *cod.*] et dicis: '…'. *al.***)**. VVLG. I reg. 9, 8 puer -it Sauli et ait: '…' (AVG. civ. 14, 22 p. 46, 24. *al.*). *part. praes.* -ens: VET. LAT. gen. 24, 58 (Caes. Arel. serm. 85, 2) 'vis ire cum homine isto?' ⌞at illa -ens dixit⌟ 'vadam' **(**[⌞⌟ *gr. ἡ δὲ εἶπεν, Vulg.* quae ait]. Luc. 10, 30 [cod. 10] -ens … Iesus d. [*gr. ὑπολαβών, Vulg.* suscipiens]. 15, 29 [cod. 4, *sim. al. et* VVLG.] ille -ens d. patri suo [*gr. ἀποκριθείς*]. VINDIC. med. 2 *p. 1533, 74. al.; cf. p. 1546, 45***)**. Matth. 13, 11 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) accedentes discipuli eius dixerunt ei '…', at ipse -ens ait illis '…' **(**[*gr. ἀποκριθείς*]. Luc. 23, 3 [cod. 4, *sim. al. et* VVLG.] Pilatus … interrogavit eum dicens '…', at ille -ens ait '…' [*gr. ἀποκριθείς*]. *al.; cf. p. 1546, 43***)**.

2 *syntactica notabiliora*: **a** *indicatur, quid dicatur*: **α** *per obi. acc. (cf. p. 1539, 28), sc.*: Ⓘ *pronomen*: PLAVT. Amph. 608 quicquam ([*v. p. 1530, 30*]. TER. Hec. 706 Eun. 153). Curc. 250 quod eis -i, ea omnes stant sententia (Poen. 542. *al.*). Men. 1130 sed mihi hoc -e (Poen. 252 [*seq. interrog. recta*]. TER. Andr. 849. *al.*). Merc. 200 quid -it? (TER. Andr. 419 *p. 1532, 17.* Hec. 516 *p. 1530, 33.* Ad. 485. 499 *p. 1530, 35.* PACVV. trag. 130. *al.*). Mil. 423 haec *puella* nil -et (Poen. 259 n. -es? Rud. 959 TER. Eun. 152. *al.* CIC. de orat. 2, 294 *p. 1533, 56. al.*). 1067 quin tu huic -es aliquid, aut facturum aut non facturum? (Poen. 401. *al.*). Truc. 606 istucine mihi -es? hoc (VARRO rust. 1, 12, 2 istuc vel ego possum -ere). *al.* Ⓘ *aliam vocem* (*exempla selecta*): PLAVT. Men. 927 verbum (TER. Phorm. 212 v. verbo … ut -as. 280 *p. 1533, 2.* CIC. div. in Caec. 52. *al.; cf. p. 1532, 73*). 945 maledicta (*v. p. 1532, 47*). Merc. 629 par (*v. p. 1536, 66*). CIC. Verr. II 1, 139 omnia (OV. ars 1, 221 *p. 1530, 51*). Cluent. 149 pauca (*v. vol. X 1, 802, 72 sq.*). har. resp. 29 id *responsum* (*v. p. 1537, 70*). Phil. 2, 20 plura. CAES. Gall. 4, 5, 3 ficta. civ. 2, 39, 1 *p. 1530, 45* (*nisi inf. suppl.*). OV. met. 11, 448 multa … solantia. CVRT. 5, 5, 23 similia iis, quae in consilio dixerat, -it. HIER. in Ion. 4, 4 l. 73 ut vel causas irae -at et maeroris aut *eqs.* MAR. MERC. *p. 1533, 75* (*seq. or. recta*). *al.*

β *per acc. c. inf.* (*praeparatur per pron. l. 62. 67 sq.; cf. p. 1539, 22. 65*): PLAVT. Amph. 214 *p. 1531, 67.* Capt. 899 *p. 1536, 65.* Curc. 333 *p. 1532, 14.* Merc. 242 simia … hoc denique -et: … ad me domum intro ad uxorem ducturum meam. 943 hospes -it Zacynthi ficos fieri non malas. CIC. Verr. II 4, 17 tametsi rogatus de cybaea tenetis memoria quid -erit: aedificatam publicis operis publice coactis, eique aedificandae publice Mamertinum senatorem praefuisse. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 11, 2. CAES. Gall. 1, 7, 6 *p. 1531, 74. al.* VARRO ling. 8, 64 si idem mihi -bitur quod Crateti, non esse vocabula nostra *eqs.* SALL. Iug. 85, 16 *p. 1530, 47.* NEP. Arist. 1, 4 *p. 1530, 48. al.* *per inf. solum*: HYG. fab. 84, 1 quod sibi -sum fuerit a genero mortem cavere.

γ *per or. rectam* (*saepe post interrog. rectam; exempla selecta*): TER. Haut. 610 pro Menedemo nunc tibi ego -o: 'non emo'. CIC. inv. 1, 51 'quid, si *quis* vestem … pretii maioris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis?' -it: 'illius vero'. VARRO rust. 2, 2, 5 cum emptor dixit 'tanti sunt mi emptae?' et ille -it 'sunt'. TIB. 1, 4, 7 'quae tua formosos cepit

[Marchionni]

sollertia?' ... sic ego; tum ... -it sic mihi ... *Priapus*: '...'. Ov. met. 3, 380 'ecquis adest?' et 'adest' -erat Echo. fast. 4, 5 'scis, dea', -i 'de volnere' (*item* -ere *in responso ponitur*: Val. Max. 2, 8, 2 'item' -it Valerius 'consulis'. *al.*). Liv. 1, 24, 5 regem ita rogavit: 'rex, facisne me tu regium nuntium ...?' rex -it: '...'. *al.*

δ *per enunt. relat.*: Cic. inv. 1, 52 *p. 1530, 37.* Tull. 17 iste sane adroganter, quod commodum fuit, -it. *al.* Catvll. 10, 9 *p. 1530, 43* (*seq. acc. c. inf.*). Val. Max. 4, 1, 11 *p. 1531, 35. al.*

ε *per enunt. secund.*: Ⓘ *c.* ut, quod, quia *sim.*: Bell. Hisp. 3, 7 unus ex nostris -it, ut sileat verbum facere **(**[*v. p. 1548, 75*]. 18, 6 unum -isse, ut potius ad dimicandum descenderent, quam signum fugae ostenderent. Nep. Them. 2, 6 *p. 1534, 46.* Tac. ann. 2, 31, 1 -sum est, ut senatum rogaret. Ivst. 11, 11, 11 *p. 1534, 41. al.***)**. Evtr. 5, 5, 2 a senatu -sum Mithridati est, si id faceret, quod bellum a Romanis et ipse pateretur (Ambr. epist. 7, 39, 1 -i, q. ... virus infecerit. Heges. 5, 16, 1 p. 328, 18 Avg. civ. 12, 6 p. 519, 26. *al.; aliter, sc.* quod *causale, p. 1530, 50*). Ambr. hex. 1, 7, 25 -bis, quia scriptum est '...' (in psalm. 118 serm. 10, 28. Greg. Tvr. Franc. 10, 18 p. 509, 12 illo ... -ente, q.: '...'. *al.*). Rvfin. Orig. princ. 4, 3, 4 -endum ... est, quoniam evidenter a nobis decernitur *eqs.* Ⓘⓘ *c. coni. nudo* (*sensu iussivo praeter l. 26*): Sall. Catil. 34, 1 *p. 1532, 5.* Tac. ann. 11, 34, 3 fore diluendi criminis facultatem -it; iret interim virgo et sacra capesseret **(***item post acc. c. inf.*: 14, 7, 4 ille praetorianos ... nihil adversus progeniem eius atrox ausuros -it; perpetraret Anicetus promissa. 15, 17, 1 ille integra utrique cuncta -it; converterent aquilas et iuncti invaderent**)**. Cassiod. Ios. antiq. 13, 246 p. 378 legatis -it, si traderent arma ..., finiret bellum (*gr. ἀπεχρίνατο*).

b *indicatur, cui (rei) -atur*: **α** *per dat. personae passim, rei e. g. p. 1532, 47. 55. 1533, 6. 38.* **β** *per acc. obi.* (*subi. verbi pass.*): Plavt. Asin. 578 hoc, quod rogo, -e **(**Cist. 489 hoc mihi -e, q. ⟨ego⟩ te r. 721 erae huic -i, q. rogabat. *al.* Pacvv. trag. 281 fac ... mihi, q. r., -as. Novivs Atell. 5 -e, q. r.**)**. Peregr. Aeth. 24, 1 psalmi -untur (*v. p. 1536, 47 sqq.*). Avson. 9 (323 S.), 4 *p. 1536, 41.* Avg. in euang. Ioh. 22, 5 *p. 1536, 59.* Greg. Tvr. Franc. 2, 23 p. 69, 16 veni ad -endam causam. **γ** *per interrog. obliquam* (*praeparatur per pron. l. 39. 41*): Cic. Verr. II 2, 188 ego instare ut mihi -ret, quis esset, ubi esset, unde esset. Vatin. 21 uti mihi -as ..., fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus (*item c.* -ne *vol. IX 1, 273, 12 sqq.; cf. c. interrog. disiunctiva*: Gell. 16, 2, 5 postulo, uti -as, desierisne facere adulterium an non. Avg. civ. 10, 16 p. 426, 25). Cael. 67 illud ... -ere cogam, cur tot viri ... hunc ... fugientem *non* consecuti sint. *al.* Varro frg. *p. 1533, 62.* Liv. 23, 12, 15 velim ... Himilco ... -at ..., ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos *eqs.* Qvint. decl. 281, 2 hoc mihi -e, an occisuri habitu fueris (Apvl. met. 1, 22, 3 -e, an intra aedes erum tuum offenderim). *al.* **δ** *per praepos.*: contra: *v. p. 1532, 33. 1534, 1. 1535, 15. 17 et e. g.* Hor. sat. 2, 3, 233 accipe, quid c. haec iuvenis -erit. Avson. 21 (418 S.), 40 c. omnia solum 'est', -bat, vel 'non'. adversus: Liv. 4, 10, 2 a. ea (*c. acc. rei ut*: 8, 32, 8 *p. 1531, 1. al.*). 35, 50, 1 a. utrosque (*c. acc. personae ut*: Sen. epist. 74, 23. Gell. 7, 1 tit. adversum eos). ad *c. acc. rei e. g. p. 1530, 75. 1532, 1; c. acc. personae*: Ivvenc. 3, 538 talibus ad Petrum verbis -it Iesus. Schol. Hor. ars 19 ad aliquem. Rvfin. hist. mon. 1, 2, 12 hoc modo -it ad nos: '...'. Avg. quaest. hept. 7, 34. Gest. Liber. 3 docum. Symm. p. 252 l. 54 -it ... Dionysius presbyter ad Liberium episcopum. *al.*

c *indicatur, quae res tractetur*: **α** *per praepos.*: de (*aliter p. 1540, 2 sq.; accedit obi. acc. l. 55. 58*): Cic. div. in Caec. 51 de isto custode. Verr. II 1, 12 quid de illis -at, quos *eqs.* Catil. 3, 10 de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa. *al.* Lex Rubr. (cil i^2 592) 2, 8 *p. 1536, 14.* Varro ling. 9, 92 de hoc ... supra -sum est. Liv. 34, 31, 12 de nomine. *al.* *aliam*: Tert. adv. Hermog. 32, 1 haec -erim pro scriptura praesenti (Hier. epist. 54, 15, 1 p. agrorum tributis). Amm. 20, 7, 4 super. **β** *per acc. obi.*: Cic. leg. 1, 12 ius (*v. p. 1535, 4 sqq.*). **γ** *per adv.*: Qverol. 35, 9 etiam hinc -o, *sc. de hac re* (*al., v. vol. VI 3, 2802, 80 sq.*). Avg. anim. 4, 18, 27 quid inde -as (epist. Divj. 7, 2).

d *indicatur quomodo* (*sc. adverbio vel locut. adverbiali*): **α** *praeparative accedunt adv.* ita, sic *sim.*: Plavt. Asin. 352 sic hoc -it mihi: '...' **(**Cic. div. in Caec. 51 prov. 18. Cael. Cic. fam. 8, 11, 1 [*c. acc. c. inf.*]. Ov. met. 2, 742. fast. 5, 193 *p. 1530, 53. al.***)**. Mil. 179 ille mihi abiens ita -it, se sectari simiam (Cic. Catil. 3, 21 Planc. 58 Caes. Gall. 1, 14, 1. *al.*). Rud. 603 ad hoc exemplum. Liv. 30, 31, 1 in hanc ... sententiam (Amm. 30, 2, 3). *al.* **β** *exempla cetera selecta*: Plavt. Curc. 333 paucis verbis atque adeo fideliter (Afran. com. 340 *p. 1536, 71.* Cic. Rab. perd. 7 Tusc. 1, 111. Att. 5, 1, 4 *p. 1543, 34.* Fronto p. 92, 21 *p. 1532, 38.* Ivvenc. 3, 538 *l. 49. al.; cf. p. 1540, 6*). Ter. Phorm. 1037 temere (Svet. Nero 15, 1). Rhet. Her. 4, 36, 48 contra **(**[*v. p. 1532, 52*]. Cvrt. 7, 9, 1 haec barbarus; c. rex ... -et. Lvcan. 8, 186 Apvl. apol. 73, 5**)**. Cic. div. in Caec. 51 brevissime (*item* breviter: Cluent. 8 b. dilucideque. Catil. 3, 11 b. constanterque. Sen. benef. 2, 18, 3. *al.; cf.* brevi: Cic. Att. 14, 9, 1 fam. 3, 8, 1). Caecin. 95 etiam de amicorum sententia -erat (Att. 4, 2, 4 Lucullus de omnium collegarum s. -it. *cf.* ex auctoritate senatus: Liv. 7, 31, 1. 45, 42, 8). Att. 13, 50, 5 liberalissime (fam. 13, 18, 1 Caes. Gall. 4, 18, 3. *al.*). ad Q. fr. 2, 8, 2 per ... benigne (*per tmesin; cf.* benigne *vol. II 1905, 45 sqq.*). Sall. Iug. 15, 1 paucis (*sc. verbis ut*: Liv. 34, 5, 2 Plin. epist. 5, 1, 6. *al.*). Plin. epist. 6, 13, 3 graviter et firme (Fronto p. 131, 11 prompte et g.). 6, 15, 3 publice (*v. p. 1535, 12*). Gell. 15, 5, 3 urbanissime (Schol. Cic. Bob. p. 166, 22. *cf.* Avg. civ. 22, 8 p. 571, 3 religiosa urbanitate). *al.* *in malam partem* (*cf. p. 1543, 34*): Cic. Catil. 3, 12 impudenter (Vatin. 10). Pis. 13 improbissime. Phil. 2, 72 ferociter (Liv. 7, 31, 11. 36, 13, 8). Nep. Paus. 3, 3 superbe (Cvrt. 7, 1, 15. 7, 11, 5). Ascon. tog. cand. p. 72, 17 contumeliose (Hier. epist. 36, 2, 2 [*ad gen. 4, 9*]. Avg. epist. 33, 3). Schol. Hor. epist. 1, 1, 68 (*ad p. 1556, 61*) contumaciter -ere; is -it contumaciter, qui adversa aequo animo tolerat. *al.*

B *responsum fit vario modo* (*sine obi. praeter l. 40. p. 1541, 56. 71. 1542, 1. 54, fortasse p. 1542, 37; saepe accedit dat.*): **1** *-ent res*: **a** *satisfaciendo, sc. desideriis, exspectationibus sim.* (*oboediendo l. 33. 46 sq.; accedit adv. modi e. g. l. 22. 63. p. 1541, 5. 35, nom. praedic. l. 67. p. 1541, 51*): **α** *contextu vario*: Ⓘ *indicatur, cui (rei) aliquid -at* (*fere per dat., sed praepos.* ad *e. g. l. 32 [iuxta dat. ut l. 38]. 44*): Ⓐ *homini* (*deae l. 33*): Trag.inc. 255 cum vota tibi bene -erint, tunc funde libans. Ov. epist. 15, 197 non mihi -ent veteres in carmina vires (*cf.* Pont. 4, 2, 15 nec tamen ingenium nobis -et, ut ante). Sen. contr. 7 praef. 6 raro Albucio -bat fortuna, semper opinio (Paneg. 10, 11, 1 ut vobis tanta aequalitate successuum etiam f. -at. *cf. l. 35*). 10, 4, 7 tibi cotidiana captura non -et. Cels. 1 prooem. 32 *ut* ab experimentis, prout cuique -erant, medendi vias traxerint *medici.* Sen. benef. 5, 1, 4 fructus beneficiorum gratius ⟨iis⟩ -et, per quos esse etiam ingratis licet. dial. 9, 13, 2 negotiatio mihi -bit, nisi si quid intervenerit. epist. 23, 5 *metallorum* vena adsidue plenius -sura fodienti. Svet. Iul. 46 *Caesarem* villam in Nemorensi ..., quia non tota ad animum ei -erat, ... diruisse. Apvl. met. 11, 25, 3 (*ad Isidem*) tibi -ent sidera, redeunt tempora ..., serviunt elementa (-splend- *Rohde*). Prosp. carm. de ingrat. 633 nulla tibi arbitrii -ent signa. *al.* Ⓑ *rei*: Cic. fam. 2, 1, 2 in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna -it. 2, 5, 2 non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non -at. Anton. Cic. Att. 14, 13^a, 1 quod si bonitas tua -erit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. Liv. 9, 15, 3 Papirio ... ad spem eventus -it ([*sim.* 28, 6, 8]. Val. Max. 5, 6 ext. 4 consilio e. non -it. *cf. l. 52*). Gratt. 493 *Diana* impetrato -et ⌊multa⌋ favore ad partes, qua poscis opem (⌊ ⌋ *v. Verdière ad l.*). Sen. contr. 2, 5, 7 ad propositum (*v. p. 1542, 12*). Cels. 1 prooem. 48 neque -et ei *medicinae* plerumque non solum coniectura, sed etiam experientia. Sen. epist. 100, 1 libros ... legisse te cupidissime scribis et non -isse expectationi tuae. 100, 6 *ut quidam* clausulas abrumpant, ne ad expectatum -ant. Apvl. Plat. 1, 13 p. 207 irascentiam ... obsequi ... eam *rationem,* in loco -ere sapientiae. Corp. epist. lat. 1 (= Gloss. biling. I 16; *saec. III/IV*) col. 3, 25 iudicium amicorum tuorum ... obsequis tuis grate -ere laetor (*gr. ὑπακούειν*). Ennod. epist. 2, 27, 2 p. 69, 5 quam dura est humanarum rerum condicio, quae quotiens desideriis aliquo sapore -erit, mox et in foribus concessa permutat.

Ⓘⓘ *non indicatur, cui (rei) aliquid -at*: Liv. 30, 30, 20 nusquam minus quam in bello eventus -ent. Gratt. 60 (*contextu manco*) tanto -et longior usus *lini.* 73 si qua meis -et ab artibus ... gratia *eqs.* Sen. contr. 2, 5, 8 non ex formula natura -et nec ad praescriptum casus obsequitur. Sen. epist. 47, 19 ad rabiem cogunt pervenire deliciae, ut quidquid non ex voluntate -it, iram evocet (*inde* Macr. Sat. 1, 11, 13). Evcher. laud. her. 29 cum silicibus perfossis tandem divino munere -entes e saxis aquae profluunt. Ennod. epist. 4, 4, 2 p. 100, 10 (*in imag.*) fructus uteri nisi honestate -at.

β *in rebus rusticis, sc. agricolae labori, impendiis sim. (semini p. 1541, 15) -ent*: Ⓘ *segetes, semina sim.*: Verg. georg. 1, 47 seges ... votis -et avari agricolae (Serv. auct. aut satis faciet aut consentiet). 2, 64 sed truncis oleae melius, propagine vites -ent. Sen. epist. 112, 2 solemus supra terram praecidere *vitem,* ut si non -it, temptari possit secunda fortuna. Colvm. 2, 9, 7 *satio* admodum raro -et. 2, 9, 8 semen ... iactum autumno melius -et. 2, 9, 16 *genus hordei* melius ... -et, ... cum seminatur *eqs. al.* Tert. anim. 20, 2 alia *semina* integro statu evadunt, alia etiam meliora -ent, alia degenerant pro condicione caeli et soli. Pallad. 1, 6, 16 semen ... locis tepidis melius -bit. 12, 7, 22 castanea ... genere utroque *insitionis* -et. Qvodv. cant. Is. 1 l. 95 in fructibus reddendis non digne -it *vinea.*

Ⓘⓘ *fructus, messis, praemia*: Aetna 223 immensus labor est, sed fertilis idem; digna laborantis -ent praemia curis. Ov. fast. 4, 641 fructu non -ente labori. Colvm. 7, 1, 2 huius animalis tam exiguae tutelae plurima ... opera supra portionem -ent, cum et facilem terram ... levibus aratris proscindat. 9, 8, 5 minor fructus mellis -et, cum segniora interveniunt exami-

[Marchionni]

na. PAVL. dig. 24, 3, 8, 1 quod in sementem erogatur, si non -erint messes, ex vindemia deducetur. SIDON. epist. 14, 1 audio industriae tuae votisque communibus uberiore proventu, quam minabatur sterilis annus, -ere vindemiam. Ⓘⅲ *ager, terra*: COLVM. 1 praef. 24 in aliis regionibus nigra terra … est laudabilis, in aliis pinguis lubrica melius -et. 2, 1, 3 derelicta humus, cum est repetita cultu, magno faenore cessatorum colono -et. 2, 1, 5 intacta et silvestria loca, cum primum ceperint cultum, exuberare, mox deinde non ita -ere labori colonorum (ENNOD. dict. 8, 5 p. 447, 11 tuis … l. -sura *terra. cf. p. 1540, 73*). 2, 1, 7 nostra … inertia minus benigne nobis arva -ent. PLIN. nat. 18, 34 (*verba Catoni tribuit, sed in agr. non leguntur*) multo campestribus magis quam clivosis -ent eadem *genera terrae.* 31, 48 oporteat … fodientibus umidiores adsidue -ere glaebas. PANEG. 5, 6, 2 ager, qui numquam -et impendiis. AMBR. Noe 29, 108 qui *ager* domini possit -ere culturis. PALLAD. 1, 5, 6 *ager* labore … maximo … ad vota -et. VAL. CEM. hom. 17, 1 rudem terram … non statim iustis -ere seminibus. ALC. AVIT. carm. 4, 40 area campi …, dum colitur, … -et frugibus. ENNOD. epist. 1, 6, 2 p. 13, 24 non -entia cultori arva (opusc. 4, 15 p. 386, 24 solum, quod avaris -et iuxta desideria inmoderata cultoribus). *al.*

γ *in re medica*: Ⓘ *curae medici -ent medicamenta adhibita* (*ipsa curatio l. 27. 31*): CELS. 1 prooem. 35 diligentes homines notasse quae plerumque melius -rent; deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. 4, 11, 7 id *remedium* saepe commode -ere. 5, 18, 13 quae *remedia* in personis varie -erunt. *al.* SEN. dial. 3, 6, 2 si modus et ordo non proficit, subducit aliqua et circumcīdit; si ne adhoc quidem -et, interdicit cibis et abstinentia corpus exonerat. SCRIB. LARG. praef. 6 *medicina* primum cibis … temptat prodesse languentibus; deinde, si ad hos non -erit curatio, ad medicamentorum decurrit vim (11 vix ad duas tresve *torpedines* -et c., id est torpor). 22, 1 ita melius -et *medicamen.* 271, 6 eadem medicamenta in iisdem vitiis interim melius deteriusve -ere propter corporum varietatem. CHIRON 549 si *haec cura* non -et, adure cauteriis rectis ordinibus duobus. Ⓘⅱ *-ent varia*: CELS. 4, 17, 1 *in renum morbis* oportet conquiescere, … solvere alvum, si aliter non -et, etiam ducere (4, 27, 1^{D} add. l. 64 alvum, si non -et, … aliquo medicamento movere. *cf.* PETRON. 47, 2 multis … diebus venter mihi non -it). 6, 6, 38 bene -entibus menstruis. PELAGON. 205, 3 *his remediis* si sanies ⟨non⟩ -erit, insanabile vitium est.

b *aequando, reddendo aliquid par vel simile, sc. antea factis, labori sim.*: CIC. p. red. in sen. 24 quae memoria, quae vis ingenii, quae magnitudo observantiae tot tantisque beneficiis *Lentuli* -ere poterit? fam. 5, 2, 4 velim iudices, satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus, cum proxime Romam venisti, mutue -isse. ad Q. fr. 1, 1, 43 nisi omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc -ant, ego me tantis meis laboribus … nihil consecutum putem. HOR. sat. 2, 8, 66 -sura tuo numquam est par fama labori. epist. 2, 1, 9 *Romulus Bacchusque* ploravere suis non -ere favorem speratum meritis (INSCR. Année Epigr. 1976 n. 144 [*Herculanei, saec. I in.*] pertinere at municipi dignitatem m. M(arci) Noni Balbi -ere. PANEG. 3, 31, 3 parum ampla nec -ente m. tuis oratione. AVSON. 11, 3 [193 S.], 7). LIV. 31, 24, 3 *Philippus* pari incepto haud disparem eventum ratus -surum. *al.* *multipliciter reddendo*: VAL. CEM. hom. 13, 7 quae *pecunia* si negotio deputata fuerit, non multo post tempore quadruplicata -et.

c *resonando, sonum reddendo* (*cf.* SYNON. Cic. p. 442, 7 resonat. resultat. remurmurat. -et. *accedit acc. adv. l. 58 [bis], obi. l. 72*): **α** *respicitur echo* (*cf. p. 1537, 8. 1539, 2*): CIC. Arch. 19 saxa et solitudines voci *poetae* -ent, bestiae … cantu flectuntur atque consistunt. VERG. ecl. 10, 8 non canimus surdis, -ent omnia silvae (SERV. per echo). OV. met. 11, 53 flebile nescio quid queritur lyra *Orphei,* flebile lingua murmurat exanimis, -ent flebile ripae *Hebri.* CALP. ecl. 6, 64 sub exeso raucum mihi pumice lymphae -ent. PLIN. nat. 36, 126 *natura* dederat vocem saxis … -entem homini, immo vero et obloquentem. VAL. FL. 2, 583 hinc unda, sacris hinc ignibus Ide vibrat et horrisonae -ent Gargara buxo. NEMES. ecl. 1, 74 ⌊reboa⟨n⟩t⌋ te, quicquid carminis echo -et, silvae (-ent *var. l.*; ⌊ ⌋ *Baehrens,* -boat *codd., edd. et nos p. 259, 75*). RVT. NAM. 1, 629 -suros persultat bucina colles. OROS. hist. 2, 19, 10 offensae (*i. repercussae*) vocis imago -ens trepidos suspendebat auditus (*cf. p. 1613, 27*). **β** *quolibet respectu:* *-et res icta*: CIC. de orat. 3, 216 voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum -ant. PERS. 3, 22 percussa maligne -et … non cocta fidelia. SIL. 14, 73 Pachyni pulsata Ionio -ent saxa profundo (*sunt qui ad p. 1545, 14 sqq. trahant*). STAT. Theb. 9, 649 et coiere arcus *Apollinis et Dianae* et -ere pharetrae. Ach. 1, 849 *puellae* -entia temptant tympana. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 10, 2 ne … raucum sonum … plumbi admixtione -at *aurum vel argentum probatum* (*Migne gr. 35, 420^{B} ἠχεῖν*). *-et ipse sonus*: COLVM. 9, 8, 2 labris foramini aditus *alvearii* admotis et inflato spiritu ex -ente earum subito fremitu poterimus aestimare … multitudinem. MACR. somn. 2, 1, 9 malleorum soni certo sibi -entes ordine. *-ent variae res*: AMBR. in Luc. 9, 16 si laudes domini contra naturam suam saxa -ant. CLAVD. carm. min. 25, 99 fistula … -sura choris.

d *imagines reddendo:* *-ent res, quarum imagines exprimuntur*: LVCR. 4, 167 quandoquidem, speculum quocumque obvertimus, ⌊omnes⌋ res ibi -ent simili forma atque colore (⌊ ⌋ oris *Q, om. O*). 4, 213 simul ac primum sub diu splendor aquai ponitur, extemplo caelo stellante serena sidera -ent in aqua. *-et speculum sim.*: SEN. nat. 1, 5, 14 neque … omnia ad verum specula -ent. AVSON. Mos. 190 glaucus opaco -et colli fluvius.

e *apparendo, eveniendo, contingendo sim.* (*notio fortasse ab usu p. 1535, 35 sqq. illustrato derivata est*): SEN. contr. 2, 5, 7 non -et ⌊ad propositum⌋ nec ad certam diem fecunditas *mulieris* ([⌊ ⌋ *ad p. 1540, 41*]. SEN. nat. 2, 47 aut perpetua esse fulmina aut finita aut prorogativa; … finita ad d. utique -ent. 2, 48, 1 fulmen finitum est, aeque enim ad d. -e[n]t. *cf. p. 1536, 29*). CELS. 4, 11, 2 saepe feminae, quibus sanguis per menstrua non -et, hunc expuunt (*cf.* CHIRON 58 tam diu radito cottidie, donec sanguis per ossum -at [*inde* VEG. mulom. 2, 13, 3]). SEN. nat. 3, 16, 2 ad tempus podagra -et. epist. 92, 14 summum … illud bonum non consequitur *sapiens,* nisi illi et naturalia instrumenta -ant. COLVM. 3, 4, 2 intra quod *spatium temporis* utique tempestivitas seminum -et. 6, 37, 6 murinus *color* cum sit in asino vulgaris, tum etiam non optime -et in mula. 7, 7, 4 cum effetae *caprae* (*gen. sing.*) … secundae (*nom. plur.*) non -erint, defruti sextarius … faucibus infundatur *eqs.* 11, 1, 31 id, quod improbissime Chaldaei pollicentur, ut … diebus statis aeris mutationes -ant. QVINT. inst. 10, 3, 9 res facilius se ostendent, verba -bunt. FRONTIN. aq. 10, 2 die quo primum in urbem -erit *aqua Virgo,* quinto Idus Iunias invenitur (*cf. Rodgers, 2004, ad l.*). SCAVR. gramm. VII 14, 4 origo earum *litterarum* non sine ⌊labrorum⌋ coniunctione -et (⌊ ⌋ *Bücheler,* labore *codd.*). 21, 7 'hiems' carere p littera debet, quia in ceteris casibus nusquam p nec b propinqua eius -et. TERT. patient. 7, 1 percurrentibus nobis causas impatientiae cetera … praecepta suis locis -bunt. CARM. de fig. 145 teriuga sunt, quae -ent secum ordine trina. PALLAD. 1, 37, 2 pomiferae … arbores, quibus nulla amaritudo -et flore desucto. AVDAX gramm. VII 350, 29 'quoque', si ⟨pro⟩ ablativo casu ⟨non⟩ -at, *sc. quōque,* erit coniunctio …; (351, 1) si vero 'quoque' pro ablativo casu -at, *sc. quōque,* erit pronomen (*cf. p. 1545, 42*). ARNOB. IVN. in psalm. 39 l. 11 sine deo non -et salus (-etur *var. l. et ed. Daur, ut locus ad 2b pertineat*). *al.*

f *vario modo*: AETNA 403 (*in imag.*) quem *lapidem* si forte manu teneas ac robore cernas, nec fervere putes ignem nec spargere posse; sed simul ac ferro quaeras, -et et ictu scintillat dolor. CELS. 3, 1, 1 *morbi* non semper eodem modo -bant. 3, 3, 5 saepe evenit, ut cotidie plures accessiones remissionesque sint, sic tamen, ut unaquaeque alicui priori -at. MART. 6, 13, 3 quis te Phidiaco formatam, Iulia, caelo, … non putet …? candida non tacita -et imagine lygdos (*i. statua Iuliae*). FRONTIN. aq. 65, 4 *aqua Appia* erogabat quinarias septingentas quattuor …; minus quam ad Gemellos mensura *aquae* -et quinariis mille centum viginti una.

2 *-ent animantes, sc. per actiones* (*-et Boreas p. 1543, 50, -ent animalia p. 1543, 40. 44, virtutes per prosopop. p. 1543, 47; accedit saepe dat. indicans hominem eiusve affectum, motum, qualitatem sim., sed praepos.* ad *p. 1543, 10; indicatur qua re l. 57. 68*): **a** *-et, qui reddit idem vel simile, sc. antea factis, beneficiis sim.*: CIC. Att. 4, 3, 6 Quinti fratris … liberalitati pro facultatibus nostris … -emus. 4, 10, 2 *ut* urgeas Philotimum, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere -ere. fam. 5, 7, 2 quibus, *sc. meis officiis,* si quando non mutue -etur *eqs.* (PLANC. Cic. fam. 10, 11, 1 tantis … tuis o. non videor mi -ere posse. HOR. sat. 2, 6, 24 ne prior officio quisquam -at, urge. *al.*). 15, 21, 3 cui quidem ego amori … amore certe -bo. ad Brut. 1, 1, 1 nihil … mihi minus hominis videtur quam non -ere in amore iis, a quibus provocere. VERG. Aen. 6, 474 coniunx ubi pristinus illi *Didoni* -et curis aequatque Sychaeus amorem. VELL. 1, 9, 2 rex Eumenes in eo bello medius fuit animo, neque fratris initiis neque suae -it consuetudini. SEN. benef. 1, 10, 5 curandum est, ut in eos … beneficia conferamus, qui grate -suri erunt (*cf.* 2, 30, 1 grate). 6, 5, 4 utrum et beneficium illi reddere debeam … ac veluti duobus nominibus separatim -ere, an *eqs. al.* SCRIB. LARG. praef. 12 cupio … tuae in me tam perseveranti benevolentiae -ere adiutus omni tempore a te, praecipue vero istis diebus. PS. CATO dist. 1, 23 si tibi pro meritis nemo -et amicus …, te ipse coerce. IVST. 31, 7, 6 privato … impendio munificentiae regis -surum. HEGES. 1, 35, 1 ut beatitudini suae -ret et gratiae, tanto rerum secundarum successu levatus … templum ornavit *Caesar.* ENNOD. epist. 1, 20, 1 p. 31, 25 ut beneficiorum caelestium magnitudini … -am. GREG. M. moral. 9, 64 (*ad* VVLG. Iob 9, 35 neque … possum metuens -ere) -ere quippe cuilibet dicimur, cum factis illius digna opera repensamus; deo ergo -ere est donis eius praecedentibus nostra obsequia reddere (*cf.* 12, 18 [*ad p. 1535, 62*] -ere cuilibet dicimur, cum eius factis congrua ad vicem opera reddimus). *al.*

[Marchionni]

b *-et, qui satisfacit, sc. debitis, desideriis, exspectationibus sim.*: **α** *vario modo* (*fort. huc l. 36. p. 1542, 38*): CIC. Att. 12, 39, 2 de tabellariis facerem, quod suades, si essent ullae necessariae litterae, ut erant olim, cum tamen brevioribus diebus cottidie -bant tempori tabellarii. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 7, 2 *tantus vir,* qui vestris … -at laudibus. VELL. 2, 4, 2 Scipio Africanus … creatus iterum consul missusque in Hispaniam fortunae virtutique expertae in Africa -it in Hispania. 2, 103, 5 ut nec plus sperari potuerit nec spei -eri felicius. SEN. epist. 11, 1 locutus est mecum amicus tuus bonae indolis, in quo quantum esset animi, … sermo primus ostendit; dedit nobis gustum, ad quem -bit (res pendebit *sim. var. ll.*). 74, 24 -entes … voto patris liberi. QVINT. inst. 10, 2, 23 *ut* in asperis gravibusque causis ponderi rerum parum -ant. TAB. devot. Année Épigr. 2007 n. 690 (*saec. III*) Marsuas … Dec(imum) Ostilium Donatum … surdum reddas, quantu(m) homini -es. COD. Theod. 7, 13, 7, 1 ut ii tantum a consortibus segregentur, quorum iugatio ita magna est, ut accipere non possit adiunctum, cum pro suo numero in exhibendo tirone solus ipse -at. 12, 1, 187 si qui inter inlustres … viros locum occupaverint … honorario titulo dignitatis, senatui quidem per se -ant, curiae … satisfaciant.

β *pecuniam debitam solvendo*: CIC. Att. 16, 2, 2 quamquam … reliqua satis apta sunt ad solvendum, tamen fit saepe, ut ii, qui debent, non -ant ad tempus. SEN. epist. 87, 6 nominibus non -et. amic. p. 28 creditoribus -amus, inimicis resistamus **(**MARCELL. dig. 28, 8, 10. COD. Iust. 4, 39, 1 [*a. 193/211*] nec fiscum c. hereditariis -ere certum et absolutum est. *al.*). PAPIN. dig. 50, 1, 17, 9 in adoptiva familia susceptum exemplo dati muneribus civilibus apud originem avi quoque naturalis -ere divo Pio placuit (NOVELL. Theod. 15, 2, 3 m. curiae … -ere). VLP. dig. 29, 4, 1, 9 nec ex hac causa legatariis -ere cogetur (29, 4, 6 pr. 29, 4, 10, 2. 30, 50, 1 -bit … l., ut creditoribus). PAVL. dig. 17, 1, 59, 5 postea saepe conventus mandator non -it. 23, 3, 72 pr. mulier bona sua omnia in dotem dedit: quaero, an maritus quasi heres oneribus -ere cogatur (COD. Iust. 9, 12, 2 [*a. 213*] successio o. … -et [-it *var. l.*]). *al.*

c *cetera exempla* (*responsio fit oboediendo l. 40 sqq., cf. p. 1535, 35; fort. huc p. 1532, 36*): CIC. Att. 5, 1, 4 (*3 Quintus Pomponiae* 'invita mulieres') absurde et aspere verbis vultuque -erat *Pomponia* (*simul pertinet ad A1b*). PROP. 4, 8, 88 mutato per singula pallia lecto ⌊-i⌋ *imperiis Cynthiae* (*vel desideriis, ut locus ad bα pertineat*; ⌊ ⌋ *codd., def. Fedeli,* despondi *Puccius, alii alia*). LIV. 3, 70, 1 summa imperii concedente Agrippa penes collegam erat; et praelatus ille facilitati summittentis se comiter -bat communicando consilia laudesque et aequando imparem sibi. PHAEDR. 4, 19, 8 legati *canum* …, dum naribus scrutantur escam in stercore, citati non -ent **(***item -ent vocati* [*cf. p. 1535, 35 sqq.*]: SVET. Tib. 73, 2 vocatis ministris ac nemine -ente. VITA Anton. 66, 3 l. 9 sciebat …, cui clamanti debeas -ere [*gr. ὑπακούειν*]. CLAVD. rapt. Pros. 3, 169 vastata … pascua lustrans non -suros ciet imploratque iuvencos *pastor***)**. SEN. dial. 9, 7, 2 male … -ent coacta ingenia, reluctante natura irritus labor est. epist. 59, 7 virtutes … ut … parata praesidia sint et ad nutum regentis sine tumultu -ant. PETRON. 134, 3 me … in cellam … nihil recusantem perduxit … et harundinem ab ostio rapuit iterumque nihil -entem mulcavit. VAL. FL. 6, 164 nec tot ab extremo fluctus agit aequore nec sic fratribus adversa Boreas -et ab unda. FRONTIN. strat. 2, 3, 7 ad omne momentum -ens miles (*locum interpol. putat Gundermann*). APVL. met. 10, 32, 3 *Venus coepit* molli … tibiarum sono delicatis -ere gestibus. *al.*

II *respectu succedendi evanido vel minus perspicuo actio -endi fit cuilibet (rei) congruendo, conveniendo sim.* **(***fere de eis, qui [quae] aliis -ent, sed* sibi *p. 1544, 14. 49. 1545, 11. al.; indicatur cui [rei] per dat. saepe, per praepos.* ad *e. g. l. 66. p. 1544, 40,* cum *p. 1544, 50,* de *p. 1544, 51,* in *c. abl. p. 1544, 46, c. acc. p. 1545, 20,* inter se *p. 1544, 59, adv.* invicem *p. 1544, 15, non indicatur p. 1544, 62 sq. 69***)**: **A** *pro subi. sunt res* (*Musa ponitur pro arte p. 1544, 22*): **1** *quae idem valent, aptae vel dignae sunt, conveniunt*: **a** *contextu vario*: **α** *c. respectu capacitatis, mensurae*: VARRO Men. 185 vineis ubi ampla cella, torculum -at. ling. 9, 79 non, ut si in Alexandri statua imposueris caput Philippi, membra conveniant ad rationem, sic et †Alexandri membrorum simulacrum caput quod -at, item sit? (*loco vexato, v. app. crit.*). HOR. epist. 2, 2, 48 arma Caesaris Augusti non -sura lacertis. VITR. 3, 5, 12 dum contra epistylia columnarumque hypotrachelia ad perpendiculum -ant (7, 3, 5 uti *operis* longitudines ad regulam et ad lineam, altitudines ad p., anguli ad normam -entes exigantur. PLIN. nat. 36, 172 ISID. orig. 19, 18, 1. *cf.* VITR. 6, 8, 5 uti omnes structurae perpendiculo -ant). 9 praef. 11 *Archimedes* invenit, quantum pondus argenti ad certam aquae mensuram -ret (SEN. dial. 10, 19, 1 ut *frumentum* ad m. pondusque -at. nat. 4, 2, 9 ad m. fluminis terra -et, quam fertilem facit Nilus). 10, 11, 2 *pondera a Graecis adhibita* ut etiam nostris ponderibus -ant, tradam explicata. *al.* PLIN. nat. 2, 109 quin et soricum fibras *iecoris* -ere numero lunae exquisivere diligentiores. 6, 215 gnomoni XXI pedum -ent umbrae XVI pedum. 9, 93 (*e Trebio Nigro*) dentes magnitudini *capitis polypi* -entes. FRONTIN. aq. 34, 4 sextarii ratio ad cyathos, modii vero et ad sextarios et ad cyathos -et. 35 omnem aquam … non tantum -ere modulo suo, sed etiam exuberare. *al.*

β *c. respectu vario; responsio fit relatione*: Ⓘ *mutua*: CIC. Catil. 2, 24 urbes coloniarum ac municipiorum -bunt Catilinae tumulis silvestribus (*cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 283, 4 -bunt: comparabuntur [*affert p. 1545, 16*]). orat. 114 Aristoteles … dicit illam artem *rhetoricam* quasi ex altera parte -ere dialecticae. nat. deor. 1, 50 necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria -ant. VARRO ling. 10, 46 quemadmodum crepat prima ad quartam cordam *citharae,* sic quarta ad septumam -et. MANIL. 3, 475 *astra* ultima primis -ent. 4, 813 ut … illa *signa* inter se coeunt odioque repugnant …, sic terrae terris -ent. *al.* VAL. MAX. 7, 4, 2 iuvenili, *sc. filii,* calliditati senilis, *sc. patris,* astutia -it. SEN. epist. 34, 4 ut omnia facta dictaque tua inter se congruant ac -ant sibi. QVINT. inst. 8, 3, 77 *parabolae* conlatione invicem -ente. APVL. Plat. 1, 18 p. 217 at enim hominem tunc esse perfectum, cum anima et corpus aequaliter copulantur et inter se conveniunt sibique -ent. *al.* Ⓘ *simplici*: CIC. orat. 148 rebus forensibus nostris … domesticae litterae -bunt. *al.* NEP. frg. 58 Marsh. non ignorare debes unum hoc genus latinarum litterarum, *sc. historiam,* adhuc … non -ere Graeciae. VERG. Aen. 1, 585 dictis -ent cetera matris (SERV. auct. congruunt, consentiunt. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1589 -ent: conveniunt). OV. rem. 387 si mea materiae -et Musa iocosae, vicimus. met. 12, 618 haec illi mensura *gloriae* viro -et (*item c. dat. personae*: SEN. contr. exc. 3 praef. 1 memini … me a Severo Cassio quaerere, quid esset, cur in declamationibus eloquentia illi sua non -ret. *al.*). fast. 6, 805 par animo … forma *Marciae* suo -et. LIV. 1, 45, 7 hospes, qui omnia, ut prodigio -ret eventus, cuperet rite facta, exemplo descendit ad Tiberim (*cf.* SVET. Vit. 9 quibus ostentis par -it exitus). VITR. 10 praef. 1 cum ad dictum inpensa -it. SEN. suas. 2, 15 Lesbocles, magni nominis et nomini -entis ingenii (COLVM. 3, 2, 16 *uvae* frigidum … solum … commodissime sustinent …, dum sunt in Albano colle; nam mutato loco vix n. suo -ent). VELL. 2, 129, 2 -ente cultu triumphi rerum, quas gesserat, magnitudini (PORPH. Hor. ars 360 *excusetur Homerus,* si aliquid in tanto opere non -et m. carminis sui). VAL. MAX. 6, 4 ext. 3 vocem duabus victoriis -entem dignamque cui tertia … tribueretur. SEN. dial. 7, 24, 4 exige, ut dictis facta -ant. 11, 18, 9 *haec, quae composui,* si … parum -ere ingenio tuo … videbuntur *eqs.* epist. 71, 20 *quae a virtute fiunt,* huic *virtuti* … necesse est -ant (QVINT. inst. 6, 3, 2 *Demosthenis* pauca admodum dicta *iocosa* nec sane ceteris eius v. -entia. TERT. adv. Marc. 3, 3, 3 *virtutes hominis* -entes virtutibus creatoris). 114, 16 *compositio* in exitu lenta, … ad morem … *Ciceronis* pedemque -ens. *al.* CVRT. 8, 9, 17 elephantorum maior est vis, quam quos in Africa domitant, et viribus magnitudo -et. COLVM. 1, 1, 3 *an praecepta maiorum* huius temporis culturae -ant an aliqua dissonent. QVINT. inst. 3, 8, 66 usum exemplorum … materiae … convenire … omnes consentiunt, cum plerumque videantur -ere futura praeteritis. 6, 3, 54 haec eadem genera *iocorum* commodius in rebus quam in nominibus -ent. APVL. met. 1, 1, 6 ipsa vocis immutatio desultoriae scientiae stilo … -et. 5, 1, 7 opes ceterae maiestati domus -ent. Plat. 2, 5 p. 228 ita … secum ex parte omni congruit *virtus,* ut ex se apta sit sibique -at. TERT. nat. 1, 16, 17 tempora cum aetate *iuvenis* -ent. anim. 25, 6 (*respic. vox gr. ψῦχος*) ipsum vocabulum animae, *i. ψυχή,* penes Graecos de refrigeratione -ens. PALLAD. 1, 7, 3 pars *agri* … optanda est, quae et utilitati et voluptati … -at. PHYSIOGN. 18 supercilia … prolixa … imbecillem animum declarant: -ent generi feminino. *al.*

b *in arte gramm.; responsio fit relatione*: **α** *mutua*: CIC. orat. 38 ut verba verbis quasi demensa et paria -ant (*sc. in genere, quod gr. ἐπιδεικτικόν nominatur*). part. 21 *ut* ex contrariis sumpta verbis, crebra crebris, paria paribus -ant. VARRO ling. 9, 86 omnibus *numeris sunt* … duo actus, tres gradus, sex decuriae, quae omnia similiter inter se -ent. QVINT. inst. 9, 3, 78 -entibus vel primis *litteris* inter se vel mediis vel extremis. **β** *simplici*: QVINT. inst. 6, 3, 48 *ut* verba duos sensus significantia … raro belle -ant. DIOM. gramm. I 445, 21 est et secunda anaphora, per quam elocutio non convenienter -ens ad aliud refertur occulte. SCHOL. Hor. epist. 1, 18, 61 'Actia pugna': ad Actiacam -it (*i.* -et). *al.*

2 *quae similes sunt, sc. c. respectu speciei, formae* (contraversim *p. 1545, 7*): CIC. har. resp. 49 cum in contionibus diceret *Clodius* velle se in Carinis aedificare alteram porticum, quae Palatio -ret. CELS. 8, 1, 25 crus … brachio simile est, adeo ut habitus quoque et decor alterius ex altero cognoscatur; quod ab ossibus incipiens etiam in carne -et. 8, 1, 27 cetera pedis ossa ad eorum, quae in manu sunt, similitudinem structa sunt: planta palmae, digiti digitis, ungues unguibus -ent. VAL. MAX. 9, 14 pr. *sunt, qui* existiment illam *similitudinem formae* origini et contextui sanguinis -ere, nec parvum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, quae fere gignentibus similia nascuntur (TERT. anim. 5, 4 vult et Cleanthes non solum corporis lineamentis, sed et animae notis s. parentibus in

[Marchionni]

filiis -ere). SEN. nat. 7, 27, 4 negas cometen stellam esse, quia forma eius non -at ad exemplar nec sit ceteris similis? epist. 79, 1 Charybdis an -at fabulis, perscribi mihi desidero. 87, 25 non nascitur … ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea; ad semen nata -ent, bona degenerare non possunt. 114, 9 in … domos impenditur cura, ut … lacunaribus pavimentorum -at nitor. APVL. apol. 15, 12 num, ut ait Epicurus, profectae a nobis imagines … reflectantur (*a speculo sim.*) et retro expressae contraversim -ant. Plat. 1, 8 p. 198 idcirco … pulcherrimo mundo instar pulchrae et perfectae sphaerae a fabricatore deo quaesitum est, ut sit … pulcher et admirabilis, sui similis sibique -ens. PROB. inst. gramm. IV 154, 24 sunt aliqua adverbia, quae sibi -ere reperiuntur: tum num. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 61 quotidianae accessiones … alterna diei interpositione suae similitudini -ant.

3 *quae sibi invicem opposita sunt, sc. in descriptione positionis, situs* (*fort. huc p. 1541, 68*): VERG. Aen. 6, 23 (*descr. imagines in contra positis foribus*) contra elata mari -et Cnosia tellus (SERV. aspicitur, nam contra Athenas est posita. *cf.* 1, 585 -et: respicit. *falso affertur p. 1544, 6*). MANIL. 2, 793 unus *cardo mundi* ab exortu caeli …, alter ab adversa -ens aetheris ora. CELS. 8, 12, 1 *maxilla luxata* dentes paribus non -ent, sed sub is, qui secant, canini sunt. AVSON. 24, 144 (298, 16 S.) mirere … -entes directa in compita portas *urbis.*

4 *quae attribuuntur, pertinent ad aliquid*: QVINT. inst. 9, 3, 32 in contrapositis … solet -ere primorum verborum alterna repetitio. 9, 3, 34 possunt media *verba* … -ere vel primis … vel ultimis. *ibid.* -ent primis et ultima. VLP. dig. 50, 1, 30 qui ex vico ortus est, eam patriam intellegitur habere, cui rei publicae vicus ille -et. SERV. Aen. 1, 371 et quotiens *verbum* longe -et, parenthesis est; quotiens nusquam, ellipsis dicitur. SCHOL. Hor. carm. 1, 35, 29 per hyperbaton sensui superiori -it (4, 4, 17. *cf.* epist. 1, 2, 69 illi sensui [*sc. v. 54*]). AMBR. in psalm. 45, 8 ('adiutor in tribulationibus … nimis') bene 'nimis' ad utrumque -et. HIER. epist. 121, 9, 8 'et legislatio' (*Rom. 9, 4*) ad utrumque -et: et novi et veteris testamenti. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 170 p. 608 Iudaeorum gentem in conventus quinque divisit uno *conventu* Hierosolymis, altero Doris itemque tertio, ut apud Amathunta -at, destinatis; quarto Hierico et quinto Sephoris Galilaeae civitas attributa est (*gr. συντελῶσιν*). *al.* *in arte gramm.*: PROB. inst. gramm. IV 73, 23 sane hoc monemus, quod comparativi gradus nomina ablativo casui -ant, ut puta 'doctior illo *eqs.*' **(**147, 28 nunc quaeritur, quem ad modum hae supra dictae quattuor praepositiones accusativo c. et quem ad modum ablativo c. -ant [*seq. p. 1546, 17*]. 147, 37 quando accusativis et quando ablativis c. -ere debeant. 148, 2. 154, 31 adverbia quantitatis … genitivo c. -ere reperiuntur, ut puta 'multum vini'. *al.; cf.* 149, 24 ad casum suum. *aliter* 145, 26 'quoque' si non ad ablativum casum -at, *sc. quŏque,* erit coniunctio [*cf. p. 1542, 35*]**)**. DON. Ter. Andr. 626 'tanta vecordia innata cuiquam ut siet': singulari et plurali numero -et (*sc. cuiquam*). *al.*

B *pro subi. sunt animantes*: **1** *usu communi -ent, qui aliis similes vel digni sunt*: **a** *parentibus vel maioribus eorumve qualitatibus sim.*: **α** *c. respectu animi, morum sim.*: CIC. Planc. 51 quaeris etiam, Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, -as mortuo. Brut. 117 *Tubero* oratione durus, incultus … honoribus maiorum -ere non potuit. fin. 3, 8 est enim mihi magnae curae …, ut *Lucullus* ita erudiatur, ut et patri et Caepioni nostro et tibi tam propinquo -at. VAL. MAX. 4, 3, 3 Drusum … Germanicum … operum suorum pro habitu aetatis magnitudine vitrico pariter ac fratri … mirifice -entem. 5, 6, 6 unicum talis imperatoris specimen esset, nisi animo suo -entem filium genuisset. SEN. Ag. 906 ille iam exanimem petit laceratque corpus, illa fodientem adiuvat; uterque tanto scelere -et suis: est hic Thyestae natus, haec Helenae soror. TERT. anim. 25, 9 similitudine animae … parentibus de ingeniis -emus. *al.* **β** *c. respectu formae*: VARRO rust. 2, 5, 9 *boves* -ent ad parentum speciem. COLVM. 3, 10, 17 parentium fecunditati prolem -suram. APVL. met. 5, 14, 5 qui si parentum, ut oportet, pulchritudini -erit, prorsus Cupido nascetur. CYPR. zel. 15 (*antea*: filios habere consimiles) si ad patrem liniamentis paribus suboles subsiciva -at *eqs.* LACT. opif. 12, 8 si muliebre praevaluerit, progeniem cuiusque sexus ad imaginem -ere maternam.

b *aliis* (*rebus*): CIC. Tusc. 1, 4 si qui magnis ingeniis *apud nos* in eo genere, *sc. poesi,* exstiterunt, … satis Graecorum gloriae -erunt. SEN. contr. exc. 3 praef. 1 quosdam disertissimos cognovi viros non -entes famae suae, cum declamarent. PLIN. epist. 10, 58, 6 Archippum … bonum virum et professioni suae etiam moribus -entem. APVL. met. 10, 18, 1 ut splendori capessendorum -ret fascium, … latius munificentiam suam porrigebat *dominus.* TERT. anim. 43, 8 *medici* etiam in lethargo non naturalem *somnum* notantes testimonio naturali -ent, cum in suo temperamento est. mart. 4, 3 ut vos quoque, benedictae, sexui vestro -atis. CYPR. epist. 43, 4, 3 qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam -entes, sicut illi Susannam pudicam corrumpere … conati sunt (*Dan. 13, 19 sqq.*), sic et hi adulterinis doctrinis ecclesiae pudicitiam corrumpere … conantur. PHYSIOGN. 85 quae *mulieres* magis ad virilem speciem -ent.

2 *usu peculiari -ent dicentes vel scribentes*: **a** *in arte grom. respicitur mensura* (*quae per abl. indicari vid.*): BALB. grom. p. 94, 17 minima pars … mensurarum est digitus: siquid enim infra digitum metiamur, partibus -emus, ut dimidiam aut tertiam. **b** *respicitur repetitio quaedam antea dictorum, scriptorum: comparantur argumenta*: TERT. adv. Marc. 5, 7, 13 (14) denique et in clausula praefationi -et *Paulus*: '…' (*I Cor. 10, 11*). *comparatur ordo* (*sc. qui in repetitione invertitur, ita ut fit hysteroproteron*): SERV. Aen. 1, 1 ('arma virumque') figura usitata est, ut non eo ordine -amus, quo proposuimus, nam prius de erroribus Aeneae dicit, post de bello (*cf.* 7, 345 *Vergilius* perverso ordine -it. 7, 813 hysteroproteron in -endo). **c** *in arte gramm. respicitur usus rectus accidentium* (*quae per dat. indicantur; cf. usum p. 1545, 35 sqq. illustratum*): PROB. inst. gramm. IV 147, 30 ut, quando nos aliquo ire … significamus, … per easdem supra dictas praepositiones accusativis casibus -amus, ut puta 'quo is? in villam' **(**147, 33 quare hoc monemus, ut, quando nos alicubi esse … significamus, per easdem supra dictas praepositiones ablativis c. -amus, ut puta 'ubi es? in basilica'. 148, 12 quare hoc monemus, ut, quando nos ex alio loco ad alium locum pervenire significamus, accusativo casui -amus, ut puta 'secedo in forum'. 148, 15 ablativo casui -amus. *al. apud eundem; cf. p. 1545, 37 sqq.***)**. SERV. Aen. 1, 17 ('hic illius arma, hic currus fuit') quotiescumque nomina pluralis et singularis numeri conectuntur, -emus viciniori, ut ecce hoc loco currui, non armis -it *Vergilius*; eadem et in diversis generibus est observatio, ut magis vicino, sive masculinum sit sive femininum, -amus, ut puta 'vir et mulier magna *eqs.*'. 2, 457 ('ad soceros') meliori sexui -it *Vergilius,* id est masculino (8, 209 ut etiam si posterius est femininum, m. -amus). *al.*

CAPVT ALTERVM: *vi praeverbii minus perspicua* (*cf. etiam p. 1531, 28. 1537, 64*): **I** *fere i. q. spondere* (*huc alia loca, e. g. p. 1531, 15 sq. 1540, 68, trahere malunt Hoppe, Syntax u. Stil des Tert., 1903, 138 et Hartel, Patr. Studien IV, 1890, 65, vix recte*): TERT. apol. 9, 4 *Saturno filios ad sacrificium* ipsi parentes sui offerebant et libentes -bant (*nisi ad p. 1530, 62 sqq., cf. Waltzing, 1919, ad l.*). PAPIN. dig. 50, 1, 17, 15 fideiussores, qui salvam rem publicam fore -erunt …, poenalibus actionibus non adstringuntur …: eos enim damnum rei publicae praestare satis est, quod promitti videtur. AVELL. 68, 4 ad quam *fidem rectam* si nunc redire -et *eqs.*

II *adhibetur pro verbo dicendi*: **A** *fere i. q. dicere incipere (iungitur abundanter c. altero verbo dicendi praeter l. 49; subest fere usus vocis gr. ἀποκρίνομαι* [*quam infra negleximus*] *sec. vocem hebr.* עָנָה *adhibitae, v. e. g. Bauer-Aland, Griech.-dt. Wb. NT, s. v. 2): part. praes.* -ens: VET. LAT. Is. 21, 9 (Hier. *ad loc.* l. 9) ipse venit ascensor bigae et -ens ait: '…' (VVLG. -it et dixit). Matth. 11, 25 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) in illo tempore -ens Iesus dixit: '…'. Marc. 9, 5 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) apparuit illis Helias cum Moysen et erant loquentes cum Iesu; et -ens Petrus ad Iesum dixit: '…'. *al.* *aliae formae*: VET. LAT. I Macc. 8, 19 (rec. L, *sim.* B) et abierunt Romam … et intraverunt curiam et ⟨-erunt et⟩ dixerunt '…' (⟨ ⟩ *om. rec. V*). VVLG. act. 5, 8 uxor … introiit, -it autem ei Petrus: '…' (dixit *var. l.*). *al.* **B** *cetera exempla* (*-ent fere adversarii, cf. usum p. 1533, 32 sqq. illustratum; fort. huc p. 1533, 71*): VET. LAT. psalm. 93, 4 (cod. 300, *sim. al.*) *impii* -ent et loquentur iniquitatem (*gr. φθέγξονται, Vulg.* effabuntur, *cod. 303. al.* pronuntiabunt. *explicare conatur* AVG. in psalm. 93, 9 l. 50 quid est '-ent'? contra iustum habent quod -ant *eqs.*). 118, 172 (cod. 300, *sim. al.*) -at lingua mea verba tua, quoniam omnia mandata iustitia est (*gr. φθέγξαιτο, Vulg.* loquetur). IREN. 1, 6, 2 nobis … necessariam esse bonam conversationem -ent *haeretici* (*gr. ἀποφαίνονται*). 1, 7, 5 semina … reddi salvatoris angelis -ent *haeretici* (*gr. δογματίζουσι*). *praecipiendo*: PASS. Secundian. (BHL 7550) 7 praecepit … *martyres* adduci …; -it ad eos sub voce praeconia: introducantur *eqs.*

p. p. p. **respōnsum,** -ī *pro subst. neutr.* (*huc traximus formam ambiguam acc. sing.* -um, *quae etiam ad* responsus, -ūs *pertinere possit, sc. sensu p. 1558, 6 sqq. illustrato*). *abbrev. in titulis* r *p. 1547, 69* (*siquidem recte suppl.*), resp *p. 1550, 27,* respon *p. 1547, 67.* NOT. Tir. 94, 99 -um. *de notione et differentia v. p. 1547, 5. 52. 1550, 31 sqq. 1551, 19. 1557, 13 et* GLOSS. -um: *ἀπόκρισις. sim. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, *in orat. soluta inde a* RHET. Her.; *abiit in serm. gr. p. 1550, 34 sq. 56. 58* (*litt. lat.* DIG. tit. libr. 2, 2 THEOPHIL. inst. Iust. 1, 2, 9. 1, 25, 2 SCHOL. Sinait. 4. *al.*). [*hinc vel a voce q. e.* responsus (-ūs) *langob. vet.* resposo, *it. mer. vet.* respusu, *francog. vet.* respeus, *prov.* respos, resposa; *a serm. docto haud aliena sunt francog.* respuns, respons. *cf. Faré, Postille 7247b. Wartburg X 312 sqq. Schd.-Cr.*] **[***confunditur c.* responsus (-ūs) *p. 1549, 1. 1551, 35 et* CIC. har. resp. 60 CONC.^{S} II 3, 2 vers. Tur. p. 21, 10 (*in falsa var. lect. p. 1558, 10*), responsio *v. p. 1553, 50; loco dub.* APVL. apol. 101, 7 q(uaestoris) r(esponsum) *legendum putat Hildebrand (cf. Hu-*

[Marchionni]

nink, 1997, ad l.); contextu manco FEST. p. 157 ⟨muta exta⟩ dicuntur, quibus non ... -i; *in falsa var. l.* LIV. 38, 3, 6 sine -o *pro* sine spe pacis.**]**

I *i. q. actio respondendi vel id, quod respondetur*: **A** *c. respectu religionis* (*vergit in notionem q. e. prophetia, e. g. l. 31. 49, v. etiam p. 1548, 6*): **1** *apud paganos: testimonia veterum* (*cf. l. 52*): IVL. VICT. rhet. p. 47, 22 divina testimonia, id est -a et ⌞omina et⌟ cetera similia (⌞ ⌟ omnia *trad.*). SERV. auct. Aen. 1, 204 fata ... quidam hic deorum -a accipiunt (2, 121 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 67 ADNOT. Lucan. 1, 599). 2, 114 oracula -a (3, 456). 4, 146 ⌞logia⌟, id est -a (⌞ ⌟ longia, elegia, elogia *var. ll.*). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 7, 260 augurium pro -o posuit. GLOSS. -um: *λόγιον. χρησμός.*

a *respondent dei vel homines* (*sc. haruspices, vates, oracula sim., philosophi l. 25, decemviri sacris faciundis l. 60; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Fret. frg. 1 nunc illud est, quod -um Arreti[ni] ludis magnis dicitur: peribo, si non fecero, si faxo vapulabo (*locum affert Gell. 3, 3, 8* historiam ... oraculi Arretini). TER. Andr. 698 non Apollinis magis verum atque hoc -umst (MIN. FEL. 26, 6 Ennius A. Pythi -a confinxit. AVIAN. fab. praef. -o Delphici A. monitus. *cf. l. 62*). PACVV. trag. 116 -a explanat: mandat ne *eqs.* (me *codd.*). CIC. inv. 1, 101 locus sumetur ... ex oraculis, vatibus, ostentis, prodigiis, -is. Vatin. 14 augurum -a (SEN. suas. 4, 1 tit. cum denuntiatum esset ... -o a. periculum). har. resp. 9 -um haruspicum hoc recens de fremitu (29 *p. 1537, 69. al.* LIV. 8, 6, 12. 39, 16, 7. *al.; cf. l. 56*). Pis. 48 numen interdictumque deorum immortalium, -a sacerdotum, auctoritatem senatus (part. 6). LVCR. 1, 737 *philosophi ut vates* ex adyto tamquam cordis -a dedere sanctius ... quam Pythia. NEP. Milt. 1, 4 hoc oraculi -o Miltiades *eqs.* (*al., v. vol. IX 2, 869, 74 sq.*). VERG. georg. 3, 491 nec -a potest consultus reddere vates. Aen. 6, 44 ostia centum, unde ruunt totidem voces, -a Sibyllae. 9, 134 nil me fatalia terrent ... -a deorum (CIRIS 119 OV. met. 13, 336 STAT. Theb. 5, 645. *al.; cf.* divum: VERG. Aen. 6, 799 CIRIS 388). OV. met. 3, 340 *Tiresias* inreprehensa dabat populo -a petenti. 3, 527 dicta *Tiresiae* fides sequitur, -aque vatis aguntur (LIV. 5, 16, 8. 5, 23, 1 PAVL. FEST. p. 379 CVRT. 3, 3, 7. *al.*). LIV. 1, 45, 6 (*5* cecinere vates) memor -i. 1, 56, 6 Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit *Tarquinius* neque -a sortium ulli alii committere ausus duos filios ... in Graeciam misit. SEN. Ag. 168 horruit Calchas suae -a vocis. CVRT. 4, 7, 24 hunc *umbilicum,* cum -um petitur *ab Iove Hammone,* navigio aurato gestant sacerdotes. PETRON. 1, 3 -a in pestilentiam data, ut virgines tres aut plures immolentur (*de eadem re*: QVINT. decl. 323, 19 si pestilentiam finiri dii immortales noluissent, aut nullum -um aut aliud certe dedissent). HOMER. 146 tandem sollertis prudentia Nestoris ... admonuit ... duces dictis, -a recordans temporis illius, quo visus in Aulide serpens *eqs.* VLP. dig. 21, 1, 1, 10 idem Vivianus ait, quamvis aliquando quis circa fana bacchatus sit et -a reddiderit, tamen, si nunc hoc non faciat, nullum vitium esse (*ibid.* ut ... quasi demens -a daret). INSCR. Année Épigr. 1955 n. 155, 7 (*a. 237*) Liberi patris -o monituve eius. IVST. 14, 5, 6 contra -a fatorum. HIST. AVG. Hadr. 2, 9 ex fano quoque Niceforii Iovis manante -o. CASSIOD. hist. 1, 2, 6 licet Sibylla et alia -a apud gentiles ea, quae in Christo erant ventura, praedixerint *eqs.* (*gr. Sozom. 1, 1, 7 χρησμοί*). 7, 21, 3 inter quae saxa unum inventum est, in quo -um habebatur inscriptum, olim quidem absconsum, tunc vero manifestum; significabat enim *eqs.* (*gr. Socrat. 4, 8, 2 χρησμός*). *et saepe. in formula* ex -o *vel* -is (*cf.* GLOSS. ex -is: *ἐξ ἀποφθέγματος*): VARRO frg. Porph. Hor. carm. 4, 6, 28 quod ex -o oraculi in viis publicis ... Athenienses ... sacrificare Apollini instituerint, Agyieum appellavere. CIC. Catil. 3, 9 Lentulum ... sibi confirmasse ex fatis (fastis *vel* libris *var. ll.*) Sibyllinis haruspicumque -is se esse tertium Cornelium (har. resp. 11 ex hoc h. -o decrevit senatus, ut *eqs.* LIV. 24, 10, 13. 32, 1, 14. TAC. ann. 13, 24, 2 urbem princeps lustravit ex -o h.). har. resp. 10 reperietis ... ex hoc toto prodigio atque -o *eqs.* LIV. 31, 12, 10 ea *iussa* uti fierent, C. Aurelius consul ex decemvirorum -o curavit (34, 55, 3 decemviris adire libros iussis, ex -o eorum supplicatio per triduum fuit. 38, 35, 4 SCHOL. Hor. carm. saec. 8). VITR. 4, 1, 4 ex -is Apollinis Delphici (CLAVD. DON. Aen. 3, 85 p. 275, 17. *al.*). PLIN. nat. 15, 134 lauriferam tellurem illam osculatus ex -o. QVINT. inst. 5, 7, 35 ex -is, oraculis, ominibus. 5, 11, 42. CIL V 523 (*saec. I/II*) ex -o antistitum Prospolois C(aius) Lucanus Severus pro L(ucio) Lucano filio **(**INSCR. Epigraphica 67, 2005 p. 325 deo Apollini Beleno L(ucius) Erax Bardus ex respon(so) antist(itum) aedem ... d(e) s(uo) d(edit) [*si genuina, cf. Mennella, ad loc.*]**)**. XII 2202 Quirino Aug(usto) Coius Modestus et Iul(ius) Macrinus ex r(esponso?) p(osuerunt?). FIRM. math. 1, 1, 2 ex ... mathematicorum -is. *al.* **b** *cetera exempla*: VERG. Aen. 7, 86 (*81* rex ... oracula Fauni ... consulit) hinc, *sc. e nemore Albuneae,* Italae gentes ... in dubiis -a petunt (*sim.* 7, 92). HOR. sat. 1, 8, 29 cruor in fossam confusus, ut inde Manibus (manis *var. l.*) elicerent animas -a daturas. PLIN. nat. 1, 32, 8 ubi -a dentur ex piscibus (31, 22 -a ab his *p.* petunt incolae cibo, quem rapiunt adnuentes). 8, 185 bos in Aegypto ... -a privatis dat e manu consulentium cibum capiendo. SIL. 3, 687 Marmaricis ales populis -a canebat. EPIST. Alex. p. 212, 3 solis arborem loqui ac -a dare. p. 213, 3 praecepit *sacerdos,* ut ... orarem ... solem et lunam, ut veridica mihi darent -a.

2 *apud Iudaeos vel Christ.; respondet deus, spiritus sanctus, propheta sim.* (*daemon l. 27; hic illic vergit in notionem q. e. prophetia, voluntas divina enuntiata; abundanter c. gen. l. 26*): VET. LAT. II Macc. 2, 4 (rec. L, *sim.* V) iussit propheta divino -o ad se facto comitari **(**[*gr. χρηματισμοῦ*]. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354[B] contra spiritus daemonum accepit gratiam sanitatum et -is d. dignus fuit [*gr. p. 44, 2 προρρήσεων*]. *al.***)**. Matth. 2, 12 (cod. 15, *sim. al. et* VVLG; *de magis*) -o accepto in somnis, ne redirent ad Herodem (*gr. χρηματισθέντες κατ' ὄναρ. cf.* HIER. *ad loc.* qui munera obtulerunt domino, consequenter -um accipiunt; -um autem, quod graece dicitur *χρηματισθέντες,* non et per angelum fit, sed per ipsum dominum). Luc. 2, 26 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) -um ... accepit ab spiritu sancto non visurum mortem, nisi prius videret Christum (*gr. ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον*). act. 10, 22 (cod. 5, *sim. al. et* VVLG.) *centurio quidam* -um accepit ab angelo sancto accersire te, *Petre,* in domum suam *eqs.* (*gr. ἐχρηματίσθη*). AMBR. Noe 21, 75 *Noe* totum se divino committit imperio et maxime, qui caelesti fuerat ingressus oraculo, caeleste debuit, ut egrederetur, expectare -um. VVLG. Mich. 3, 7 et confundentur qui vident visiones et confundentur divini et operient vultus suos omnes, quia non est -um dei **(**AVG. civ. 10, 17 p. 429, 10 cum -a eius *d.* et quaedam humanis sensibus darentur signa ex illius arcae loco. SVLP. SEV. chron. 1, 8, 1 *gemini* in matris alvo exultasse ... traduntur dictumque -o d. est duos in his populos praenuntiari**)**. AVG. civ. 16, 22 p. 158, 32 hoc -o promissionis *dei* accepto migravit Abraham. 18, 53 p. 341, 10 daemonum -is, quos tamquam deos colunt *quidam* (VITA Hil. Arel. 17 l. 7). SVLP. SEV. chron, 1, 50, 6 Ezechias deo fretus Isaiam prophetam consulit eiusque -o edocetur nihil ex hoste periculi fore. PATRIC. conf. 17 in somno audivi vocem dicentem mihi: '...' et iterum post paululum tempus audivi -um dicentem mihi: 'ecce navis tua parata est'. PASS. Ioh. Migne gr. 5, 1246[B] omnes ... exorabant apostolum ...; apostolus ... hoc dedit in -is, ut per triginta dies deo poenitentiam offerrent (*sim.* VIRT. Ioh. 7 l. 37). *al. de locis sacrarum script.*: IREN. 1, 3, 4 quod ... salvatorem ex omnibus exsistentem omne esse per hoc -um: 'omne masculinum aperiens vulvam' (*Luc. 2, 23*), manifestari dicunt (*gr. διὰ τοῦ λόγου τούτου*). 4, 21, 2 *Rebecca* a verbo -um accepit '...' (*Rom. 9, 10 sqq.*). FIRM. err. 18, 5 secuntur etiam hoc idem tricesimi et tertii psalmi veneranda -a; ait enim per David spiritus sanctus *eqs.* AVG. civ. 16, 29 p. 174, 1 per illos ... viros ... divinum datum est ... -um, ut diceretur: 'Abraham erit in magnam gentem et multam' (*gen. 18, 18*). CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 141, 6 ut animam corpus esse quis sentiat, iterat propheta -um: '...' (*sap. 2, 23*). *al.*

B *respectu vario*: **1** *usu communi responsio fit verbis* (*sc. hominum; c. colore contumaciae p. 1551, 54; praecedunt fere verba, sed sonitus p. 1551, 51, actiones p. 1551, 52. 74; vi praeverbii minus perspicua p. 1551, 64; gr. resp. imprimis ἀπόκρισις*): **a** *ad accusationes, vituperationes, provocationes sim.*: TER. Phorm. 16 is *dectractor* sibi -um hoc habeat: in medio omnibus palmam esse positam qui artem tractent musicam. CAES. Gall. 5, 58, 3 equites tela coniciunt et magna cum contumelia verborum nostros ad pugnam evocant; nullo ab nostris dato -o ... dispersi ac dissipati discedunt (*item in bello*: LIV. 3, 60, 3 *hostibus* provocantibus ... ad proelium -um Romanus nemo reddebat). LIV. 39, 47, 4 nihil prius nec potius visum est *senatui,* quam regis ... de singulis -a accipere. VITR. 7 praef. 8 Ptolemaeus ..., cum animadvertisset *Homerum a poeta quodam* ... vituperari, indignans nullum ei dedit -um. 9 merenti digna constitit poena; non enim aliter videtur promereri qui citat (*sc. vituperando*) eos quorum -um, quid senserint scribentes, non potest coram indicari. PHAEDR. 4, 22, 6 quem *livorem malum* volo refelli iam nunc -o meo: '...'. CLAVD. DON. Aen. 2, 550 p. 224, 1 quale -um deberet iratus dare ex maledictis et iniuriis motus expressit; in ipsa enim responsione *eqs.* HIER. epist. 27, 1, 2 ita -um habeant *detractores,* non adeo hebetis fuisse me cordis *eqs. al.*

b *ad consultationes, interrogationes, petitiones, imperia sim.; -um dant*: **α** *quilibet*: Ⓙ *usu communi*: Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* LIV.): RHET. Her. 3, 14, 24 si qua inciderint in narrationem dicta, rogata, -a. CIC. Catil. 1, 19 ut domi meae te adservarem, rogasti; cum a me quoque id -um tulisses me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum ..., ad Q. Metellum praetorem venisti. Cato 13 qui, cum ex eo quaereretur, cur tam diu vellet esse in vita: 'nihil habeo', inquit, 'quod accusem senectutem'; praeclarum -um et docto homine dignum. Att. 3, 15, 4 me Pompei minus liberali -o perterritum. BELL. Afr. 91, 4 postquam sibi nihil omnino oppidanos -um (-i *var. l.*) reddere animadvertit, nulla re ab his impetrata ab Zama discedit *Iuba.* Hisp. 3, 7 mediis ... eorum praesidiis cum essent, unus ex nostris respondit, ut sileat verbum facere ...; illo

[Marchionni]

-o deterrebantur *vigiles* (-um, responsu *var. ll.*). VERG. Aen. 2, 376 'vos celsis nunc primum a navibus itis?' dixit *Androgeos* et extemplo – neque enim -a dabantur fida satis –, sensit medios delapsus in hostis. 6, 672 'quae regio Anchisen, quis habet locus ...?' atque huic -um paucis ita reddidit heros '...'. HOR. epod. 7, 14 furorne caecus an rapit vis acrior an culpa? -um date. LIV. 3, 12, 9 alii adversabantur preces *Cincinnati veniam orantis* ..., alii ... atroci -o iudicium suum praeferebant. SEN. benef. 7, 16, 1 si tamen quaeris, quid sentiam, et vis signare -um *eqs.* VAL. FL. 7, 87 (*70 sq.* tecumque retracta ... haec iussa) infando quae det -a tyranno, colligit *Iason.* MART. 9, 91, 4 ad cenam si me diversa vocaret in astra, hinc invitator Caesaris, inde Iovis ... -a ad superos haec referenda darem *eqs.* QVINT. inst. 1, 5, 36 nec non cum -um ab interrogante dissentit, ut si dicenti 'quem video?' ita occurras: 'ego'. PS. QVINT. decl. 19, 14 'quid dixit?' ... audi breve succinctumque -um, quid dixerit: *eqs.* VET. LAT. Luc. 20, 26 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) 'licet nobis dare tributum Caesari?' ... mirati in -o eius tacuerunt (*gr. ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει*). *al.* Ⓑ *respondent rei, testes, advocati sim.* (*accusatores l. 18. 36*): CIC. Q. Rosc. 43 quorsum recidat -um tuum, non magno opere laboro. Sull. 41 constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, -a perscriberent. de orat. 1, 233 (*232* cum interrogatus Socrates esset, respondit *eqs.*) cuius *Socratis* -o iudices sic exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. 2, 302 ex oratoris dicto aliquo aut -o ... sermo ille sequitur: 'occidit' – 'adversariumne?' – 'immo vero ... eum, quem defendit'. QVINT. inst. 5, 7, 20 interrogando *actor* experietur animum eius *testis* et ad id -um, quod eliciendum erit, per gradus ducet. 7, 1, 6 -um partis alterius. 9, 2, 15 cui diversum est, cum alium rogaveris, non expectare -um, sed statim subicere: '...'. SCAEV. dig. 11, 1, 22 respondit ab his, qui in iure non interrogassent, ex -o suo conveniri non posse. 26, 8, 21 Novellius curator dixit: 'abstineo pupillum', Priscus procurator Caesaris dixit: '-um habes'. VLP. dig. 11, 1, 11, 9 si a praetore fuerit interrogatus, nihil facit praetoris auctoritas, sed ipsius -um sive mendacium. MOD. dig. 22, 5, 7 servi -o tunc credendum est, cum alia probatio ad eruendam veritatem non est. OPTAT. 1, 27, 3 -is omnium *testium* nihil tale inventum est, quod vitam Felicis episcopi sordidare potuisset. SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 5 vincenter subicit -um Cassii illud unum respondentis *eqs.* SVLP. SEV. chron. 2, 1, 8 ex varietate -i *accusatorum* falsitas deprehensa, Susanna absoluta, presbyteri ... capite damnati (*respic. Dan. 13, 62 ut*: ALC. AVIT. carm. 6, 615 iudex ... consulit avulsos, ... discordans -um praebet uterque). SIDON. epist. 1, 7, 6 ut adversarium incautum ... professione -i praecipitis involverent. PAP. Tjäder 31, 3, 2 (*a. 540*) si ... quid -i dederit. *al.*

Ⓘⓘ *usu speciali de iis, qui de officio vel negotio suo interrogati rationem reddunt* (*accedit gen. l. 51; fort. huc p. 1552, 22*): VET. LAT. II Macc. 4, 23 (rec. L, *sim.* X, V, P) misit Iason Menelaum ... adportantem pecuniam regi et de negotiis necessariis -a perlaturum (*gr. χρηματισμούς*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 8, 4 sq. Christianis quidem -um faciunt *negotiatores Iudaeorum,* ea sane ratione, ut quod habis emere non tangas, antequam pretium des; quod si tetigeris et non conparaveris, mox scandalum; (5) nam foris vico una condoma habent posita, qui faciunt -um. COD. Iust. 12, 60, 6 pr. (*a. 485/6?*) sancimus, ut eum, cui ex iudicio *tuo,* ... exactio publicarum pecuniarum iniungatur, minime prius liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, antequam reversus iniunctae sibi causae -um praebuerit. 12, 60, 6, 1 antequam superioribus -um portaverit. GREG. M. epist. 9, 156 l. 37 huius ... causae ordinationem in sua cura ... *exarchus* suscipiat, quatenus suis -is agat, ut, quicquid ordinaverit, dubium non fiat (*nisi ad p. 1552, 14*).

β *auctoritate quadam praediti*: Ⓘ *respondent senatus, magistratus vel quilibet in re publica munere fungentes*: Ⓐ *in legatione* (*exempla selecta inde a* CAES.): CIC. Verr. II 1, 50 de qua expugnatione, *sc. fani antiquissimi,* cum legati ad C. Neronem ... venissent, -um tulerunt eius modi querimonias ... non ad praetorem sed Romam deferri oportere. Phil. 7, 2 ii, qui senatum dolent ad auctoritatis pristinae spem revirescere, ... fingunt -a Antoni, *sc. legatis data,* eaque defendunt. *al.* CAES. Gall. 1, 14, 7 ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint ...; hoc -o dato *Divicus, legationis Helvetiorum princeps,* discessit. civ. 1, 5, 5 exspectabat ... suis lenissimis postulatis -a, si qua ... res ad otium deduci posset. BELL. Afr. 5 postquam una nocte ... ad oppidum consumpta neque -um ullum a Considio dabatur (*sc. ad epistulam legati*). NEP. Hann. 7, 4 hoc -o ... cognito (*sc. legatis Carthaginiensibus ex senatus consulto dato*). VERG. Aen. 11, 227 maesti magna Diomedis ab urbe legati -a ferunt. 11, 240 atque hic legatos Aetola ex urbe remissos quae referant fari iubet et -a reposcit ordine cuncta suo. LIV. 1, 32, 3 repetentibus res Romanis superbe -um reddunt *Latini.* 23, 11, 1 legatus ... -um ... ex scripto recitavit (*cf.* 42, 25, 9 scriptum se -um dare velle). VELL. 1, 10, 2 *legatus* iussit ... prius -um reddere, quam egrederetur finito harenae circulo (*de eadem re* VAL. MAX. 6, 4, 3. *sim.* PLIN. nat. 34, 24 hic regem Antiochum daturum se -um dicentem virga ... circumscripsit priusque, quam egrederetur circulo illo, -um dare coegit). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CIC. Verr. II 4, 85 Sopater ... flens ad senatum rem defert ...; senatus Sopatro -um nullum dat. 5, 40 Valentinis ... tantis de rebus -um dedisti *ut praetor,* cum esses cum tunica pulla et pallio. Pis. 78 (*antea p. 1531, 71*) in quo illi omnes quidem, sed Torquatus praeter ceteros furebat contumacia -i tui. Planc. 34 (*de petitione quadam*) cum senatus impediretur, quominus ... -um equitibus Romanis redderetur. Att. 1, 18, 7 *publicanis* a senatu -um dari *non* patitur *Cato. al.* BELL. Afr. 86, 3 *Caesar* Vergilium ... invitavit ... ad deditionem ...; quem postquam animadvertit -um sibi non dare, ab oppido discessit. Alex. 52, 2 quidam ... cliens L. Racilii libellum, quasi aliquid ab eo postularet ... ei tradit, deinde ... quasi -um peteret, ... bis ferit *Cassium.* HOR. carm. saec. 55 iam Scythae -a petunt superbi nuper et Indi (PORPH. expectant praecepta Romanorum). LIV. 2, 45, 8 poscunt pugnam *milites* ...; *a consulibus* redditur -um immaturam rem agi. 7, 25, 5 concilia populorum Latinorum ... habita -umque haud ambiguum imperantibus ... Romanis datum absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent. *al.* VAL. MAX. 2, 2, 2 illud quoque ... custodiebant *magistratus prisci,* ne Graecis umquam nisi latine -a darent. 9, 5, 1 partim monenti, partim oranti senatui ut incepto desisteret, -um non dedit *consul.* 9, 5 ext. 3. SIL. 11, 121 torva trucis -a senatus. COD. Theod. 1, 15, 8 illustris censura tua (*sc. praefectus praetorio*) inconsultis quoque nobis potest dare -um. NOVELL. Valent. 19, 3 magister scrinii, qui interdicta supplicantibus -a praebuerit *eqs. al.* *iunctura* a -is *pro subst. indicat eum, cui cura scribendarum magistratus cuiusdam litterarum erat* (*cf. p. 1551, 42*): INSCR. Année Épigr. 1969/70 n. 478 (*a. 230/60*) a resp(onsis) of(ficii) co(n)s(ularis). PRISC. gramm. II 183, 11 et singularia cum pluralibus componuntur, ut ... magistermilitum, asecretis, acalculis, aresponsis, abactis; possunt tamen haec eadem etiam separata esse *eqs.* GLOSS. Vatic. Reg. 203, 32 a -is est legatus.

Ⓘⓘ *respondent iuris periti* (*cf.* GAIVS inst. 1, 7 -a prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. ISID. orig. 5, 14 -a sunt, quae iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus; unde et -a Pauli dicta. GLOSS. iurispr. *ἄδετ P* 2 *ῥεσπόνσα προυδεντίουμ· ἀπόκρισεις τῶν σοφῶν. αὔσηϑ P* 10 *ῥεσπόνσα· ἀπόκρισ⟨ε⟩ις*): CIC. Mur. 29 (*adloq. iuris peritos*) vestra -a atque decreta ... evertuntur saepe dicendo. de orat. 1, 239 cum Crassum seduxisset *quidam consulendi causa* atque ad eum rettulisset -umque ... abstulisset. 1, 250 si leges nobis aut si hominum peritorum -a cognoscenda sunt. 2, 100 in foro tabulae, testimonia, ... decreta, -a, vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est (*sim. in enumeratione*: 2, 116. QVINT. inst. 11, 2, 1 exemplorum, legum, -orum, dictorum ... velut quasdam copias, quibus abundare ... debet orator). VITR. 1, 1, 3 ut ... musicam scierit, medicinae non sit ignarus, -a iuris consultorum noverit *architectus* (SEN. epist. 94, 27 sic quomodo i. c. valent -a. *cf.* QVINT. inst. 12, 3, 7 consultorum). POMPON. dig. 1, 2, 2, 38 *Tiberii Coruncanii* scriptum nullum exstat, sed -a complura et memorabilia eius fuerunt. 1, 2, 2, 49 ante tempora Augusti publice respondendi ius non a principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque -a utique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. GAIVS inst. 1, 2 constant ... iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui ius edicendi habent, -is prudentium (1, 7 *l. 31.* COD. Theod. 1, 1, 5 p. tractatibus et -is. INST. Iust. 1, 2, 3 scriptum ius est: lex, plebi scita, senatus consulta, principum placita, magistratuum edicta, -a p. THEOPHIL. inst. Iust. 1, 2, 9 [*cod. F*] *ῥεσπόνσον* p. [-a *var. l.*]. *al., e. g. l. 34*). PAPIN. dig. 3, 2, 20 Papinianus libro primo -orum (VLP. dig. 27, 6, 12 PAVL. dig. 3, 2, 21. THEOPHIL. inst. Iust. 1, 25, 2 *ἐν τῷ ... βιβλίῳ τῶν ῥεσπόνσων. al.; cf. e. g.* DIG. tit. libr. 2, 2 -on *βιβλία*). PAVL. dig. 38, 2, 47, 3 -um ... Iuliani tantum ad hereditatem legitimam ... pertinere. COD. Iust. 5, 4, 6 (*a. 239*) -um viri prudentissimi Pauli declarat (*cf.* 3, 28, 35, 1 secundum Papiniani -um). Theod. 5, 7, 2, 2 veterum -is (CONST. Sirmond. 15. *cf.* 16 v. -is prudentium). INST. Iust. 1, 2, 8 ut iudici recedere a -oeorum *iuris consultorum* non liceat. *al.*

Ⓘⓘⓘ *respondet imperator, princeps sim.* (*Caesar l. 67, rex l. 69. 73, tyrannus l. 74; vergit ad vim coercendi, iubendi*): CIC. Att. 16, 16, 15 *nos* qui et decretis et -is Caesaris interfueramus (*sim. ibid.*). VERG. ecl. 1, 44 hoc (hic *codd.*) mihi -um primus dedit ille petenti: 'pascite ut ante boves, pueri'. LIV. 1, 54, 7 interrogando exspectandoque -um *Tarquinii* nuntius fessus ... redit Gabios (*de eadem re*: FRONTIN. strat. 1, 1, 4 nuntius sine -o reversus renuntiavit adulescenti Tarquinio, quid agentem patrem vidisset). SEN. clem. 1, 1, 2 (*loq. Nero*) ex nostro -o laetitiae causas populi ... concipiunt. CVRT. 5, 3, 11 oratoribus missis ad deprecandum triste -um a rege redditur non esse veniae locum. VAL. FL. 5, 547 -a tyranni. TAC. ann. 3, 71, 2 dilatum nuper -um adversus ... flaminem Dialem prompsit

[Marchionni]

(promisit *trad.*) Caesar recitavitque decretum pontificum, quotiens *eqs.* 4, 53, 2 Agrippina … preces orditur …, sed Caesar … sine -o quamquam instantem reliquit. *al.* SVET. Vesp. 8, 3 sine -o. Dom. 13, 1 nullo -o dignatus. PANEG. 4, 34, 4 faciles aditus …, aures patientissimas …, benigna -a. 5, 9, 3 *non* parvi negoti est imperatorem … pro se peculiariter rogare …, exspectare -um. CLAVD. 17, 35 terris edicta daturus, supplicibus -a venis. COD. Theod. 4, 14, 1, 1 nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam … meruisse -um. 4, 22, 5 pr. imperiale -um, quod supplicatio litigatoris obtinuit (12, 12, 16 civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum liquido tua sublimitas recognoscit ad i. officium pertinuisse -i). 7, 1, 17, 1 ut … -um caeleste mereatur (Iust. 12, 57, 13, 1 [*a. 442?*]). 11, 16, 14 eos, qui … peragendis signandisque -is nostrae mansuetudini obsecundant. NOVELL. Theod. 4, 1 nec sacra nostri numinis iussione nec divino -o ad preces adeuntis elicito **(**COD. Iust. 1, 23, 7, 1 [*a. 477*] magistri scriniorum, qui … d. -um dictaverint, et iudices, qui susceperint *eqs.***)**. Valent. 13, 6 desideriis vero, quae probabiliter insinuata sunt auribus nostris, singillatim -a praestamus. *al.* *iunctura* ad -um *pro subst. indicat procuratorem sim., qui -a imperatoris fert* (*cf. l. 12; fort. huc* GLOSS. iurispr. *ἄκτωρ A* 11 *ἀδρε⟨σ⟩πόνσ[ι]ον· εἰς ἀπόκρισίν τινα*): COD. Iust. 12, 23, 7, 11 (*a. 384*) scrinii auri ad -um: perfectissimus ordinis primi numero unus (*cf.* NOT. dign. or. 13, 27 primicerium scrinii auri ad -um. *sim.* occ. 11, 93). 12, 35, 18, 1 (*a. 492*) ad -um, qui de officio tuae sublimitatis huc usque ad praedictam magisteriam per orientem potestatem moris erat destinari. 12, 35, 18, 2[a] (*a. 492*) ad commodum ad -um et eius adiutorum. *al. in eadem constitutione.* NOVELL. Iust. 24, 4 habebit … super militibus et adresponsum (*item scribitur vox una*: 25, 1 habeat … et a. ad militarem disciplinam. *aliter* 26, 2, 1. 28, 3; *gr. ubique litt. lat.* ad -um).

Ⓘⓥ *respondet episcopus, presbyter sim.*: AMBR. c. Aux. 5 (*loq. episcopus*) cum esset propositum, ut ecclesiae vasa iam traderemus, hoc -i (-um *var. l.*) reddidi, me, si de meis aliquid posceretur …, id quod mei iuris esset, libenter offerre. CONC.[S] I 2 p. 78, 16 nos hominibus a nobis depositis et excommunicatis -um nullum facimus (*gr. I 1, 3 p. 19, 17 ἀπόκρισιν*). II 3, 2 vers. Tur. p. 21, 4 (*antea*: unde … *episcopi* commoneant … Dioscorum occurrere ad sanctum hoc concilium) dignentur … episcopi docere hanc sanctam synodum quale (qualem *var. l.*) acceperunt -um a … Dioscoro episcopo (*gr. II 1, 2 p. 10, 31 ἀπόκρισιν*). VITA Hil. Arel. 9 l. 7 cumque ad tantum virum crebra sublimium virorum agmina … adventarent, coeperunt de successore beati Honorati flagitare -um. GREG. M. epist. 10, 10 l. 3 in quibus *epistulis* dicitis, quod quaedam religiosa loca -um iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnant. *iunctura* a -o *pro subst. indicat apocrisiarium* (*cf. p. 1550, 24*): CONC.[S] II 2, 1 p. 11, 12 Constantius diaconus a -o ipsius Eutychetis *presbyteri* (*gr. II 1, 1 p. 135, 9 ἀποκρισιάριος*).

c *ad varia vel in contextu minus definito*: ACC. carm. frg. 10, 2 (*fort. de stichomythia*) ut, dum velint brevitatem consequi verborum, aliter ac sit relatum, redhosti⟨ant⟩ -um (redhostire sponsum *codd.*). CIC. Vatin. 8 scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, gravis vultus, superba -a. de orat. 2, 298 Crassi quidem -um excellentis cuiusdam est ingenii ac singularis. Att. 7, 17, 2 scire iam te oportet, L. Caesar quae -a referat a Pompeio, quas ab eodem ad Caesarem ferat litteras. *al.* PROP. 1, 20, 49 tum sonitum rapto corpore fecit Hylas, cui procul Alcides iterat -a (*sc. vocando*). LIV. 3, 50, 12 decemviri … ad sedandos motus discurrunt; et leniter agentibus -um non redditur; imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse respondetur. SEN. dial. 5, 24, 2 quid est, quare ego servi mei clarius -um et contumaciorem vultum … flagellis et compedibus expiem? epist. 52, 12 inpudicum *hominem* et incessus ostendit et manus mota et unum interdum -um. SIL. 8, 94 *Dido* ab imagine *Aeneae* pendet conqueriturque tibi et sperat -a remitti. TAC. hist. 4, 72, 3 neque solantibus hortantibusve -a dabant *milites.* ann. 15, 60, 4 an dicta Natalis suaque -a nosceret percunctari Senecam iubetur *tribunus praetoriae cohortis.* TERT. adv. Prax. 17, 4 hic mihi promptum (promotum *trad.*) sit -um adversus id quod *eqs.* (*sim. respondent Christiani ad haereticos*: CYPR. epist. 44, 3, 2 quibus semel -um dedimus, nec mandare desistimus, ut *eqs. al.*). VET. LAT. sap. 1, 11 a detractione parcite linguae, quoniam -um obscurum in vacuum non ibit (*gr. φθέγμα*). Sirach 5, 13 esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intellegas et cum sapientia feras -um verum (*gr. ἀπόκρισιν*). SCHEM. dian. l. 81 percontatio est, quae alterius personae -um non admittit (*sim.* CASSIOD. in psalm. 49, 16 l. 341). RVFIN. Basil. hom. 1, 1 l. 32 complurimi … apostolica praecepta *non* facile possunt … retinere, psalmorum vero -a et intra domos, interdum etiam in publico canunt (*cf.* BENED. reg. 18, 18 digesto … ordine psalmorum vespertinorum reliqua, id est lectione, -um, hymnum, versum vel canticum … impleatur.*de re v. p. 1536, 47 sqq. 1554, 1 sqq.*). EPIST. pontif. 375 Conc.[S] I 2 p. 17, 20 cum oportuerit nos … nullum ad eius inprudentiam praebere -um *eqs. al.* *de damnatione capitis*: VET. LAT. II Cor. 1, 9 (cod. 75. *al. et* VVLG.) ipsi in nobis ipsis -um mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis sed in domino, qui suscitat mortuos (*gr. ἀπόκριμα τοῦ θανάτου*).

2 *usu speciali*: **a** *c. acumine quodam -um dicitur actio sim.* (*fere ad verba, interrogationes, sed ad necessitates l. 14*): VERG. Aen. 9, 635 (*Ascanius hoste icto clamat*) i, verbis virtutem inlude superbis; bis capti Phryges haec Rutulis -a remittunt. PLIN. nat. 19, 169 *Tarquinius Superbus* legatis a filio missis decutiendo papavera … altissima sanguinarium illud -um hac facti ambage reddidit. SIL. 11, 109 (*Marcellus ad legationem Capuensium*) muros ante tuos, ut par est, debita ductor armatus -a dabit. PS. QVINT. decl. 5, 19 assidebam misera …; interroganti -um de lacrimis tantum gemituque reddebat *aeger* (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 293 ast illae … aut reticent aut nosse negant -aque matri dant lacrimas). NOVELL. Valent. 32, 7 (*curialis suffectum praestet*) locum absentis quae persona susceperit, quae possit publicis necessitatibus sufficiens dare -um. **b** *-um dat, qui mandatum, officium impositum peragit* (*fort. huc p. 1549, 54*): DIONYS. EXIG. Avell. 102, 1 Dioscorus praesbyter et Chaeremon lector -is … ecclesiae servientes (GREG. M. dial. 3, 32, 3 pro explendis -is e. ad principem ipse transmissus sum. epist. 3, 52 l. 67 Sabinianum diaconem pro -is e. faciendis ad dominorum vestigia transmisi. *al. apud eundem*). BENED. reg. 51, 1 frater, qui pro quovis -o dirigitur et ea die speratur reverti ad monasterium *eqs.* GREG. TVR. Franc. 3, 34 cum … hi negotium exercentes -um in civitate nostra, sicut reliquae habent, praestiterint, pecuniam tuam cum usuris legitimis reddimus (*nisi ad p. 1549, 41*). GREG. M. dial. 2, 12, 1 mos … cellae fuit, ut quotiens ad -um aliquod egrederentur fratres, cibum potumque extra cellam minime sumerent; … quadam die ad -um fratres egressi sunt, in quo tardiori conpulsi sunt hora demorari. epist. 3, 29 l. 8 cum in urbe regia -a sedis apostolicae facerem, longo mihi tempore adhaesit *frater quidam* (moral. epist. 1 l. 2 cum me illic s. a. -a constringerent). 3, 54 l. 59 qui pro diversis -is Ravennam a nostris decessoribus sunt transmissi. *al. apud eundem.*

*?***II** *i. q. repositorium* (*cf. Du Cange, s. v. 3* -um): VITAE patr. 5, 10, 18 et dedit ei aurum et nummos et rescellas et omne, quod in ⟨-o⟩ suo habebat (*gr. 10, 23 πᾶσαν τὴν χρείαν αὐτοῦ.* ⟨⟩ *de* expensu *vel* reposito *cogitaverunt edd., v. Migne 73, 989 adn. 35*).

appendix syntactica et stilistica (*exempla potiora*): **1** *struct. variae*: **a** *quis respondeat, indicatur per gen. subi. p. 1547, 16. 1549, 16. 1551, 48. 67 et passim, pron. poss. e. g. p. 1549, 54. 1550, 7. 72. 1551, 59.* **b** *quid tractetur, indicatur per praepos.* de *p. 1547, 22. 1548, 54. 1551, 38.*

2 *epitheta*: caeleste: *p. 1548, 20. 1551, 11.* divinum: *p. 1548, 8. 40. 1551, 13 sq. al.* imperiale: *p. 1551, 8 sq.* superbum (*cf. p. 1549, 72*): CIC. Vatin. 8 *p. 1551, 47.* LIV. 4, 58, 6 IVST. 37, 4, 5 IVVENC. 3, 691. triste: LIV. 6, 17, 7. *al.* CVRT. 5, 3, 11.

3 *iuncturae verbales*: accipere (*c. acc. c. inf. p. 1548, 15 sqq.*): BELL. Hisp. 22, 3 LIV. 26, 27, 15. *al.* QVINT. decl. 326, 8. *al.* dare (*c. enunt. c.* si HYG. astr. 2, 4 p. 37, 5, ut *p. 1547, 37. 1548, 41; c. coni. nudo p. 1550, 17*): CIC. Verr. II 4, 85. *al.* LVCR. 1, 737 *p. 1547, 25.* CAES. Gall. 1, 14, 7 *p. 1549, 64.* 5, 58, 3 *p. 1548, 51.* BELL. Afr. 5 *p. 1549, 67.* 86, 3 *p. 1550, 11.* Alex. 35, 3. 71, 1. VERG. ecl. 1, 44 *p. 1550, 68. et saepe* (*cf.* dare in -is *p. 1548, 33*). edere: *v. vol. V 2, 91, 44 sq.* exspectare: CIC. Att. 7, 18, 3. CAES. civ. 1, 5, 5 *p. 1549, 65* (*c. enunt. c.* si). LIV. 1, 54, 7 *p. 1550, 69. al.* QVINT. inst. 9, 2, 15 *p. 1549, 26. al.* facere: VET. LAT. II Macc. 2, 4 *p. 1548, 8.* ITIN. Anton. Plac. *p. 1549, 45.* CONC.[S] *p. 1551, 32. al.* ferre: CIC. Verr. II 1, 50 *p. 1549, 59* (*c. acc. c. inf., ut* Catil. 1, 19 *p. 1548, 68*). CAES. Gall. 6, 4, 5. VERG. Aen. 9, 369. *al.* LIV. 37, 6, 5. 43, 20, 2 CVRT. 10, 8, 15. habere: TER. Phorm. 16 *p. 1548, 48.* SCAEV. dig. 26, 8, 21 *p. 1549, 29.* VET. LAT. II Cor. 1, 9 *l. 1.* HIER. epist. 27, 1, 2 *p. 1548, 62. al.* iterare: PROP. 1, 20, 49 *p. 1551, 51.* CLAVD. MAM. anim. 2, 10 *p. 1548, 43.* merere: COD. Theod. 4, 14, 1, 1 *p. 1551, 8.* 7, 1, 17, 1 *p. 1551, 11. al.* petere: BELL. Alex. 52, 2 *p. 1550, 13.* VERG. Aen. 7, 86 *p. 1547, 72.* 7, 92. HOR. carm. saec. 55 *p. 1550, 14.* OV. met. 3, 340. CVRT. 4, 7, 24 *p. 1547, 36. al.* poscere: *v. vol. X 2, 76, 19 sq.* (*cf.* reposcere VERG. Aen. 11, 240 *p. 1549, 71*). reddere: *v. p. 492, 61 sqq.* referre, *sc. -um dare v. p. 614, 71 sqq., alicuius -um alicui ferre v. p. 604, 64 sqq.* (*ubi addas* CIC. Att. 7, 17, 2 *p. 1551, 49*).

deriv.: responsalis, responsarius, responsio, responsito, responsivus, responso, responsor, responsorius, responsus (-ūs).

*compos.: ?*derespondeo (*v. p. 1529, 14*).

respondo *v.* respondeo. *Marchionni.*

respōnsālis, -is *m.* (*adi. p. 1553, 13?*). *a* respondere (responsum, *v. p. 1551, 17 sqq.*), *cf. gr. ἀποκρισιάριος.*

i. qui ad responsa pertinet, sc. appellatio legati sim., qui ex auctoritate destinantis responsum fert variaque eius negotia agit, i. q. apocrisiarius (*v. gr. p. 1553, 4; ad rem cf. Pargoire, Dict. d'archéol. chrét. I 2, 2537 sqq.*):

1 *de -bus episcoporum*: **a** *ecclesiarum variarum*: NOVELL. Iust.

[Bk.]

37, 1 litteris ... per Theodorum ... diaconum et -em ... ecclesiae *cuiusdam* ... destinatis *ad imperatorem.* 79, 1 sive oportet per abbates sive per -es ... hoc fieri (*sc. ut causa diiudicetur monachorum vel sanctimonialium; gr. διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων*). CONC.^{S} IV 1 p. 199, 35 quae *gesta* ... -es Sergii *episcopi Cyri* ... adduxerunt. IVSTINVS novell. ed. Kaiser l. 17 (*Spesindeo archiepiscopo*) ad nostram pietatem tuos -es dirigere (*in eadem re* EDICT. praef. praet. Afr. l. 19). EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 127, 16. 131, 17 ea, quae sine scripto ⟨a⟩ -bus vestris audivimus. 131, 22. GREG. M. epist. 2, 44 l. 107 cum -es vestri (*i. episcopi Salonitani*) advenerint. 5, 3 l. 2 (*episcopo Carthaginiensi*) Prosper, praesentium lator, -is vester. 9, 203 l. 5 (*episcopis Sardiniae*) vobis euntibus aut directis -bus vestris ad metropolitam vestrum. *et saepe apud eundem.* **b** *ecclesiae Romanae: iuxta* diaconus (diacon; *de adi. cogitare possis maxime l. 16 [sed cf. l. 1]; vix addas l. 19*): EPIST. pontif. 916 Facund. c. Moc. 43 d. Stephanus tunc -is nostrae ... ecclesiae. CONC.^{S} IV 1 p. 185, 21 (*episcopi quidam Vigilio papae*) habes ... d. -es, per quos licet tibi eam *chartam* destinare *ad imperatorem.* GREG. M. epist. 5, 37 l. 97 Sabiniano d. ac -i meo (*de eodem*: 5, 39 l. 5 S. d. -i meo scribente). 7, 31 l. 99 -i meo d. veniente. *cetera exempla*: FACVND. defens. 4, 3, 4 Stephanum ⌊solum⌋ (diaconum *Sirmond*), quem Romanae ecclesiae ... habuit -em, approbavit *Vigilius papa.* GREG. M. epist. 3, 7 l. 88 per eos qui nostri sunt vel fuerint in urbe regia -es. 4, 20 l. 18 dum dominicis vel -is nostri cognoverimus apicibus, quod *eqs.* 5, 39 l. 90 in ordinatione sua me vel -em meum praetermittere praesumpsit *Maximus episcopus.* 6, 34 l. 8 *Ravennae quidam* contra Castorium notarium ac -em nostrum ... contestationem posuit. 9, 44 l. 2 licet multa de vobis ad nos olim referentibus -bus nostris ... pervenerint. *et saepe apud eundem.*

2 *de -bus aliorum*: GREG. M. epist. 1, 42 l. 2 (*Petro subdiacono, rectori patrimonii Siciliensis*) -em tuum tarde dimisimus. 9, 153 l. 19 (*habitatoribus insulae Capreae*) latorum praesentium -ium vestrorum salubria postulantium ... adventus.

respōnsārius, -ī *m.* *a* respondere. *i. q. responsalis, qui ministrat: praeposito monasterii* (*gr. resp. ἀποκρισιάριος*): NOVELL. Iust. 123, 42 pr. si quod necessarium responsum habuerint *monachi vel monachae,* per proprios -os hoc agant in suis manentes monasteriis. 133, 4 *monasteriorum exarchus mittat* eos, qui appellantur -i eius, per monasteria *inspicienda.* 133, 5 pr. oportet ... unumquodque monasterium sub abbate constitutum ... habere eos, qui vocantur -i, viros senes ..., qui ... eorum, *sc. monachorum,* occupentur utilitatibus (*postea*: apocrisiarios). *episcopo ecclesiae Romanae* (*cf. p. 1557, 60*): LIBERAT. 23 Conc.^{S} II 5 p. 138, 28 *Paulus abbas* ordinatus ... est *episcopus* ... praesente ⌊eodem⌋ Pelagio -o Vigilii *papae* (⌊ ⌋ *26* apocrisario Romano).

[respōnsātīvus *non nisi in falsa var. lect. p. 1556, 8.***]**

respōnsātor, -ōris *m.* *a* responsare. *i. qui responsat* (*sc. animo contumaci, cf. p. 1556, 32*): VET. LAT. Tit. 2, 9 (Ambrosiast. *ad l.*) servos dominis suis subditos esse in omnibus optimos, non -es (*gr. μὴ ἀντιλέγοντας, cod. 75. al. et Vulg.* non contradicentes). *Bk.*

▩ **respōnsio,** -ōnis *f.* *a* respondere. GLOSS. -o: *ἀπόκρισις. φάσις. ἀνθορισμός. ἀνθομολογία.* *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVT. *et in* CARM. de fig., *in orat. soluta inde a* CIC., QVINT., GELL. [*confunditur in codd. imprimis c.* responsum *p. 1554, 47 et* HIER. epist. 21, 2, 1 (*in falsa var. l.* IVL. VAL. 1, 22 l. 797 AVG. conf. 5, 9, 17); *in falsa var. l. pro* responsus *v. p. 1557, 65,* sponsio CIC. de orat. 2, 256.]

I *i. q. actio respondendi vel res responsa* **(***notio spondendi viget maxime sub A2bβ; gr. resp. plerumque ἀπόκρισις, quod infra fere omisimus, ceterum e. g. ἀπολογία l. 67. p. 1555, 19; variat in contextu vel versione e. g.* contradictio *p. 1555, 18. 20. 43,* responsum *p. 1554, 36. 40. 42; opp. maxime* interrogatio *p. 1554, 14. 55. 1555, 31. et saepe***)**: **A** *usu sollemni* (*respondetur fere per dicta, sed per scripta e. g. l. 71. p. 1554, 10, facta p. 1554, 12*): **1** *generatim*: **a** *respondent homines* (*res per prosopop. p. 1554, 8* [*cf. p. 1554, 48*]): **α** *quilibet*: Ⓘ *vario contextu*: PLAVT. Most. 591 (*loq. fenerator*) reddite argentum: abiero; -es omnis hoc verbo eripis (*antea*: quid de argentost? ... quin tu istas mittis tricas? ... reddeturne ... faenus? *eqs.*). GELL. 11, 14 tit. sobria et pulcherrima Romuli regis -o circa vini usum (*seclusit Holford-Strevens, Gelliana, 2020, 7*). MIN. FEL. 13, 1 *Socratis,* quotiens de caelestibus rogabatur, nota -o est: '...'. VET. LAT. I Petr. 3, 15 (cod. 65, *sim. al.*) Christum sanctificate ... parati semper ad -em omni poscenti vos rationem de fide (*gr. ἀπολογίαν, Priscill. tract. 1, 1. al.* confessionem, *Vulg.* satisfactionem). IREN. 3, 5, 1 l. 24 dicunt ... sophistae, quoniam apostoli ... fecerunt ... -es secundum interrogantium suspiciones. IVL. VAL. 1, 16 l. 682 *Alexander* exigit *Darii satrapas* ... proficisci ⌊ne litterarum quidem regem -e dignatus⌋ (*gr. μηδὲ γραμμάτων ἀξιώσας τὸν ... βασιλέα*). ARNOB. nat. 2, 24 quid in Menone, o Plato, ... ex eius *puerculi* niteris -bus comprobare *eqs.*? PS. AVR. VICT. epit. 2, 5 *Tiberius* repentinis -bus aut consiliis melior quam meditatis. HIL. in psalm. 65, 4 consistens quis extra ecclesiam ... inter divinorum ... sacramentorum officia -em devotae confessionis accipiat **(***item respic. psalmodia* [*cf. p. 1557, 9 sqq.*]: RVFIN. Basil. hom. 8, 1 l. 16 quod nuper in psalmi -e cecinimus. CASSIAN. inst. 2, 11, 3 in -e alleluiae. *al.***)**. SERV. Aen. 6, 818 *Tarquinius, cui aliquid renuntiatum erat,* detrectans ... -em capita decussit papaverum (*cf. p. 1552, 8*). HIER. epist. 36, 1, 3 brevem -em ad ea desiderans *Damasus papa,* quae singula magnorum voluminum indigent. VVLG. Iob 21, 34 cum -o vestra repugnare ostensa sit veritati. AVG. conf. 10, 6, 9 (*antea*: interrogavi caelum, solem *eqs.*) de -bus caeli et terrae et omnium, quae in eis sunt, dicentium: '...'. epist. 11, 1 consideravi omnes epistulas tuas, ut viderem, quarum -um debitor sim. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 68 alloquentibus nobis eius *catalepsi laborantis* tarda -o. GREG. M. past. 3, 26 l. 69 R. cum largientem deum humana mens boni operis -e non sequitur. *et saepe.* *in tit. librorum*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 2 interrogationum ac -um libros ... iamdudum ... destinavi (*de eodem opere*: chron. 1, 1, 43 quod ... tertio -um l. ... docuimus. *al.*). Ⓘⓘ *in controversia, disputatione*: CIC. fin. 3, 14 *tibi* aliquid ... ex mea brevi -e arripere cupienti non respondebo ad singula. MIN. FEL. 15, 2 cum ... liceat -em Ianuari *Octavi* nostri ... audire. TERT. nat. 2, 9, 11 nos -em opponamus necesse est, neminem ex his *deis quibusdam* ... tanti fuisse. pudic. 3, 1 decidam intercedentem ex diverso -em ad eam paenitentiae speciem, quam *eqs.* ARNOB. nat. 4, 31 interrogare ... vos libet et ad sermonis exigui -em vocare, utrumne *eqs.* AMBR. fid. 4, 9, 100 si *Arriani* acceperint huiusmodi -em, quia, quod finem habet, coepit aliquando *eqs.* HIER. in Matth. 15, 3 *Pharisaeorum* falsam calumniam vera -e confutat *Iesus.* RVFIN. Adamant. 3, 5 ex quibus *manifestioribus* -o eius in angustiora coartetur (*gr. aliter*). *al.* *in tit. librorum eorumve partium*: PS. ALEX. c. Dind. coll. 2 tit. prima -o Dindimi ... contra Alexandrum. FVLG. RVSP. c. Arian. tit. dicta regis Trasamundi et contra ea -um liber. *al.*

β *haruspices, astrologi, prophetae sim.*: CIC. div. 1, 24 haruspicum -o omnisque opinabilis divinatio. IVL. VAL. 1, 33 l. 1127 Alexander ... eius *Nectabani* ... se filium profitetur, ut congrueretur de -e, *sc. oraculi,* cum spe Alexandrum demirantium (*gr. aliter*). FIRM. math. 1, 3, 1 nobis fidem suam astrologia ⌊-um apotelesmatumque⌋ ... manifestissimis auctoritatibus comprobavit (⌊ ⌋ *item* 1, 3, 3). 1, 3, 6 si ... erraticis -bus is, qui mathesin se scire profitebatur, non potuit implere, quae dixerat (*postea*: responsa ... mendacia). HIL. in psalm. 118 vau (= 6) 3 quid ... adversus hanc prophetae -em exprobrare inreligiosa mens poterit? *al.*

b *respondent deus, Christus* (*daemones l. 49; cf. p. 1555, 44*): VET. LAT. Luc. 2, 47 (cod. 75, *sim. al.*) expavescebant ... omnes, qui audiebant eum *Iesum puerum,* in intellecto et -bus eius (*cod. 3. al. et Vulg.* responsis). 20, 26 (cod. 5. *al.*) *insidiatores* mirantes in -e eius *Iesu* tacuerunt (*cod. 3. al. et Vulg.* responso). TERT. adv. Prax. 20, 1 *haeretici* in euangelio -em domini ad Philippum tuentur: '...' (*Ioh. 10, 30*). IREN. 3, 14, 3 l. 112 *per solum Lucam (sc. 17, 5 sq.) cognovimus* eam, quam ad discentes suos dixit *dominus,* -em. FIRM. err. 14, 2 *Christus* hac eum *diabolum* -e quassavit (*spectat e. g. ad Matth. 4, 4*). HIER. quaest. hebr. in gen. p. 29, 8 (*respic. gen. 18, 30*) videbatur *Abraham* interrogans dominum artare -e (responso *cod. unus*). AVG. in euang. Ioh. 33, 5 o -o sapientiae! (*spectat ad Ioh. 8, 7 ut*: serm. 16A, 4). OROS. apol. 28, 12 (*respic. Matth. 8, 29*) daemonum ... -o ..., qui propria damnati conscientia vociferantur ad dominum. *al.*

2 *speciatim*: **a** *in arte rhet., gramm., dialectica*: **α** *exempla varia*: CIC. inv. 1, 54 si tacebitur, elicienda -o est. de orat. 2, 230 humanitatis est -o. GELL. 12, 12, 1 haec ... disciplina rhetorica est, callide ... res criminosas ... confiteri, ut, si obiectum sit turpe aliquid, ... -e iocolari eludas. 16, 2, 3 indefinitus ... sermo fiet, nisi interrogationibus -busque simplicibus fuerit determinatus. *al.* PS. SCAVR. gramm. 13 l. 17 *quaedam adverbia* significant ... -em, ut 'heu' (*de eadem re*: CHAR. gramm. p. 233, 14 [*e Comin.*]. *al.*). SERV. ecl. 3, 28 *in carmine amoebaeo* ita se habet ipsa -o, ut, *qui canunt,* aut maius aut contrarium aliquid dicant. PRISC. rhet. 2, 8 p. 553, 4 sententia indicative profertur, usus vero saepe etiam per interrogationem et per -em. BOETH. elench. soph. 176a4 ad duas interrogationes unam -em ... sumere. *al.* **β** *in figuris quibusdam* (*respicitur fere subiectio, percontatio; cf. Lausberg, Handb. der lit. Rhetorik § 771 sqq.*): CIC. de orat. 3, 207 (*inter figuras sententiarum*) sibi ipsi -o (*inde* QVINT. inst. 9, 3, 90). GELL. 6, 3, 48 *Rodiensibus obiectum* crimen ... mirifica et prope divina -is figura elusit et eluit *Cato.* PORPH. Hor. epist. 1, 16, 41 ('vir bonus est quis? qui consulta patrum ... servat') -o est. DON. Ter. Ad. 730 huiuscemodi interrogatio (*i. rhetorica q. d.*) secundum figuram suam non habet -em. CARM. de fig. 31 (*tit. ἀπόκρισις*) fit -o ad haec, quae contra fingimu⟨s⟩ dici. SERV. Aen. 2, 646 quasi obiectio 'sed spoliatum linquet cadaver' et -o 'facilis iactura sepulcri'. CASSIOD. in psalm. 4, 7 l. 192 haec figura dicitur graece peusis, latine autem percunctatio, ubi et interrogatio fit et -o parata subsequitur. *al.*

b *in iure vel usu inde derivando* (*sc. p. 1555, 36 sqq.*): **α** *vario respectu*: Ⓘ *respondet testis, reus* (*patronus p. 1555, 2. 5*): CIC.

2 *aliquid facere vel fieri*: **a** *inf. nudus*: Arnob. nat. 2, 7 p. 73, 10 quid sit, quod … oleum -at immersionem *liquoris* in se pati. 2, 65 p. 142, 8 cur -is adsumere voluntate id, quod *vi* versus desideras atque immutatus efficere? Veg. mulom. 3 praef. 5 quae *iumenta* divinitas fovere -it. Avg. epist. 140, 66 *superbi* similia *atque Christus* perpeti -unt. Comm. instr. 1, 34, 1 cervia (*i. cervix*) -it iugum ferre labori. Orient. comm. 2, 52 venas perfundere vino -e. Cassiod. hist. 5, 41, 1 damnationem non ferens quiescere -bat (*gr. Socrat. 2, 45 οὐδαμῶς ἠνείχετο*). Mvtian. Chrysost. hom. 2, 4 p. 247$^{extr.}$ *Christus* non -uit formam servi suscipere (*gr. παρῃτήσατο*). *al.* **b** *acc. c. inf. pass.* (*cf. p. 1558, 63*): Hil. syn. 60 -it … innascibilem filium praedicari fides sancta. Paneg. 2, 24, 2 cum revolvi illud lustrale iustitium aures tuae -ant (*cf. p. 1559, 61*). Avg. mus. 4, 13, 16 quam *syllabam longam* creticus post se non -it collocari (*cf. p. 1561, 7*).

B *enunt. secund.* (*c. pron. praepar. l. 30*): Ivvenc. 2, 683 (*respic. Ioh. 5, 43*) quod summi genitoris nomine veni, -itur vobis (**[***dat. auct.*]. Avg. serm. 165, 6 hoc … -it catholica fides, q. animae in caelis prius vivant *eqs.***)**. Hil. syn. 81 de homousio … tractantes … idcirco -endum pronuntiastis, quia *hoc verbo* … substantia prior intelligeretur, quam *eqs.* Avg. in psalm. 118, serm. 25, 3 (*ad I Cor. 3, 12 sqq.*) qui … non … -it, ne recipiat, nec receptum deserit fundamentum. Comm. instr. 2, 34, 4 -is … forte, ⌞quoniam memorent⌟ *pauperes* ista *dona* pro vobis (⌞ ⌟ *Salvatore,* quō memorente *cod., alii aliter*). Boeth. cons. 2, 6, 13 natura -it, ut contraria quaeque iungantur.

III *pendet gen., sc. ex part. praes. ut adi. posito* (*ut vid.*): Gell. 7, 15, 2 communium … vocum -ens nimis et fastidiens (*cf. p. 1560, 29*).

cf. Onom. (Resputa). *Meusel.*

ressa *v.* resa. **ressor** *v. p. 1574, 33.*

resscrībo *v.* rescribo. **resstituo** *v.* restituo.

restāgnātio, -ōnis *f.* *a* restagnare. *i. q. actio restagnandi vel id, quod restagnando factum est; respiciuntur: aquae*: Plin. nat. 2, 168 sive ea *palus Maeotica* illius oceani sinus est …, sive angusto discreti *oceani* situ -o. 6, 146 ubi -o Euphratis cum Tigri confluat. Pavl. dig. 39, 3, 2, 1 (*e Labeone*) *fossa non purgata* fiebat, ut ex -e … aqua fundo nostro noceret (*sim.* 39, 3, 2, 6 [*ex Aufidio Namusa*]). *cibi potusque digerendi*: Plin. nat. 11, 176 *epiglossis gulam* operit, … ne -o intempestiva alvi obstrepat. *Bk.*

restāgno, -ātum, -āre. *a* re- *et* stagnare. Not. Tir. 113, 78 -at. *formae stirpis praes. tantum praeter part. perf. p. 1565, 5.* Synon. Cic. p. 442, 2 -at. redundat. refluit *eqs.* Gloss. -at: redundat, abundat. [*it.* ristagnare, *hisp.* restañar *'desinendo fluere in morem stagni redundare' (v. sub 2aα). cf. M.-L. 7247a. Battisti-Alessio V 3245. Cortelazzo-Zolli*^{2} *1396. Corominas-Pascual IV 887. Schd.-Cr.*]

fere i. q. stagnare (*praeverbio fort. indicatur aquam remanere, non defluere; accedit abl. l. 61. p. 1565, 2, adv.* late *l. 60. 65*): **1** *-ant loca, quae aquis stagnantibus teguntur* (*fort. huc l. 71*): Caes. civ. 2, 24, 4 *ibi* est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus -at. Sil. 4, 750 invia limosa -ant arva ⌞palude⌟ (*ἀπὸ κοινοῦ positum vid.*).

2 *-ant ea, quae inundatione stagna sim. efficiunt, fiunt*: **a** *usu communi, sc. -ant liquida ipsa*: **α** *aquae*: Ov. met. 11, 364 iuncta palus huic *templo* est …, quam -antis fecit maris unda paludem. Liv. 44, 6, 15 dimidium loci occupat ostium late -ans Baphyri amnis. 44, 46, 5 *urbem* cingunt paludes …, quas -antes (*nom.*) faciunt ⟨amnes⟩ (*suppl. Madvig, alii alia*). Sen. Oed. 546 sub illa *arbore* … -at umor frigore aeterno rigens, limosa pigrum circumit fontem palus. nat. 3, 27, 10 *fluminum* pars … ut maligno ostio retenta -at et agros in formam unius lacus redigit. Colvm. 2, 16, 5 si palus in aliqua parte subsidens -at, sulcis derivanda est (Sil. 8, 380 qua … nebulosa p. -at [*nisi ad 1*]). 8, 15, 3 violentia -a⟨n⟩tis undae. Lvcan. 4, 89 alto -ant flumina vallo. Plin. nat. 5, 34 ibi -antibus Mauretaniae aquis **(**9, 178 in quibus locis nullae -ent a. *paulo aliter de eis, quae culpa hominum -ant*: Vlp. dig. 39, 3, 1, 6 si quis salicta posuerit et ob hoc a. -ret *eqs.* 43, 8, 2, 28 [*e Labeone*] si quis in suo ita aedificaverit, ut

a. in via collecta -et *eqs.*). 18, 170 Euphrate atque Tigri -antibus. SIL. 5, 4 -ans gurgite vasto effigiem in pelagi lacus humectabat inertis … proxima. AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 153, 6 per plana Aegypti Nilus -at (*opp.* ad ripas suas redit). *part. perf. vi act.*: CASSIOD. var. 2, 32, 4 quantum spatii -tis incursibus *aquarum* paludestris illuvies occupavit. **β** *sanguis*: PRVD. perist. 10, 1053 (*describitur hecatombe*) varia … abundans caede -at cruor.

b *usu deflexo -ant res liquida continentes*: VITR. 6, 3, 2 fistulae, quae non celeriter recipiunt ex canalibus aquam defluentem, itaque redundantes -ant.

deriv.: restagnatio. *schola aestiva 2019/Ok.*

resta⟨r⟩ non dicitur GLOSS.^{L} I Ansil. IN 1602 (*v. p. 1566, 65*).

restaurātio, -ōnis *f.* *a* restaurare. *inde a saec. III.* [*confunditur in codd. c.* restitutio LVCIF. epist. 7 l. 14 (*cf. l. 17*), instauratio RVFIN. Clement. 10, 65a (*olim falso edebatur* VEN. FORT. vita Pat. 16, 48); *interpol., ut vid., in codd. rec. loco lacunoso* IVLIAN. dig. 23, 5, 7 pr. sine -e (restitutione *var. l.*) servitutis.]

i. q. actio restaurandi (*accedit gen. obi. indicans id [eum], quod [qui] curatur e. g. l. 28. 36. 40. 42 sqq. 65, status mali, qui aufertur l. 23, id, quod redditur l. 37. 54. 58, gen. defin. l. 47. p. 1566, 3*): **1** *notione communi respicitur reparatio, restitutio sim.*: **a** *usu vario restaurantur*: **α** *incorporea:* Ⓘ *reparando sim.*: VLP. dig. 4, 4, 7, 12 constat … -em eremodicii praestari, si se doceant ex iusta causa afuisse. HIL. in psalm. 119, 7 reditum populi eiusdem, *sc. Iudaeorum,* cum -e civitatis amissae (*nisi ad β*). LVCIF. epist. 7 l. 14 nos … religionem tuam usque in hodiernum cupimus et dominum rogamus, ut in hac ecclesia -em perpetuam laudent sancti omnes. SYMM. rel. 39, 2 Musa …, cum in partem rerum paternarum Syntrophium quereretur admissum, … integri -em suffragio iuris accepit. RVFIN. Clement. 10, 65a omnis populus ad eum collectus est, et *Simon magus* coepit omnibus confiteri publice secundum ea, quae populi -o flagitabat. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 4 praef. in hac ecloga solus poeta loquitur de -e novi saeculi, hoc est: Saturni regnum aureum sub Octaviano … restauratur. CONC.^{S} II 3, 2 p. 85, 15 sacerdotali gratia denudatus omnino nullam -is spem poterit optinere (*gr. II 1, 2 p. 42, 33 ἀποκαταστάσεως*). IORD. Rom. 293 Saturninus magister militum, dum ad -em Antiochenae civitatis missus fuisset *eqs.* Ⓘⓘ *reddendo*: CONC. Rom. a. 501 p. 423, 3 -em ecclesiarum regulariter poposci.

β *corporea*: Ⓘ *reparando: manu facta* (*aedificia praeter l. 41. 43*): INSCR. Année Épigr. 1975 n. 261 (*Paesti; saec. IV*^{1}*?*) ob res⟨ta⟩uratione(m) aqueduc⟨tus⟩. Tun. Merlin 622, 7 (*a. 340/50*) ad -em d⟨…⟩. HIL. in psalm. 2, 38 in -em … vasis. COD. Theod. 5, 14, 35 -i moen(ium) publicorum. QVODV. prom. 2, 35, 79 in -em templi. PETR. CHRYS. serm. 143, 9 quando ad opificis honorem operis -o non redundat? RVRIC. epist. 2, 15 p. 395, 26 pro eorundem murorum -e. ALC. AVIT. hom. 18 tit. p. 126 in -e baptisterii. ENNOD. dict. 2, 8 p. 432, 18 in -em aedis. ANON. Vales. 12, 67 ad -em palatii. *al. corpora*: CHIRON 282 illa … ustionis -o et nimius fervor facit membrana capitis alienata ad sanam mentem pristinam … reverti. PS. AMBR. act. Seb. 13, 45 constat … ipsum me creasse, qui me renovare dignatus est, et sicut dedit -em corpori *podagrico,* ita quoque ⌞animae⌟ … dare promisit (⌞ ⌟ *ad bβ*). *arbor*: PS. AMBR. paenit. 20 p. 994^{C} quae *arbor infructuosa* … nullam habuit in sui -e culturam. ⓘⓘ *reddendo, sc. ad locum, ubi prius erant; restaurantur: stellae motu caeli*: OP. imperf. in Matth. 2 p. 638$^{extr.}$ si dicunt, per certos annos fit stellarum -o: necesse est ergo qui sciunt astrologicam disciplinam, quia per certos annos restituuntur stellae, sciant et per quot annos haec -o peragatur. *monachi*: FERREOL. reg. 6, 5 (*tit.* ut nullus monachus … alienus retinendus recipiatur) nisi reddatur illi petitori petitus *monachus* et isti -o recepti placaverit iniuriam acceptam.

b *usu Christiano sim.* (-o *nominatur restaurans l. 74 et fort. l. 70*): **α** *respicitur resurrectio corporis: hominum*: HIL. in psalm. 2, 41 cum his corporibus … casu mortis confractis pro voluntate artificis -o adferetur. ANON. in Matth. 12 p. 36, 14 omnium sanctorum in carne et anima -o. COLLECT. Arian. serm. 3, 2 *Christus* in sua resurrectione nostrae -is gloriam designabat. RVRIC. epist. 2, 46 plangant mortui mortuos suos, … quibus … nulla de corporis -e fiducia est (GREG. M. moral. 4, 19 cum -e corporum). *Christi*: QVODV. prom. 2, 37, 84 domino -em sui corporis promittenti. **β** *respicitur salus spiritalis* (*et singulorum et generis humani sim.; adde l. 50*): IREN. 1, 21, 3 l. 52 alii … redemptionem profantur sic: 'nomen …, quod induit Iesus Nazarenus in zonis luminis, Christus dominus …, nomen quod est -is' (*gr. τῆς ἀποκαταστάσεως*). AMBROSIAST. in II Cor. 1, 3 ut non sola sit venia, sed status pristini -o. CONC.^{S} I 4 p. 21, 9 -em, quae super naturam facta est, fecerunt pro nihilo deputari (*Migne gr. 78, 1496*^{B} *κατόρθωμα*). PS. AVG. serm. 123, 2 facta est Maria -o feminarum, quia per ipsam a ruina primae maledictionis probantur esse subtractae. 123, 3 deponite, *virgines,* maledictionem praevaricationis et benedictionem -is assumite. SACR. Leon. 1258 deus, qui -em condicionis humanae … operaris. PRAEDEST. 3, 37 l. 98 baptismatis -em. GREG. M. moral. 4, 8 humanum genus ad lucem paenitentiae redemptoris adventu reducitur, apostata vero angelus ad -is lucem nulla spe veniae … revocatur. PASS. Andr. long. 3 auctor humani generis pro -e nostra hoc crucis patibulum … sponte suscepit. 4 ipsum supplicium *crucis* mysterium -is humanae … conprobabis. *ibid.* ut … credens ad -em tuae animae … pertingas. *ibid.* restauratur hoc, quod perisse docetur; numquid anima mea periit, ut ad eius me -em venire per fidem nescio quam tu adseras? 5 istam -em earum *animarum* per crucis mysterium pandam. PASS. Caecil. 2 suae -is attendit indicia *animus.* SERM. Vet. Christ. 22, 1985 p. 40 l. 63 ex ea *Eva* contritio, ex te *Maria* autem -o. *al.*

2 *notione peculiari respicitur recapitulatio*: RVFIN. Adamant. 2, 17 (*antea Rom. 13, 9 sq., cf. p. 1569, 3*) -o hoc indicat, quod priora soluta sunt (*gr. τὸ ἀναχεφαλαιωθῆναι*). *Zweig.*

restaurātor, -ōris *m.* *a* restaurare. *plur. nusquam legitur nisi l. 34.* [*olim legebatur* PS. AVG. quaest. test. 83, 5 (*v. Migne 35, 2278*$^{med.}$). PETR. CHRYS. serm. 18, 1.]

i. qui restaurat (*sc. statum priorem reddendo; c. gen. obi. passim, cf. pron. poss. l. 51. 54*): **1** *usu vario, sc. -r est homo*: **a** *translate restauratur imperium, felicitas sim.*: INSCR. Année Épigr. 1999 n. 1620 (*a. 308/13*) domitori gentium barbararum, -i imperii Romani, Galerio Valerio Maximiano. CIL VI 40764a, 2 (*a. 312/37*) ⟨felicit⟩atis resta⟨uratori⟩, ⟨fundato⟩ri et propa⟨gatori⟩. OPT. PORF. carm. 10 (*in versu intexto*) Constantine, maxime imperator …, pius et felix, aurei saeculi -r. CIL VIII 896 ⟨r⟩estauratori orbis t⟨er⟩rarum et restituto⟨ri⟩. **b** *proprie restaurantur aedificia sim.*: CIL X 1707 (*a. 330/430*) Septimio Rustico v(iro) c(larissimo), … provisori ordinis, -i thermarum (XI 4096, 5 [*a. 341*] Sex(to) Cluvio Martino …, laudabili viro, -i t. hiemalium [*sim.* 4097, 5]. 7298 [*a. 350/430*] -i t. Tusciani). IX 2956 (*a. 352/7*) Fabio Maximo …, rectori provinciae, -i moenium publicorum. INSCR. Année Épigr. 2000 n. 1500 (*Bybli vel Beryti, a. 362/3; suppl. e* n. 1503) *Iuliano* ⟨templorum⟩ rest⟨auratori, curia⟩rum et ⟨rei publicae re⟩creatori. HIL. in psalm. 126, 4 per Aggaeum prophetam ita ad hos … -es Hierusalem dominus est locutus: '…' (*Agg. 2, 7 sq.*). CIL X 1702, 6 (*a. 409*) provisori civitatis, -i operum publicorum. ANON. Vales. 12, 70 *Theodericum* erat … amator fabricarum et -r civitatum. HIST. Apoll. rec. B 47 (*affertur inscriptio*) Apollonio ⌞-i aedium⌟ nostrarum (⌞ ⌟ rest⟨itutori aed⟩ium *rec. A*). CIL VIII 898 huius urbis.

2 *usu christ., sc. -r est deus, Christus (Iohannes baptista l. 42; iuxta ponitur* creator *l. 43. 48. 55* [*disting. l. 52*], restitutor *l. 46); restaurantur*: **a** *officia*: TRACT. in Luc. 1, 57 'Elisabeth … peperit filium', heredem substantiae, -em sacerdotii. **b** *homines eorumve partes*: PS. AMBR. act. Seb. 13, 46 dominum Iesum Christum et creatorem esse credimus, et redemptorem nostrum ac -em esse gaudemus. 14, 48 potens est dominus Iesus Christus, ut … ostendat tibi, quod ipse sit corporis tui -r (AVG. serm. 335F Rev. Bénéd. 51, 1939, 23 l. 54 animae tuae restitutor et c. -r). AMBROSIAST. in Gal. 1, 4, 2 rec. *γ mundus* non reddit congruam reverentiam creatori deo et -i Christo (instauratori *vel* liberatori *rec. α*). PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 86, 1 -r factus est totius mundi filius dei (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 140bis, 4 merito … auctor temporum mundi tempus expectat …, ut maturior mundus -em suum vel sero reciperet, qui ante rudis suum capere non valuit creatorem). ARNOB. IVN. ad Greg. 16 l. 43 cum damnum ostendero, -r est *dominus.* EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 86, 5 *perversitas* noxia subtilitate molitur in -e nostro. ANON. c. Iud. 2 l. 2931 ipse *Christus* est creator et -r generis humani.

[*f.* **restaurātrīx,** (-īcis) *afferunt lexica e Ps. Aug. serm. erem. 30 (Migne 40, 1289*$^{extr.}$*), qui sermo aetatis inferioris esse vid.***]** *Marchionni.*

restauro, -āvī, -ātum, -āre. **[***formatum iuxta* instauro *substituto praeverbio notionis repetitivae pro* in-; *utrique verbo subest adi.* *stauro- < *steə$_2$-u-ro- *'constans' de stirpe* *steə$_2$- *'consisto', cf. gr. σταυρός et island. vet.* staurr *'palus'. cf. Walde-Hofmann I 705 sq.; Ernout-Meillet, Dict.* ^{4}*1959, 319; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben,* ^{2}*2001, 590; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 305; Wodtko et al., Nomina im indogerm. Lex., 2008, 639. Mei.***]** *de origine*: GLOSS.^{L} I Ansil. IN 1602 -ant … latinum non est, quia instar dicitur, unde instaurant; resta⟨r⟩ non dicitur, ergo nec -ant (*cf. l. 67*). NOT. Tir. 55, 10 -at. *de notione* (*cf. p. 637, 55*): SERV. Aen. 2, 15 instar … est ad similitudinem: unde non -ta, sed instaurata dicuntur aedificia ad antiquam similitudinem facta. PELAG. in Eph. 1, 10 p. 347, 7 -ari non dicitur nisi lapsum. GLOSS. IV 462, 18 -ta: innovata. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 116 recidiva: -ta ex ruinis. 1627 sqq. (cod. Paris.) -at: recuperat. instaurat. renovat. redintegrat. IIAbav. RE 115 -at: reparat, redintegrat. Philox. RE 252 -at: *ἀνασκευάζει. sim. al. legitur singulis binisve locis apud* TAC., FRONTONEM, IVLIAN. *et* PAPIR. dig., *in titulis saec. II (v. p. 1567, 19 sq.) et saepius inde a saec. III.* **[***notionem (se) reficiendi sim. (v. p. 1567, 63 sqq.) continuant it.* ristorare, *francog. vet.* restaurar, re-

[Siegenthaler]

storer, *prov., cat., port.* restaurar *a serm. docto haud aliena. cf. M.-L. 7249 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3245. Cortelazzo-Zolli² 1396. Wartburg X 320 sqq. Coromines VII 285. Houaiss² 2442. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* instaurare *e. g. l. 74 et* AMBROSIAST. in Gal. 4, 5, 2. in II Tim. 3, 16 (*in falsa var. l.* HIER. in Eph. 1, 10 p. 453[D]. *al., v. vol. VII 1, 1975, 56 sq.*), reficere PELAG. in II Thess. 2, 4 p. 444, 4, reparare *ibid.* p. 444, 5.]

I *fere i. q. instaurare* (*sc. cum notione renovandi; opp. vel disting.* aedificare *l. 22,* renovare *l. 27,* servare *l. 73; abundanter accedit* iterum *p. 1568, 69; ad quem finem vel statum, indicatur per dat. p. 1568, 4 sqq. 32, praepos.* ad *l. 20. 45. 74. al.,* in *c. acc. l. 30. 57. p. 1568, 21. al.; accedit dat. commodi vel possessoris l. 43. p. 1568, 56*): **A** *praevalet notio restituendi, reparandi* (*sc. fere ad statum priorem, sed aliter e. g. p. 1568, 33 sqq. et fort. l. 27. 53, ubi* in melius *-ari dicitur*): **1** *-antur ea, quae (ii, qui) vulnus, damnum sim. acceperunt, vitium exhibent*: **a** *res*: **α** *corporaliter* (*fere aedificia sim., sed aliter l. 22. 26*): TAC. ann. 3, 72, 2 Pompei theatrum igne … haustum Caesar exstructurum pollicitus est, eo quod nemo e familia -ando sufficeret. 4, 43, 4 Segestani aedem Veneris … vetustate dilapsam -ari postulavere. CIL III 6696 (*a. 136/8*) d(ivi) Traiani f(ilius) … omnes … portu⟨s⟩ … restaur⟨avit⟩ (*in lectione inscr. vix fidei digna*). X 5918 (*saec. II²*) ob dedicationem thermarum, quas … ad pristinam faciem … -verunt. VLP. dig. 7, 4, 10, 7 licet *navis* isdem tabulis nulla praeterea adiecta -ta sit. VET. LAT. I Macc. 10, 44 (rec. V) ad aedificanda vel -anda opera sanctorum (*gr. ἐπικαινισθῆναι, rec. L* renovandum, *B* renoventur). FIRM. math. 8, 27, 7 *duces* civitates alias -bunt, alias dissipabunt. SCHOL. Hor. 1, 35, 38 ('utinam nova incude diffingas retusum … ferrum') ut nova incude nova -entur tela. Iuv. 12, 76 Traianus portum Augusti -vit in melius. COD. Iust. 11, 32, 3 pr. (*a. 469*) ad renovanda sive -anda publica moenia. HIST. Apoll. rec. A 47 ad -anda omnia moenia (*rec. B* restituenda). VITAE patr. Iurens. 162 ut … tabernacula ipsa multo utilius congruentiusque fuerint in usus pristinos -ta. *al., saepe in titulis. in imag.*: VET. LAT. Ioh. 2, 19 (cod. 2) solvite templum istut et in tribus diebus -bo illud (*gr. ἐγερῶ, cod. 3. al.* resuscitabo, *4. al.* suscitabo, *Vulg.* excitabo). FIRM. err. 20, 1 noster lapis, *sc. Christus,* … -ti operis gratiam perpetuae immortalitatis splendore condecorat. QVODV. prom. 2, 37, 85 ad civitatem, quam rex … noster -et (-at *var. l.*), Hierusalem caelestem. CHROMAT. in Matth. 41, 5 (*ad prov. 24, 27* reaedificabis domum tuam) *discipulus Christi* domum corporis sui per resurrectionis gloriam -tam (-tum *var. l.*) acceperat.

β *incorporaliter*: Ⓘ *in quolibet sermone*: Ⓐ *exempla varia*: FRONTO p. 214, 12 Lucius … ad senatores scripsit litteris diserte … compositis, ut qui facundiam inpenso studio -ar⟨e cuperet⟩. HYD. chron. II p. 21, 91 Suevi … pacem, quam ruperant, … -ant. RVRIC. epist. 2, 26 p. 410, 28 *Apollinaris Sidonii* lectio … mihi antiquum -at affectum. FERRAND. epist. 7, 8 provinciam sine tarditate -a. GREG. M. moral. 19, 56 (*ad Iob 29, 20* arcus meus … instaurabitur) sacra eloquia ad praedicationis gratiam -are. *al.* Ⓑ *-antur scripta*: TERT. cult. fem. 1, 3, 2 omne instrumentum Iudaicae litteraturae per Esdram constat -tum (*cf.* VEREC. in cant. 7, 1 Esdras … propheta … cum eam *legem perditam* cuperet -are *eqs.* PRAEF. bibl. psalm. p. 79, 21 B. et quicquid ab his interpretibus de testimoniis Christi dimissum est, ab Hesdra propheta … vel Hieronimo presbitero … -tum est). COD. Iust. 1, 17, 2, 10 (*fere eadem* DIG. de confirm. dig. 10) hanc *constitutionem in veteribus libris relatam* corrigendam esse putavimus et in melius -andam.

Ⓘ *in sermone iuris*: IVLIAN. dig. 23, 5, 7 pr. utiles actiones … ad -andam servitutem dantur. PAPIN. dig. 19, 5, 9 non vetus obligatio -bitur, sed promissa praestabitur aut condemnatio sequetur (VLP. dig. 23, 3, 43, 2 -anda est in diem pristinum o. [*antea*: restituenda]. 42, 8, 10, 23 si condicionalis fuit o., cum sua condicione, si in diem, cum sua die -anda est). VLP. dig. 24, 1, 32, 11 quid ergo, si divortium factum est, deinde matrimonium -atur *eqs.* (*ibid. iterum*). 27, 9, 3, 5 manifestum est -ari debere *usum fructum.*

b *animantes eorumve corpus, vires sim.* (*fere homines, sed creaturae caelestes p. 1568, 15. 24*): **α** *corporaliter*: Ⓘ *sanando, reficiendo*: Ⓐ *proprie*: ① *exempla varia*: IREN. 2, 31, 2 l. 60 earum, quae a foris accidunt, infirmitatum bonas valetudines -are. CHIRON 95 quae callositas quoquo modo -ta nisi auferatur, hoc volnus coire non potest. 663 sale trito confricato, ut -es easdem venas. GREG. TVR. Andr. 1 p. 828, 7 lux magna refulsit … et oculi beati apostoli -ti sunt. ORIBAS. syn. 1, 3, 1 La p. 34, 19 *exercitio* cum fatigatione fortissima praeparatam (-paratur *var. l.*), per quam musculi et nervi -antur (*Aa* fortificantur, *gr. τὸ … εὔτονον γυμνάσιον … εἰς εὐτονίαν παρασκενάζει τούς τε μῦς καὶ τὰ νεῦρα*). ISID. diff. 1, 508 salubritas saluti conveniens causa, per quam sanitas vel servatur (salvatur *var. l.*) vel -atur. *al. per resurrectionem*: LACT. inst. 7, 24, 2 cum … *Christus* iustos … ad vitam -verit (inst- *var. l.*). PELAG. in Rom. 8, 11 p. 63, 22 quo modo Iesum a mortuis suscitavit *deus,* ita et vestra corpora -bit (-vit *var. l.*). QVODV. symb. 3, 11, 7 *caro* -ta et caelestis effecta. CASSIOD. in psalm. 96, 1 l. 10 mortuum est … corpus … lege communi, sed -tum est in gloriae munere singulari.

② *accedit dat. condicionis vel functionis, cui animans (eiusve pars) restituitur*: VITA Mauril. (BHL 5730) 25 *leprosos* pius pastor … insperatae sanitati -vit (GREG. TVR. Franc. 9, 4 ut *pontifex* plerumque infirmis signum crucis inponens, statim s. [sanitate *var. l.*] … -ret. glor. mart. 74 *frigoritici* restinctis febribus s. praestinae -antur. *al.*). SORAN. p. 37, 14 universas partes *corporis infantis* officiis suis -are (*gr. aliter*).

Ⓑ *translate*: DICT. 2, 3 *duces* cohortati suos tamquam -tis viribus acrius hostes incurrunt. AVG. serm. 334, 1 (*loq. martyr*) corpus meum per animam meam -atur. QVODV. catacl. 2, 3 baptizatus es, … -tum est corpus tuum ad priorem statum primi illius hominis ante peccatum.

Ⓘ *supplendo numerum*: PELAG. in Eph. 1, 10 p. 347, 4 alii … adserunt in caelis non angelos -tos, sed eorum scientiam … profecisse (*spectat ad p. 1569, 10 ut*: GREG. M. moral. 31, 99 in ipso -antur ea, quae in caelis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt, unde apostatae angeli superbiendo ceciderunt). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 120 agmen -at solidas … vires. VEREC. in cant. 3, 4 ab infidelibus vel aliunde -are conversos.

β *incorporaliter respicitur*: Ⓘ *condicio spiritalis*: IREN. 3, 23, 2 l. 55 deus … in suam libertatem -vit eum *hominem* (*cf. l. 31*). TYCON. in apoc. 198 dominus non venit iustos vocare, sed peccatores per paenitentiam -are. AMBROSIAST. in Eph. 1, 9, 2 omnis … creatura in caelis et in terris, dum discit agnitionem Christi, -atur ad id, quod est condita (*cf. p. 1569, 10*). PRVD. ham. 664 redivivam ferre medellam … et amissos ⟨ope -are⟩ secunda (⟨ ⟩ *opere instaurare var. l. et pars edd.*). OP. imperf. in Matth. 39 p. 844[med.] dominus … -ans plebem per Zorobabel. SACR. Greg. 38, 3 tui nos, domine, sacramenti libatio sancta -et. 171, 1 deus …, ad amorem tuum nos … per sanctorum tuorum exempla -a. *al.* Ⓘ *dignitas*: HIL. coll. antiar. p. 54, 29 *Athanasius nequam* damnatos episcopos aliquos -bat. Ⓘ *libertas* (*aliter l. 21*): GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 327, 6 captivos libertati pristinae -vit *Salvius.*

2 *-antur ipsa damna, vitia*: HIL. in psalm. 118 heth (= 8) 4 vitiosi partus damna -as. TRACT. Pelag. 6, 10, 8 p. 145 ne cui existimationis sententia videretur incerta, … prioris dicti ambiguitatem sequentis definitione -at *apostolus.* QVODV. symb. 1, 9, 27 divina illa substantia trinitatis …, ut innovaret perdita nostramque -ret ruinam, pro captu hominum … se visibiliter demonstravit.

B *praevalet notio iterandi, denuo incipiendi, instituendi, condendi*: **1** *usu communi*: **a** *in sermone iuris*: PAPIR. dig. 48, 16, 18, 2 *Antoninus et Verus* rescripserunt, cum in crimine capitali abolitionem … petitam esse diceret *reus,* -andam esse … cognitionem. TRYPH. dig. 9, 4, 37 furti actio -bitur *exstincta* (VLP. dig. 42, 8, 14). VLP. dig. 15, 1, 32, 1 licet -etur praecedens *iudicium* (HIL. coll. antiar. p. 57, 5 post tot tantasque sententias putaverunt *haeretici condemnati* aliud -are i.). 48, 5, 4, 2 marito debet permitti -are accusationem, si idoneas causas allegare possit. MOD. dig. 4, 4, 29, 1 actor … qui adquievit tunc temporis sententiae, dicebat totam debere litem -ari. *al.*

b *in quolibet sermone*: **α** *exempla varia*: TERT. apol. 48, 3 ut *in resurrectione* eadem qualitas animae in eandem -etur (-retur *var. l.*) condicionem. bapt. 8, 5 homo, qui post baptismum delicta -at. castit. 2, 1 si nuptias ablatas -emus (*cf.* uxor. 1, 7, 2 quid tu -es, cui finem, *sc. morte,* deus posuit?). fug. 9, 1 ubi illos *apostolos* ostendis praeceptum fugiendi de civitate in civitatem -asse? (CHROMAT. in. Matth. 24, 1, 2 dominus … noster … antiquae constitutionis suae p. -at). OPT. PORF. carm. 14, 19 *Auguste,* aurea perpetuo -ans saecula mundo. FIRM. err. 2, 8 errorem vestrum -tis semper luctibus plangite. SERV. auct. Aen. 2, 202 quod continuo quinquennio sacrum … quotannis fuerit -tum. MART. CAP. 8, 883 tam visus eius *sideris* quam occultationes X et VIIII mensibus -antur. VICT. VIT. 3, 40 inprimuntur vulneribus vulnera et rursum poena -ta crudescit.

laxius -ta dicitur fides *post aliquod tempus exsoluta*: AMBROSIAST. in Gal. 4, 4, 2 quoadusque veniret, qui promissus fuerat -are (inst- *var. l.*) fidem. PS. AVG. quaest. test. 50, 1 f. …, quam Abraham acceperat, -ta a Christo est. **β** *-atur religio, superstitio sim.*: LACT. inst. interpol. 7, 26, 15 rerum dominus … te potissimum delegit, per quem sanctam religionem suam -ret. PS. HIER. indic. de haer. 50 *Photinus* Ebionis haeresim -are conatus est (PRAEDEST. 1, 44 l. 5 haec h. antea fuit Artemonis: quae cum defecisset, ab isto Paulo Samosateo -ta est). PASS. Andr. long. 8 p. 20, 2 nunc … per te iterum -etur cultura (-entur culturae *var. l.*) deorum. *al.* **γ** *-atur pugna sim.*: IVST. 2, 10, 1 cum *Darius* bellum -ret (3, 5, 2 *Messenii* post longam poenarum patientiam b. -ant. 20, 5, 6 *Dionysius* auxiliis Gallorum auctus b. velut ex integro -at. 31, 3, 8. 37, 1, 8. SCHOL. Hor. carm. 3, 5, 34 ['marte … altero'] -to b. ad proelium … reverti). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 174 p. 372 cum *duces* vellent pugnam, in qua victi sunt, -are (*gr. τὴν γεγενημένην ἧτταν ἀναμαχέσασθαι*).

[Siegenthaler]

2 *-antur per Christum (in Christo) eiusve opus, verba sim.*: **a** *singula*: VET. LAT. Rom. 13, 9 (cod. 75. *al.*) 'non adulterabis, non occides ...' et si quid est aliud mandatum, in hoc verbo -atur: 'diliges proximum tuum tamquam te ipsum' (*gr. ἀνακεφαλαιοῦται, cod. 77. 78* recapitulatur, *89. al. et Vulg.* instauratur, *Ambrosiast.* consummatur. *huc spectat* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 73, 22 omne mandatum -ari dicitur). TERT. adv. Marc. 4, 6, 4 si *Christus* -erit virtutes eius *creatoris.* IREN. 5, 2, 1 *Christus* -ans suo plasmati, quod dictum est in principio, factum esse hominem secundum imaginem et similitudinem dei. **b** *universa*: VET. LAT. Eph. 1, 10 (cod. 75. *al.*) -are omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra sunt **(***gr. ἀνακεφαλαιώσασθαι,* cod. 77. *al.* ut -ret, Ambrosiast. -ans, *Tert. adv. Marc. 5, 17, 1. al.* recapitulare, *cod. 64. al. et Vulg.* instaurare. *locum varie explicant vel eo spectant e. g.* HIL. trin. 11, 24 l. 27 MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 9 HESYCH. in lev. 8, 4 p. 876[A], *cf. etiam p. 1568, 15 sqq. 24*). FILASTR. 80, 3 'faciam novum caelum et novam terram' (*Is. 65, 17*) dicit dominus; -anda potius ergo, non pereunda adnuntiat elementa. AMBROSIAST. in Eph. 3, 19, 4 ut ... omnia, quae a deo patre sunt, per filium facta et -ta credantur. PS. AVG. quaest. test. app. nov. 39 *filius dei* ad haec omnia creanda et -anda natus est. *al.*

II *fere i. q. reddere*: **A** *generatim (cui [loco] reddatur, indicatur fere per dat., sed praepos.* in *c. abl. l. 44); -antur*: **1** *res*: **a** *corporales*: CIL XIV 4315 (*in basi statuae, ut vid.; saec. III*) Aur(elius) Cresce(n)s ... ⌊fratres⌋ ex spel(a)eo dilapso in meliori -vit (⌊ ⌋ *statuas, ut vid., vix Mithrae initiatos, de quo usu v. vol. VI 1, 1257, 32 sqq.; cf.* VIII 15881 [*saec. III ex./IV in.*] ob -tum deae simulacrum, quod iam dudum a latronibus fuerat ... sublatum**)**. CANON. Turner II p. 8 rec. I si quis episcopus presumpserit de ecclesiasticis rebus ... et vendiderit, primum -are oportet ecclesiae suae. PACTIO reg. Greg. Tur. Franc. 9, 20 p. 438, 13 si aliquid cuicumque ... sine culpa tultum est, ... -etur. GREG. TVR. glor. conf. 12 *rex* praecepit omnia, quae ablata fuerant, monasterio -ari. glor. mart. 89 p. 548, 13 revelatum est abbati, ut eas *reliquias a furibus ablatas* loco, unde dimotae fuerant, -ret. vit. patr. 1 praef. p. 663, 7 ut ... pecunia nummulariis fenerata cum digno multiplicationis fructu ... -etur. DYNAM. vita Max. 16 l. 360 ut *antistes* ipsi *caeco* lumen amissum ... redderet et videndi aciem -ret. **b** *incorporales*: IREN. 3, 5, 3 l. 69 qui *Christus* libertatem hominibus -erit. CARM. adv. Marc. 3, 137 Ezechias ..., oblitis legem qui -vit iniquis. CASSIOD. hist. 5, 19, 3 *Eudoxius episcopus* nisus est ... ordinationem ei *Aetio* -are diaconatus (*gr. Socrat. 2, 37, 10 ἀποδοῦναι*).

2 *homines*: CASSIOD. hist. 4, 25, 2 quia *Constans* ... ad Alexandriam pergeret et Athanasium ovibus desiderantibus -ret (*gr. Theodoret. 2, 8, 56 ἀποδώσει*). GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 507, 15 *aeger* ablata febre cum omni dolore, navi -atur incolomes (*vergit ad I*). 103 p. 558, 8 Felix ... eclesiae suae ac populo -atur. CONC. Lugd. a. 567/570 p. 201 l. 44 quousque hos, quos abduxerunt, in loco, in quo longum tempus ... vixerunt, -are debeant. *al.*

B *speciatim -antur ea, quae nascuntur vel germinant*: GREG. M. in euang. 26, 12 l. 284 *deus,* qui lignum, fructus, folia in magna mole arboris ex parvo cotidie semine -at.

deriv.: restauratio, restaurator. *Siegenthaler.*

resterno, -strāvī, -strātum, -ere. *a* re- *et* sternere. NOT. Tir. 54, 93 sqq. -it. -vit. -tum.

i. q. rursum sternere (*c. abundantia quadam accedit* noviter): REGVLA mag. 1, 45 n. -tus et diversis tunicis ... resarcinatus *asinus gyrovagorum.* 78, 9 cui *peregrino advenienti* n. -atur *lectus* (*opp. 8* desternatur).

[restertit *in falsa var. l. pro* stertit PELAGON. 204, 1.**]** *Bk.*

restiārius, -ī *m.* *a* restis. [*falso trad. pro* reti- GLOSS. III 528, 57; *in inscr. falsa* CIL IX 309*.] *i. q. restium artifex* (*cf. Hug, RE IA 674*): CHAR. gramm. p. 400, 1 *v. p. 1574, 30.* *Spangenberg Yanes.*

restibilio, -īre. [*a* restibilis. *Mei.*] *i. q. stabilire restituendo* (*sc. in gratiam?*): PACVV. trag. 324 Teucrum regi sapsa ⌊res -et⌋ (*syllabis assonantibus*).

restibilis, -e. **[***a* resisto, -stiti; *re-si-stə$_2$- > *re-(si)-sta- > *re-sti-, *quod vi trans.* (*servata in verbo simplici* sistere *'statuere' et compos. umbr.* restatu *'instaurato'* [*imperat.; sc. victimam*] < *re-(si)-sta-tōd) *auctum est suffixo* -bilis, *ut notio sit quasi* *restituibilis. *Mei.***]** *de notione et veriloquio*: VARRO ling. 5, 39 ager -is, qui restituitur ac reseritur quotquot annis (*opp.* novalis ager). rust. 1, 44, 2 interest, in rudi terra an in ea seras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur -is, an in vervacto, quae interdum requierit. PAVL. FEST. p. 280 -is ager fit, qui biennio continuo seritur farreo spico. GLOSS.[L] II Philox. RE 254 -is (-bul- *cod.*): *ἀγρὸς δὶς τοῦ ἔτους ἀροτριώμενος.*

i. qui restat, sc. durat, permanet; respiciuntur: **1** *arva, vineta sim., quorum cultura non intermittitur* (*opp.* novalis *l. 67. p. 1570, 8,* novus *p. 1570, 1,* rudis *l. 67. p. 1570, 6,* vervactum *l. 68,* veteretum *p. 1570, 4. 11; ad rem cf. Westerath, Die Fachausdrücke des Ackerbaues, diss. 1938, 20 sqq.*): CATO agr. 35, 2 hordeum, qui locus novus erit aut qui -is fieri poterit, serito **(***ibid.* qui l. -is crassitudine fieri poterit. COLVM. 2, 10, 31 [*inde* PALLAD. 10, 8]**)**. COLVM. 2, 10, 4 (*inde* PALLAD. 11, 1, 3) phaselus terrae mandabitur vel in vetereto vel melius pingui et -i agro (CHAR. gramm. p. 408, 4 -is a. [*in cap.* de latinitate]. *cf. p. 1569, 66. 69 sq.*). 3, 11, 4 (*3 disting.* rudis terra) ultima est ... condicio -is vineae (4, 22, 9. *respic. 3, 11, 2* pessima esse *vineta,* si reserere velimus). 3, 18, 1 propria appellatio -is vineti (*v. p. 1147, 68*). PLIN. nat. 18, 164 in novali et in arvo, quod -e possit fieri (*sec. l. 1*). *neutr. pro subst.*: VARRO rust. 1, 44, 3 in Olynthia quotannis -ia esse. COLVM. 2, 10, 6 *si* proximae messis occupandum erit -e (*item sing.*: 2, 12, 2 in -i [*opp.* in vetereto, *ut ibid.* 3]). **2** *sata* (*arbor singularis l. 14*): VARRO rust. 1, 9, 6 segetes fructuosas ac -es (2, 7, 11 ut -es s. esse exuctiores, sic quotannis quae *equae* praegnates fiant. 3, 16, 33 PLIN. nat. 18, 162). PLIN. nat. 16, 133 Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus -is sponte facta vitaeque reddita (*cf. Theophrast. hist. plant. 4, 16, 2 ἀνεφύη ... καὶ ἀνεβίω*). 27, 90 hordeum -e (*cf. 18, 80* eodem ... anno bis nascitur). **3** *qualitates eorum* (*mulierum l. 20*): PLIN. nat. 18, 164 cuius *arvi* crassitudo sit -is (*sec. l. 2*). 19, 118 *quaedam* semel sata pluribus annis -i fertilitate proveniunt (28, 248 *medicamentum mulieribus* iis, quae parere desierint, -em f. adferre).

deriv.: restibilio. *Bk.*

resticula, -ae *f. et* **resticulus,** -ī *m.* (*nisi* -culum, -ī *n.*). *a* restis *deminutive.* *praevalent formae fem.; masc. vel neutr. l. 25. 57. 69; forma ambigua* -īs *e. g. l. 48.* GLOSS. II 435, 23 *σπαρτίον*: restis, -a. 593, 12 sira (*i. σειρά*): plectura fil[i]orum vel -orum. GLOSS.[L] V Aa R 422 -a: funem. [*sard. centr.* restiya *'funiculus e fibris palmae textus'. cf. M.-L. 7250. Wagner II 355. Schd.-Cr.*] [*restit. l. 57.*]

i. q. restis parva: **1** *proprie*: **a** *respicitur usus; adhibetur*: **α** *ad res vel personas partesve corporis alligandas, cingendas*: CATO agr. 110 eam *testam calefactam* picato, -a alligato, testam demittito in dolium. CIC. Scaur. 10 ut *libertus* illi aniculae ... collum digitulis duobus oblideret, -a cingeret, ut illa perisse suspendio putaretur. VITR. 10, 2, 6 secundum inferiorem trocleam -ā circumdatā et contentā utraeque partes funis continentur. VET. LAT. III reg. 20, 31 (cod. 92. *al.*) et -as in capita nostra (*gr. 21, 31 σχοινία, Vulg.* funiculos). AMM. 14, 7, 15 hirsutis -is cruribus eius *senis* innexis. VEG. mulom. 4, 4, 3 caudam *bovis* ... -a vel lino vehementer astringi (*pendet e Colum. 6, 6, 3* vinculo ... obstringere). VVLG. III reg. 7, 23 -a triginta cubitorum cingebat illud *mare aereum.* CASSIAN. inst. 1, 5 -as duplices (*v. p. 260, 7 sqq.*). PLIN. phys. Sang. p. 245 l. 9 ranae rubetae vivae pedes posteriores -a alligato[s]. **β** *vario modo*: VARRO rust. 1, 41, 5 -am per ficos ... maturas perserunt et eas, cum inaruerunt, complicant. VET. LAT. Ios. 2, 18 (Rufin. Orig. in lev. 8, 10; *ad Raab meretricem*) signum *pones* -am coccineam (*cf. l. 63*) et alligabis eam in fenestra (*gr. σπαρτίον, Vulg.* funiculus. *huc spectant* CLEM. ad Cor. 12, 7. HIER. epist. 52, 3, 8 -am mysteria sanguinis continentem). Ezech. 40, 3 (cod. 177) in manu eius *viri* erat -a structorum **(***gr. σπαρτίον οἰκοδόμων,* cod. 176 -a turtorum [*i.* tort-], *Vulg.* funiculus lineus**)**. Ioh. 2, 15 (cod. 2, *sim. al.*) fecit quasi fragellum (*i.* flag-) Iesus de -is et eiciebat omnes de templo *eqs.* (*gr. ἐκ σχοινίων, Vulg.* de funiculis. *huc spectat* AVG. in psalm. 130, 2 l. 7 de flagello -ae. *al.*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 36, 4 viri accipiebant sibi panes et adducebant ⌊-as⌋ cum radices (⌊ ⌋ *cf. fort. p. 1577, 16; de perulis cogitat Adams, Anth. of Informal Latin, 2016, 539, sed de caule Gildemeister, ed. 1889, 55, de genere leguminis Blaise, Dict. ... des auteurs chrét., s. v.*). AMM. 28, 1, 36 -am de fenestra praetorii ... dicitur semper habuisse suspensam, cuius summitas quaedam velut ⌊†damusam⌋ colligaret (⌊ ⌋ hamus clam *coni. Češka, alii alia*). AVELL. 100, 17 ipsi *in Lupercalibus* cum ⌊-o⌋ nudi discurrite (⌊ ⌋ *Günther* [*coll. e. g. Plut. Caes. 61, 2 σκύτεσι ... τοὺς ἐμποδὼν ... παίοντες*], ridiculo *cod.*).

b *cetera exempla*: APVL. apol. 35, 4 assulas, festucas, -as et ... cetera maris eiectamenta. AVG. in euang. Ioh. 1, 16 ne ... secta Manichaeorum ... dicat, quia ... -a habet animam *eqs.* *in compar. vel proverb.*: VET. LAT. cant. 4, 3 (Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 22, 1. *al.*) sicut -a coccinea labia tua (*cf. l. 68; v. etiam p. 1576, 73*). IREN. 1, 8, 1 de harena -as nectere ([*gr. σχοινία*]. *sim.* 2, 20, 1; *cf. Otto, Sprichw. n. 790*).

2 *translate vel in interpr. allegorica*: VET. LAT. psalm. 17, 6 (cod. 136) -ae inferorum circumvenerunt me (*gr. ὠδῖνες ᾅδου, cod. 300. al. et Vulg.* dolores inferni, *Hier. psalt. sec. Hebr.* funes inferi, *hebr.* חֶבְלֵי שְׁאוֹל). AMBR. in psalm. 118 serm. 15, 14, 1 dentes et genas et sicut coccineum -um labia sponsae intelligimus animae esse virtutes *eqs.* (*spectat ad l. 62 ut*: 18, 22, 2 per -am ... vinculum persuasionis agnoscimus).

*deriv.: ?*resticularium, resticularius.

*?***resticulārium,** -ī *n.* *a* resticula (*si recte restit.*). *i. q. frenum vel retinaculum e funibus factum*: VITA Anton. 54, 5 l. 15 contigit ... ⌊-um⌋ ipsius *cameli* adhaerere in lapidem (⌊ ⌋ *restit. Hoppenbrouwers,* restaurari eum *cod.; gr. τὸ σχοινίον*).

[Evangelista]

resticulārius, -ī *m.* *a* resticula. *i. q. artifex resticularum*: Gloss. II 450, 15 *σχοινᾶς*: ressor, -us. 450, 18 *σχοινοπλόκος*: -us, restio (*cf. p. 1574, 31*). 591, 22 -us: funium factor.

resticulus (*vel* -culum) *v.* resticula. *Evangelista.*

restīgat Not. Tir. 55, 12. *sec. 55, 11* instigat *fictum vid., cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 49 adn.*

restillo, -āre. *a* re- *et* stillare. Not. Tir. 91, 3 -at. [*vix recte post alios Shackleton Bailey restituit loco corrupto* Cic. Att. 9, 7, 1 (instillarunt *vulgo et vol. VII 1, 1982, 19*).]

i. q. stillando resolvi: Prvd. c. Symm. 2, 287 *in fornace* ad proprium -et ⌞vena⌟ metallum (⌞ ⌟ *meton. de ipso ferramento, v. Gnilka, comm. 2017, 227sq.*). *Bk.*

restīnctio, -ōnis *f.* *a* restinguere. *i. actio restinguendi, quae fit:* *bibendo*: Cic. fin. 2, 9 restincta … sitis stabilitatem voluptatis habet …, illa autem voluptas ipsius -is in motu est. *distinguendo* (*quae notio abest verbo q. e.* restinguere): Gloss. II 229, 20 *ἀντιδιαστολή*: -o.

restīnctor, -ōris *m.* *a* restinguere. *i. qui restinguit*: Inscr. Année Épigr. 1995 n. 601 (*Veronae; saec. I*^{1}) Verecundo -i Primigenius compop(u)larius (*tit. sepulcr. servi; utrum -r munere fungens restinguat incendium, ignem sim. an calcem an lucernam, non liquet; v. Buonopane, Epigraphica 57, 1995, 215sqq.*). *M. H.*

†**restinguo** (-go), -īnxī, -īnctum, -ere. *a* re- *et* stinguere. *scribitur in codd. in stirpe praes.* -g- *pro* -gu- *e. g. l. 63. p. 1572, 70. 1574, 9(bis). 27, in stirpe perf.* -ncx- *e. g. p. 1573, 41. 53. 67. de notione* (*addas p. 1573, 39; cf. l. 34*): Isid. diff. 1, 194 (318 C.) exstinctum dicimus lumen, … -tum vero incendium (*affert p. 1573, 8*). Gloss. II 240, 31 *ἀποσβεννύω*: -o, exstinguo. Gloss.^{L} I Ansil. re 1634 -ere: sopire. *sim. al. legitur in versibus inde a* Plavto, Enn., Ter., *in orat. soluta in* Lege *p. 1572, 15 et inde a* Cic. **[***confunditur in codd. imprimis c.* restringere *e. g. l. 56. p. 1572, 25. 74. 1573, 40. 63. 1574, 11* (*restit. p. 1573, 49 et* Plin. med. 3, 33, 10), ex(s)tinguere *e. g. l. 51. p. 1572, 22. 59sq. 1573, 21. 1574, 3 (in falsa var. l.* Stat. Theb. 1, 255, *v. app. crit. et Briguglio, comm. 2017, ad l.); locis haud sanis* Gloss.^{L} I Ansil. re 1648 sq. (cod. Paris.) -ta est: instauravit. recuperavit.**]**

fere i. q. exstinguere **(***vis praeverbii fort. indicat aliquid reprimi sim. aut redire in statum priorem, in quo non accensum aut calefactum erat, sed saepe non perspicua est; accedit* rursum *p. 1572, 60; instrumentum -endi indicatur per abl. saepissime, e. g. l. 49. 65[bis]. p. 1572, 19. 60. 1573, 15, praepos.* de *p. 1572, 21,* per *p. 1573, 25; gr. resp. σβεννύναι e. g. l. 70. p. 1572, 13. 47 eiusve composita ἀπο- p. 1573, 70, κατα- l. 73***)**: **I** *vi corporali -untur, quae (qui) ardent, flagrant, fulgent, calent, fervent sim.* (*fere aliquis -it aliquid aquā sim., sed aqua sim. ipsa -it e. g. l. 54. 68. 73. p. 1572, 10; hic illic fort. mediopass., e. g. l. 49. 59. p. 1572, 12*): **A** *proprie*: **1** *-endo exstinguitur ardor, flamma sim. eorum*: **a** *quae antea accensa sunt* (*fere res, sed animans l. 67. p. 1572, 4*): **α** *accedit obi.* (*subi. in struct. pass.*): ① *-itur flamma ipsa, ignis ipse* (*exempla selecta inde a* Liv.): Plavt. Cas. 774 *coqui* aulas pervortunt, ignem -unt aqua **(**Cic. Q. Rosc. 17 ut i. in aquam coniectus continuo -itur et refrigeratur, sic *eqs.* dom. 144 top. 52. Verg. Aen. 2, 686 crinem … flagrantem excutere et sanctos ⌞-ere fontibus i.⌟ [= Sil. 16, 123]. Petron. 136, 2 [ex- *var. l.*]. *al.; cf. p. 1572, 11***)**. Hirt. Gall. 8, 42, 1 ut *hostes* ab incendio -endo … deterreant Romanos **(**Liv. 30, 5, 8. CIL XIV 4494, 7 [*aet. Aug.*] in i. -endo. Veg. mil. 4, 4, 2 effusa aqua subiectum -at i. [-ting-, -string- *var. ll.*]. *al.***)**. Verg. Aen. 5, 698 (*682sq.* carinas ēst vapor) -tus donec vapor omnis. Ciris 344 *Carme* inverso bibulum -ens lumen olivo (-string- *var. l.*). Liv. 28, 23, 2 cum … rivi … sanguinis flammam orientem -rent **(**Cvrt. 6, 6, 16. Ps. Qvint. decl. 19, 15 [*in tormento*] non subtraxi -xique flammas [-strinx- *var. l.*]. *al.***)**. Plin. nat. 31, 46 lucerna sine defectu olei -ta. Alc. Avit. carm. 4, 390 *deus* vibratum … tenens -xit missile fulmen (-cxit, -strinx- *var. ll.*). ⑪ *cetera exempla*: Caes. Gall. 7, 25, 4 (*antea p. 1572, 1*) -to aggere. Hirt. Gall. 8, 43, 3 nostri … opera flammā comprehensa … -gunt (-stringunt *var. l.*). Sen. benef. 5, 18 si domum tuam ardentem -xero *eqs.* (-strinx- *var. l.*). Lvcan. 8, 788 *Cordus* ossa … inustis plena medullis … -it aqua. Plin. nat. 2, 235 *linum flagrantem* terra … -i docuere experimenta. Stat. Theb. 9, 428 hac, *sc. Ismeni,* tibi *Iovi* flagrantem (*sc. ictu fulminis*) Bromium -ximus unda (-strinx- *var. l.*). silv. 2, 6, 91 nec quod tibi Setia (*i. vinum*) canos -xit cineres. 5, 5, 17 si qua *mater* … ardentes -xit lacte favillas. Vet. Lat. Is. 42, 3 (Tert. patient. 3, 4) *servus dei* linum fumigans non -xit **(**-strinx- *var. l.; gr. σβέσει, Vulg.* extinguet. *explicatur allegorice, ut ad B pertineat*: Tert. adv. Iud. 9, 28 qui linum ardens, id est … ardorem gentium, non -xit [ex- *var. l.*], sed lucere magis fecit**)**. Rvfin. hist. 4, 15, 39 ut *sanguis* -ret rogum (*gr. κατασβέσαι*). *al.*

β *absolute vel obi. subaudiendo*: Caes. Gall. 7, 24, 5 (*2* est animadversum fumare aggerem) ut … multitudo ad -endum concurreret (*postea p. 1571, 62*). Hor. sat. 1, 5, 76 (*74 flamma* properabat lambere tectum) omnīs -ere velle videres. Liv. 1, 39, 2 (*1* puero … caput arsisse ferunt) cum quidam … aquam ad -endum ferret *eqs.* Tac. ann. 15, 38, 7 (*1* quae … urbi per violentiam ignium acciderunt) nec quisquam defendere, *i. ignem arcere,* audebat, crebris multorum minis -ere prohibentium. Amm. 20, 11, 17 quae *tela ignifera* … paratis, qui -rent, … irrita labebantur (-gerent, restringuerunt *var. ll.*).

b *quae naturaliter ardent, fulgent*: Lvcr. 4, 873 vaporis corpora, quae stomacho praebent incendia nostro, … adveniens liquor … -it ut ignem (*75sq.* sic … sitis … abluitur. *cf. p. 1573, 73sqq.*). Apvl. mund. 3 p. 295 quas *cometas* … videmus lucere ⟨facile⟩ faciliusque -i (*gr. 392b5 σβέννυνται*).

2 *-endo diminuitur calor, fervor sim. eorum*: **a** *quae antea igne calefacta sunt*: Lex par. fac. Puteol. (CIL I^{2} 698) 2, 20 quod opus structile fiet, in te(r)ra calcis -tai partem quartam indito. Sen. nat. 4, 13, 10 ardentīs boletos … demittunt paene fumantīs, quos deinde -ant nivatis potionibus (-st(r)ingant, -st(r)ingunt *var. ll.*). Plin. nat. 24, 72 carbo … urina … -tus (26, 118. 36, 201). 33, 65 aes … accensum … -itur sale, aceto, alumine. 33, 108 *spuma argenti* accensa … abluitur aceto aut vino simulque -itur **(**Theod. Prisc. eup. faen. 79 s. a. … combures et de supradicto aceto -es [ex- *var. l.*]**)**. *al.* Pelagon. 459, 1 ferro igneo ibi, *sc. in vino,* -to. **b** *quae naturaliter calent, fervent*: Lvcr. 3, 1044 *p. 1573, 53.* Manil. 5, 219 nascentem quam *Caniculam* (*i. ardorem, quem sidus portat vel indicat*) nec pelagi -xerit unda (-strinx- *var. l.*). Tert. scorp. 5, 8 *medicus* ardores siti … macerando -it (-string- *var. l.; item -itur febris*: Garg. Mart. med. 7, 8. *al.*).

B *in imag., per compar. vel allegoriam*: **1** *-untur ii, qui (ea, quae) tamquam igni inflammati (inflammata) sunt*: **a** *homines eorumve coetus sim.* (*animus l. 36. 43, mens l. 41*): Plavt. Trin. 676 tuom incendes genus (*sc. si agrum vendis*); tum … tibi aquai erit cupido, genu' qui -as tuom. Cic. div. 1, 61 parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque -ta. Ps. Cic. exil. 29 quae civitas cum a scelerata coniuratione esset incensa, meo ductu ac labore -ta est. Sil. 16, 618 quo Martem aut quo signa trahis? -ere primum est ardentem, *sc. bello,* Italiam. Tac. ann. 3, 54, 1 aeger et flagrans animus haud levioribus remediis -endus est quam libidinibus ardescit. Greg. M. moral. 10, 8 l. 93 ut *pius* accensos in huius mundi desideriis increpatione -at (-string- *var. l.*). *qui orationem, verba sim. audiverunt* (*cf. l. 64sq.*): Ter. Phorm. 975 illam *feminam primariam* dictis ita tibi incensam (*i. iratam*) dabo, ut ne -as, lacrumis si exstillaveris. Cic. de orat. 1, 219 neminem posse eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo aut inflammatas -ere. orat. 122 perorationem inflammantem -entemve, *sc. animos.* fin. 4, 7 ille incendat? -et citius, si *audientem* ardentem acceperit. **b** *res*: Ps. Cic. exil. 14 animadvertistis illam conspirationem conflatam ita esse -tam, ut nulla scintilla compareat incendii. Vet. Lat. Eph. 6, 16 (Mar. Victorin. *ad l., sim. al.*) in quo *scuto fidei* possitis omnes sagittas nequissimi igneas -ere **(***gr. σβέσαι, Vulg.* extinguere. *item -untur arma ardentia diaboli*: Ambr. in Luc. 7, 95 l. 22 qui *Christus* in pectoribus gentilium … iacula adversarii ignita -xerat [-strinx- *var. l.*]. Hier. epist. 54, 7, 3 ardentes diaboli sagittae … vigiliarum frigore -endae sunt [ex-, -string- *var. ll.*]**)**. Vita Hil. Arel. 26 l. 46 spectator certaminis humani quotidiani exercitii palaestram … intuetur; videt ignita iacula dirigi, sed lacrimarum facit fonte -i.

2 *-itur ignis sim. ipse, qui pertinet ad:* **a** *hominem aliis periculosum*: Enn. scaen. 64 (*cf. 35sq.* mater gravida parere se ardentem facem visa est in somnis Hecuba) adest fax, *i. Paris,* obvoluta sanguine atque incendio, … ferte opem et -ite. Decl. in Catil. 42 ⌞-enda⌟ est … flamma nobis scelerata …, dum … facultas ⌞-endae⌟ … data est (⌞ ⌟ -string- *var. l.*), ne … nos frustra … furibundam … -ere (ex- *var. l.*) cupiamus. 81 ea fax incendii rursum benignitate deorum … -ta est (ex-, restricta *var. ll.*).

b *affectum* (*morbum p. 1573, 1; cf. p. 1573, 29sqq.*): Cic. Cluent. 137 quod senatus decreverat ad illud invidiae praesens incendium -endum **(**de orat. 2, 197 qui … tantum i. non oratione solum, sed multo etiam magis … ardore animi concitaras, ut ego ad id -endum vix conarer accedere. orat. 27 facile est … verbum aliquod ardens … notare idque -tis iam animorum i. irridere. Clavd. Don. Aen. 12, 55 p. 558, 30 ['*Amata* ardentem generum … tenebat'] nitebatur … i., *i. iram,* iuvenis fletus ubertate -ere [-string- *var. l.*]**)**. fin. 1, 43 omnium cupiditatum ardore -to **(**Phil. 5, 25. ad Brut. 5, 1 quorum *arma poscentium* repressimus impetum a. que -ximus. Tert. adv. Marc. 2, 18, 2 ut … pecuniae a. -geretur [-string- *var. l.*]. *al.***)**. Lvcr. 4, 1087 unde est ardoris origo, -i … posse ab eodem corpore flammam *voluptatis* (CE 934, 3 [*saec. I a. Chr.*] non possunt lacrumae -ere f. *amoris. al.*). Ov. rem. 807 vina parant animum Veneri, nisi plurima sumas …; nutritur vento, vento -itur ignis **(**[-string-, constring- *var. ll.*]. Carm. epigr. Hisp. Cugusi 90A, 1 [= 90B, 1; *aet. Neronis aut Fla-*

[Beron]

viorum] Nympharum latices, alios -itis i.; me … acrior urit ⟨a⟩mor. AVSON. 13, 91 [80 S.], 1. AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 5, 2 quae *caro Christi* -xit i. libidinum [-strinx- *var. l.*]**)**. GELL. 12, 1, 22 vigor ille maternae flagrantiae … paulatim -itur (-string- *var. l.*). **c** *bellum, coniurationem sim.* (*cf. l. 56 sqq.*): CIC. Verr. II 5, 14 exortam videtur *imperator* flammam paucorum dolore ac morte -xisse (Sull. 83 cuius *Catilinae* nuper ferrum rettuderim f. que -xerim. CLAVD. 26, 291). Catil. 3, 2 toti urbi … subiectos prope iam ignīs *coniurationis* circumdatosque -ximus. Marcell. 29 nisi belli civilis incendium salute patriae -xeris (rep. 1, 1 non duo Scipiones oriens i. belli Punici secundi sanguine suo -xissent. *al.* PS. CIC. exil. 8 LIV. 28, 42, 10). fam. 6, 12, 4 cum hic ardor -tus esset. STAT. Theb. 11, 413 -xit Bellona faces (-strinx- *var. l.*). **d** *rem variam*: CIC. Verr. II 1, 153 improbitas tamquam aliquod incendium -endumst **(**[-enda est *var. l.*]. Mur. 51 cum idem ille *Catilina* … Catoni … iudicium minitanti … respondisset, si quod esset in suas fortunas i. excitatum, id se non aqua, sed ruina -turum [ex- *var. l.; huc spectant* SALL. Catil. 31, 9 VAL. MAX. 9, 11, 3 FLOR. epit. 4, 1, 7]. POMER. 2, 7, 2 *peccatores* lacrimis ex vera cordis compunctione fluentibus -ent aeterni ignis incendia**)**. Tusc. 3, 2 *natura* parvulos nobis dedit igniculos *virtutis,* quos celeriter malis moribus … depravati … -imus. DECL. in Catil. 30 lux … praeclari … ingenii … nonne inter foedissimas voluptatum sordes -ta est? (ex-, restricta *var. ll.*). HIER. in psalm. 28 paenitentiam Ioannes … praedicans omnem gehennae -bat ardorem (ex- *var. l.; cf. l. 18*). COD. Iust. 5, 4, 19 (*a. 405*) ut … -tis … calumniarum fomentis matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum. PETR. CHRYS. serm. 12, 4 per hoc *ieiunium* Loth Sodomiticum -xit incendium, *i. improbitatem Sodomitanorum* (-strinx- *var. l.*) *al.*

II *vi incorporali (sed saepe imago ignis sim. -endi subesse vid., quam v. sub IB); -untur*: **A** *quorum potius vis, auctoritas imminuitur, debilitatur, superatur*: **1** *res* (*ipsa vis l. 50*): **a** *affectus* (*verba irata l. 31; cf. p. 1572, 61 sqq.*): TER. Eun. 69 (*64* quod … tecum iratus cogitas) *femina* haec verba una … falsa lacrimula … -et. CIC. Sest. 82 sanguinem quaeri ad -endam invidiam facinoris Clodiani (APVL. apol. 67, 5. *cf.* FRONTO p. 54, 12 *malum invidiae* magna molestia … erit -endum). Pis. 59 meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque -as **(**nat. deor. 2, 148 hac *eloquendi vi* c. iracundiasque -imus. DECL. in Catil. 86 ut *c.* -endarum … rationem … consequi possis [-string- *var. l.*]**)**. Rab. Post. 13 cum odium non -retis. top. 86 oratio … iracundiam -ens (nat. deor. 2, 148 *l. 35.* TAC. hist. 1, 66, 1 -i posse i. exercitus. *cf.* SYNON. Cic. p. 432, 6 ira resedit. -ta est). PS. QVINT. decl. 15, 8 quae *potio* finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria -ret **(**[-string- *var. l.*]. AMBR. fug. saec. 9, 53 anima omne -cxit carnale d. [-xit, -strinx- *var. ll.*]. *al.***)**. PLIN. epist. 2, 11, 6 favor et misericordia … consilio et ratione quasi -ta considunt. APVL. met. 2, 11, 2 quod *vinum* nobis -at pudoris ignaviam. *al.* **b** *quaelibet res naturales*: LVCR. 5, 120 qui *Epicurei* ratione sua … velint caeli -ere solem, inmortalia mortali sermone notantes. HOR. carm. 2, 11, 19 quis puer ocius -et ardentis Falerni pocula praetereunte lympha? PLIN. nat. 20, 210 venena … -i pro cibo sumpta *porcillaca* ([-stringi *var. l.*]. 20, 223. *al.; cf.* 32, 58 veneficium). 23, 119 *fici* canum rabiosorum morsus folio trito … -gunt ([*Sillig,* -string- *codd.*]. 24, 154). 24, 45 cortex e vino scorpionum ictus -it. 26, 98 -it vim eius *satyrii* aqua mulsa.

2 *homines*: LVCR. 3, 1044 qui *Epicurus* genus humanum ingenio superavit et omnis -xit (-cxit *var. l.*), ⌊stellas exortus ut aetherius sol⌋ (*ad p. 1572, 23*).

B *quae (qui) potius tolluntur, finiuntur*: **1** *res*: **a** *actiones hominum* (*daemonum l. 72*): **α** *bellum, seditio, coniuratio sim.* (*cf. l. 4 sqq. p. 1572, 45*): CIC. inv. 1, 1 plurima bella -ta … intellego **(**Phil. 5, 40 cum … eius *Lepidi* opera … b. acerbissimum civile ⟨s⟩it -tum. fam. 11, 12, 1 non modo non -tum b., sed etiam inflammatum videtur. *al.; cf.* VELL. 2, 88, 3 b. civilis … initium. TAC. hist. 4, 80, 1 semina b.**)**. leg. 3, 24 arma ceciderunt, -ta seditio est. PS. CIC. exil. 6 quod homo novus perniciosum nobilium -xerit furorem. PANEG. 2, 23, 4 quantam tibi gloriam -enda *pestis* servabat (-string- *var. l.*). **β** *cetera exempla*: CIC. Phil. 13, 1 timui, ne condicio insidiosa pacis libertatis recuperandae studia -ret **(**orat. 5 Aristoteles … scientia et copia ceterorum s. *non* -xit [-strinx- *var. l.*]. LIV. 10, 13, 8. COLVM. 1 praef. 30 *Homerus non* fluminibus facundiae suae posteritatis s. -cxerat [-strix- *var. l.*]**)**. Att. 13, 10, 3 *ut Brutus* sermunculum … omnem aut -xerit aut sedarit (-strinx- *var. l.*). RVFIN. hist. 2, 15, 1 cum … verbi dei lumen fuisset exortum, Simonis *magi* quidem tenebrae (*i. impia scelera*) cum suo auctore -tae sunt (*gr. ἡ … τοῦ Σίμωνος ἀπέσβη … δύναμις*). 7, 10, 4 qui possint virtute meritorum suorum -ere fallacias daemonum (*gr. διασκεδάσαι*). *al.*

b *res naturales*: **α** *sitis, fames sim.*: CIC. fin. 2, 9 (*antea*: estne … sitienti in bibendo voluptas?) eademne, quae -ta siti? **(***ibid. iterum* [*v. p. 1571, 14*]. VERG. ecl. 5, 47 dulcis aquae saliente s. -ere rivo. COLVM. 11, 3, 9 s. aestatis -itur fontibus [-string- *var. l.*]. *al.***)**. SEN. dial. 7, 20, 5 edendi mihi erit bibendique finis desideria naturae -ere. SIL. 13, 576 Megaera hinc, *sc. ex Acheronte,* sitit ac nullo rabies -itur haustu (ex- *var. l.*). GELL. 16, 3, 3 voluntas capiendi eius *cibi* desiderandique -itur. *al.* **β** *morbi, tumores sim., qui curantur* (*cf. febres p. 1572, 26*): PLIN. nat. 8, 99 draco … nausiam … lactucae suco -it. 26, 8 morbus *quidam* celeriter in Italia -tus est (-strict- *var. l.*). 26, 93 negat Apollo pestem posse crescere, cui nuda virgo -at. 32, 108 carbunculos … salsamenta … -gunt. 32, 119 ignes sacros -gunt ranarum … ventres inpositi ([-string- *var. l.*]. GARG. MART. med. 10, 2). VEN. FORT. vita Germ. 49 quicquid inerat ulceris, *medicus* pretiosa cura -xit (-strinx- *var. l.*). **γ** *res liquidae*: PETR. CHRYS. serm. 103, 5 ad … viduae lacrimas … sic motus est Christus, … ut ex oculis stillantia dolorum fluenta -ret (-string- *var. l.*).

c *cetera exempla*: HEGES. 5, 22, 1 p. 348, 30 altaria … urbis excidio, ⌊sacerdotum quoque sanguine⌋ -bas (*gr. non resp.*; ⌊⌋ *ad p. 1571, 61 sqq.*). COMMENT. Lucan. 4, 795 ('compressus sanguine pulvis') *Curio* pulverem, quem concitaverat (*i. motum pulveris*), sanguine suo -xit (-strinx- *var. l.*).

2 *animantes (fere homines eorumve partes, sed animal l. 23): qui interficiuntur*: CIC. Sest. 47 ut alii dicerent animos hominum sensusque morte -i, alii … mentes sapientium … virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere. PLIN. nat. 29, 62 haustas *sanguisugas* … ab animalibus -ere *cimicis* in potu datis. VEREC. in cant. 4, 8 *domus* omnes intra se positos ruina vehementi -xit (*postea: impii* filii … inpulsu perierunt ruinoso). *qui non sinuntur nasci*: PLIN. nat. 28, 252 equi spuma inlita …, priusquam primum nascantur, pili -guntur (-stringunt(ur) *var. ll.*).

deriv.: restinctio, restinctor. *compos.*: irrestinctus. *Beron.*

restio, -ōnis *m.* *a* restis. *notatur* r *l. 42.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 400, 1 *differentia inter* restiarium et -em: restiarius qui facit, -o qui vendit. GLOSS. II 450, 18 *σχοινοπλόκος*: resticularius, -o (III 309, 28 *σ.*: -o). 591, 32 -o: funium factor. *inde formis depravatis (sec. suffixum nominis actoris commune): ibid.* 439, 10 *στροφοποιός*: ressor (450, 15 *σχοινᾶς*: r.). 591, 35 restor: funium factor (*cf. l. 32*).

1 *iocose adhibetur de eo, qui verberatus restes consumit* (*cf. e. g. p. 1575, 75*): PLAVT. Most. 884 (*loq. servus timens dominum iratum*) *illi conservi* erunt bucaedae multo potius, quam ego sim -o. **2** *proprie significatur, qui restem facit venditque (qui nimis acute distinguuntur l. 30): in titulo mimi* LABERII: GELL. 10, 17, 2 in mimo, quem scripsit -em (restitionem, rettiorem, rectiorem *var. ll.*). 16, 7, 6 in -e. *exempla cetera*: CIL XIV 4549, 58 (*aet. imp. Claudii in opere musivo iuxta imaginem instrumenti -um*) s(tuppatores) r(estiones) **(***cf.* 4549, 1 [*saec. II*] stuppatores res⟨tione⟩s. *de eorum collegio ut*: VI 9856 conlegiu(m) -u(m)**)**. SVET. Aug. 2, 3 libertinum *quendam* …, -em e pago Thurino. CIL IX 1940 L. Pupius Primigenius ⌊-o⌋ sibi (⌊⌋ *vix cognomen, v.* INSCR. Année Épigr. 1998 n. 381). INSCR. Année Épigr. 2009 n. 213 (*Tarracinae*) ⟨Ve⟩veius Comus -o.

cf. Onom.

restipulātio, -ōnis *f.* *a* restipulari. *litteris gr. l. 54.* *de notione*: DIFF. ed. Uhlfelder 164 inter stipulationem et -em et adstipulationem et constipulationem *eqs.* (*v. vol. II 951, 9 sqq.*). GLOSS.[L] II Philox. RE 256 -em: *ἀνθορισμόν* (GLOSS. II 227, 32 *ἀ.*: haec -o, haec responsio. 495, 30). GLOSS. II 228, 65 *ἀντεπερώτησις*: -o (GLOSS. iurispr. *μαγκίπιουν P* 19 *ρεστιπουλατιω· ἀ.*). 591, 25 -o: obstitutio, oppositio respondendi. [*vulgo restit. pro* stipulatio CIC. Q. Rosc. 38, *sed v. Stroh, Taxis und Taktik, 1975, 125 adn. 75.*]

i. q. actio vel formula restipulandi (*t. t. iuris iam in* EDICT. praet. *obvius, v. Lenel, Das Edict., [3]1927, 471 sq.; plur. non legitur; disting.* sponsio *l. 64 sqq.*): CIC. Q. Rosc. 37 recita istam -em; … quid enim -o clamat? '… partem dimidiam *summae* … Roscio me soluturum spondeo'. 38 cur … in societate dissoluta nova haec -o interponitur? quis est huius -is scriptor, testis arbiterque? 51 cum ex -e pars eius *summae* dimidia Roscii esset. GAIVS inst. 4, 13 periculosa est actio certae creditae pecuniae propter sponsionem, qua periclitatur reus, … ⟨et⟩ -em, qua periclitatur actor. *ibid.* sponsionis et -is poena (180 *bis.* 181). 165 actor … sponsionis formulam edit adversario, ille huic invicem -is. 166 una inter eos sponsio itemque -o … fit. 166[a] *iudex* adversarium mihi et sponsionis et -is summas, quas cum eo feci, condemnat et … me sponsionis et -is … absolvit (167. 168). 174 actoris … calumnia coercetur … -e. INTERPR. Gai 96 (*ad p. 1575, 19*) ideo nec ⌊-o⌋ fit (*et ter ibid.*; ⌊⌋ stip- *legit Chatelain*).

restipulor, -ātus sum, -ārī (*act.* restipulo, -āre *l. 75*). *a* re- *et* stipulari. *de origine et notione*: VARRO ling. 5, 182 diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, stipulari et -ari. GLOSS.[L] II Philox. RE 257 -at: *ἀνθορίζει.* GLOSS. II 228, 64 *ἀντεπερωτῶ*: -or, ⟨r⟩estipulo. NOT. Tir. 67, 32 -atur. [*e coni. dub.* -bitur *pro* re-

[Bk.]

stituet LEX Rubr. (CIL I^2 592) 2, 35, *v. Crawford, Roman Statutes I, 1996, 476 ad loc.*]

t. t. iuris i. q. contra stipulari (*ad arcenda damna imminentia; respondetur fere stipulanti cuidam praeter l. 13*): **1** *indicatur, qua de re agatur restipulatio*: CIC. Q. Rosc. 36 cur ... decidit *Flavius satisfaciens alteri socio petenti* et non -atur neminem amplius petiturum? (*postea*: stipulatione alliget. *item accedit acc. c. inf.*: ALF. dig. 39, 2, 43, 2 quoniam -tus esset a vicino ... id *damnum* reddi). 38 quid hic *Roscius* ... nunc -atur, quod iam pridem ipse exegit? (*cum acc. obi. ut*: APVL. apol. 102, 2 ut eam dotem filiis suis ... -retur). 56 qui *Roscius* ... -retur a Fannio diligenter, ut ... dimidiam partem sibi dissolveret (*postea*: sine cautione et repromissione). LEX Rubr. (CIL I^2 592) 1, 8 qua de re quisque et a quo ... damnei infectei ex formula -arei satisve accipere volet (ALF. dig. 39, 2, 43, 1 *quidam* d. i. vicino repromisit ⌊ab eoque⌋ [adeoque *trad.*] -tus est). **2** *exempla cetera*: VAL. MAX. 2, 8, 2 Valerius *praetor* sponsione Lutatium *consulem* provocavit, ni suo ductu Punica classis esset oppressa, nec dubitavit -ari Lutatius (GAIVS inst. 4, 165 actor provocat adversarium s. ..., ille autem adversus sponsionem adversarii -atur. 166 invicem ambo -antur adversus sponsionem). GAIVS inst. 4, 94 *in stipulatione 'pro praede litis et vindiciarum'* is, cum quo agitur, non -atur.

deriv.: restipulatio. *Bk.*

restis, -is *f.* [*a* *resg-ti-, *cui subest radix* *resg- *'plecto', cf. lituan.* rezgù *'plecto', ind. vet.* rájju- *'restis', lituan. vet.* rekstis *'sporta'. cf. Walde-Hofmann II 431; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ^{2}2001, 507; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 521. Mei.*] *de origine*: ISID. orig. 19, 4, 1 -es, sive quod rates contineant, seu quod his retes tendantur. *genus fem. apparet inde a* PLAVTO *l. 64 (cf. l. 34), masc. p. 1576, 22. de formis: testantur acc. sing.* -im DON. gramm. mai. 2, 10 p. 627, 5. CONSENT. gramm. V 355, 24 -im potius quam ... -em. *al.; abl. sing.* -i PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 157, 1 ne illa quidem ratio recepta est, quam G. Caesar pon⟨it⟩ in femininis, ut puppi[m] -i[m], pelvi[m] (*em. Nipperdey; alii lacuna statuta casum acc. retinent*). DON. gramm. mai. 2, 10 p. 627, 4 PHOC. gramm. V 430, 11; *nom. plur.* VARRO ling. 8, 66 vulgo ... dicunt ... hae ... -is et hae ... -es. *usus auctorum: sing. acc. et* -im *et* -em *usque ad* APVL., *postea* -em *tantum; abl.* -e *passim,* -i *non nisi p. 1576, 40. 44 et* HESYCH. in lev. 4, 27 p. 829^B; *plur. nom. et acc.* -es *passim (sed acc.* -is *p. 1576, 62; v. etiam p. 1577, 4), gen.* -ium *p. 1576, 8. 36. de notione*: SYNON. Cic. p. 442, 25 rudentes. -es. lineae. funes. tomices. halciae. GLOSS. -is: *σχοινίον μικρόν. σπαρτίον. σχοῖνος.* GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1679 -is: salix voluta (*om. cod. Paris.*). *al. legitur in* LEGE reg. *l. 60, deinde in versibus inde a* PLAVTO, CAECIL., TER., LVCIL. (*exceptis Christ. deest fere in poesi epica*), *in orat. soluta inde a* CATONE, VARRONE, LIV. (*de* CAES. *v. l. 31*). **[***notione 'funis e iunco sim. textus' vel 'series ceparum āliorumve frondibus eorum contexta' sard.* rèste, *it., histr.* resta, *raet. or.* rieste, *francog. vet.* (*Hainaut, Flandre*) ries, *francog. vet., prov., cat.* rest, *hisp.* ristra, *vet., astur.* riestra, port. réstia, *vet.* reste. *cf. M.-L. 7251 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3233. Cortelazzo-Zolli^2 1350. Wagner II 355. Wartburg X 322 sq. Corominas-Pascual V 34. Machado^3 V 89. Houaiss^2 2442. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. c.* recte *p. 1576, 21. 45 (restit. p. 1576, 2); e coni.* -e *pro* certe *p. 1576, 47; in var. l. falsa pro* vestis IVV. 12, 68 (SCHOL. -bus: funibus, *codd. Iuv.* vestibus), *e coni. dub.* DRAC. Romul. 4, 29 (-bus *Haupt,* vestibus *trad.*), *v. etiam l. 74. p. 1577, 13; falso trad. pro* rete COLVM. 12, 46, 2.**]**

1 *fere i. q. funis* (*quae vox pro syn. ponitur e. g. p. 1576, 39. 54 [cf.* funiculus *p. 1576, 55], sed disting. e. g. p. 1576, 61 sq.,* funis *maior esse vid. ut e -bus factus p. 1576, 63; gr. resp. σειρά p. 1576, 19, σπαρτίον p. 1576, 73, σχοινίον p. 1576, 15. 17. 50*): **a** *de usu; -is adhibetur*: **α** *ad homines suspendendos, sc. ut occidantur (aliter p. 1576, 33): verberibus* (*v. Ogilvie, comm. 1965, ad l.; alii locum ad l. 61 sqq. trahunt*): LEX reg. (Liv. 1, 26, 6) *lictor reum perduellionis* infelici arbori -e suspendito, verberato *eqs.* (*sim. Cic. Rab. perd. 13, sed deest* -e). *strangulatione* (*-is est laqueus; cf. p. 1576, 24. 29. 1577, 2 et Otto, Sprichw. n. 1528*): PLAVT. Cas. 425 si nunc me suspendam, ... -im sumpti fecerim. Persa 815 -im tu tibi cape crassam ac suspende te (*tamquam maledictio ut*: Poen. 396. CIL IV 6640 curioso -e(m) [*sim.* 8306]. VI 12649, 15 [*saec. I/II*] -em et clavom. CE 95, 3 [*saec. II/III*] clavom et -em sparteam, ut sibi collum alliget. TEST. porcelli p. 269, 11**)**. MART. 4, 70, 1 nihil Ammiano praeter aridam -em moriens reliquit ... pater. IVV. 6, 30 ferre potes dominam salvis tot -bus ullam? APVL. met. 1, 16, 5. *proverbialiter de causa perdita*: PLAVT. Pseud. 88 -im volo mihi emere ..., qui me faciam pensilem. CAECIL. com. 215 ad -im res redit (*sim.* TER. Phorm. 686 mihi quidem [SCHOL. p. 136, 14 ad laqueum, ad impedimentum meum]**)**. POMPON. Atell. 98 nunc roges quid fiat: -is vilis est, velet gulam.

β *ad flagellandum* (*e coni.* -es *pro* vestes MAXIM. eleg. 3, 37 [*Traina, Poeti latini III, 1989, 188 sq.; alii alia coni.*]**)**: PLAVT. Persa 282 caedēre hodie tu -bus (PORPH. Hor. epod. 4, 3. PLIN. phys. Sang. p. 191 l. 13 servus fugitivus -[a]e cesus [*em. Önnerfors,* rectae *cod.*]**)**. LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 9 asser(es) vincul(a) -es verberatorib(us) ... praeber(e). IVVENC. 2, 158.

γ *ad ligandum, cingendum, vinciendum sim.; ligatur -e*: Ⓘ *res*: PLAVT. Rud. 367 properans exsolvi -im *scaphae.* AMM. 20, 11, 19 direptis -bus, quibus ... *machina* implicabatur. 23, 4, 5 (*de constructione machinae*) ab hac medietate -ium ligneus stilus *exsurgit.* Ⓘⓘ *homo eiusve corpus, pars corporis*: TER. Ad. 752 tu inter eas -im ductans saltabis (**[**DON. *ad loc.* 1 sq. cum conexis manibus fune[m] chorum ducunt; [2] at ego puto manu consertos ... choros ... -em ducere existimari. SCHOL. Bemb. manus invicem copulans]. *item in saltando*: LIV. 27, 37, 14 per manus -e data virgines ... incesserunt**)**. QVINT. inst. 6, 3, 80 ut iis *murenis longis* piscatores pro -bus cingantur (VET. LAT. Is. 3, 24 [Cypr. hab. virg. 13, *sim. al.; gr. σχοινίῳ, Vulg.* funiculus]. REGVLA mag. 11, 111**)**. VET. LAT. psalm. 139, 6 (cod. 300, *sim.* Aug. in psalm. 139, 9; *in imag.*) -es extenderunt in muscipula pedibus meis (*gr. σχοινία, cod. 189 et Vulg.* funes). prov. 5, 22 (Iren. 3, 9, 3. *al.; in imag.*) -bus ... peccatorum suorum unusquisque constringitur (*gr. σειραῖς, Ambr. paenit. 1, 14, 73. al.* vinculis, *Hier. in Is. 12, 42, 9. al. et Vulg.* funibus). VVLG. Iudith 6, 9. PAVL. NOL. carm. 19, 594 *praedonis* manus ... -e repletas (recte *var. l.*). CYPR. GALL. iud. 666 (*ad 15, 10 sq.*) -es ... intactos, qui nulla fiant versura soluti. MARCELL. med. 29, 13 coli dolorem avertes, ... si de -e ventrem circumcinxerint, de qua quis laqueo vitam finierit (*sim.* ANTIDOT. Brux. app. 201). *al.*

δ *ad tendendum (cf. p. 1575, 26): lectos*: CATO agr. 25 vinaceos cotidie recentis succernito lecto -bus subtento (PORPH. Hor. epod. 12, 12 l. -bus sive fasciolis subtentum). LVCIL. 251 tres a Deucalione grabati -bus tenti. 1060 (*si huc*) vetus, -bus aptus. MART. 5, 62, 6. APVL. met. 1, 16, 4 -im, qua *grabattulus* erat intextus, adgredior expedire (*sc. suspendii causa*). *varia*: VARRO rust. 1, 8, 2 iugorum *vinearum* genera fere quattuor, pertica, harundo, -es, vites: ... -es, ut in Brundisino *eqs.* ISID. orig. 19, 5, 1 retes ... a -bus, quibus tenduntur.

ε *ad submittendum; suspenditur sim.*: Ⓘ *homo* (*aliter p. 1575, 58*): LIV. 8, 16, 9 cum ... religata ad pinnam muri -e suspensus manibus se demisisset *captivus.* AMM. 19, 8, 8 neque descendendi *in puteum* pro altitudine nec -ium aderat copia. Ⓘⓘ *res*: IVV. 3, 226 puteus ... brevis nec -e movendus. HIL. myst. 2, 8, 3 signum pendentis de fenestra -is coccineae (*alludit ad Ios. 2, 18 ut*: PS. ORIG. tract. 12, 25 sq.). GREG. M. dial. 2, 1, 5 ex eadem rupe in longissimo fune religatum Romanus deponere panem consueverat, in qua etiam -i parvum tintinabulum inseruit (-e *var. l., pars edd.*).

ζ *ad trahendum* (*trahi dicitur ipsa -is l. 49 sqq.*): FEST. p. 356 pulvillum, quem in ⟨collo habent, ne -is⟩ laedat, tomicem vo⟨cari⟩ (*suppl. e* PAVLO p. 357 ne a -i laedantur). VAL. MAX. 7, 8, 5 cadaver populus Romanus cervicibus -e (recte *var. l.*) ⌊circumdatis⌋ per vias traxit (⌊ ⌋ *ita vel* -ta *coni. Gertz,* -tum *trad.; v. app. crit.*). PLIN. nat. 7, 144 (*e coni.*) *poena* faucium -e intortarum (*Ruhnken,* certe *codd.*). IVV. 10, 58 descendunt statuae -emque sequuntur. *apud Christ. in compar. vel imag.*: VET. LAT. Is. 5, 18 (Aug. in euang. Ioh. 10, 5, *sim. al.*) vae his, qui trahunt peccata sicut -em longam! (*gr. σχοινίῳ, Hil. in psalm. 128, 7. al.* funem, *Vulg.* in funiculis. *huc spectat* PS. ORIG. tract. 12, 28 [*bis*] -em peccati. *cf. l. 64*)**.** *al.*

η *ad varios usus* (*ad torquendum funes v. l. 63; hucine p. 1577, 15?*): COLVM. 11, 3, 5 *farina* inlinitur vel nauticis veteribus funibus vel quibuslibet aliis -bus (*postea*: funiculi. *ad seminandum ut*: PLIN. nat. 17, 62). PLIN. nat. 34, 123 dependent -es lapillis extentae, quibus adhaerescens limus *eqs.* (*ad chalcanthum faciendum, v. Blümner, Technol. I^2 282; pendet* ISID. orig. 16, 2, 9). IVV. 14, 274 hic *funambulus* ... brumamque famemque illa -e cavet.

b *de materiis et fabricatione* (*cf. p. 1575, 66*): VARRO rust. 1, 22, 1 quae fiunt de cannabi, lino ..., ut funes, -es, tegetes. 1, 23, 6 cannabim, linum ..., unde nectas bubus soleas, lineas, -is, funes. FEST. p. 356 ⟨ex cannabi inpolita⟩ et sparto leviter tortae ⟨-es, ex quibus funes⟩ fiunt (*suppl. e* PAVLO p. 357). AVG. in psalm. 130, 2 quomodo ... ut -is fiat, additur spartum sparto ..., sic ... *peccatis annexis* fit -is longa. quaest. hept. 2, 104 inplicatis duabus virgulis in modum -is, sicut etiam torques fieri solent. VITA Pacom. 45 Pacomius ... -em torquebat ex iunco (-im, funiculum *var. ll.*).

c *varia exempla*: PLAVT. Rud. 1036 paulisper remitte -em *viduli* (*cf. 1031* rudentem amittas). CATO agr. 77 inde *spiram, i. opus quoddam pistorium,* tamquam -im tractes, facito. FEST. p. 265 rudentes -es nauticae. PETRON. 45, 9 colubra -em non parit (*v. Otto Sprichw. n. 412*). VET. LAT. cant. 4, 3 (cod. 169. *al.*) sicut -is coccinea labia tua (*gr. σπαρτίον, Vulg.* vitta; *cf. p. 1570, 62. huc alludunt*: PS. ORIG. tract. 12, 28 ecclesiae labia, quae caro est, ... -e [*pro* -i] coccineae comparantur. EPIPHAN. SCHOL. Phil.

[Ryser]

Carp. in cant. 92 [*bis*]**)**. CONSVLT. Zacch. 1, 32, 11 numquid in -e mors posita est? et multi vitam laqueo finiunt. ISID. orig. 19, 4, 4 tormenta … a tortu dicta, -es funesque. *exemplum dubium*: INSCR. Mon. pal. med. aevi ser. hisp. I n. 50, 3 (*saec. VI/VII*) restas (*fort. pro* -es, *nisi legas* sestar⟨…⟩; *v. Velázquez Soriano, Las pizarras visigodas, 2004, 280*).

2 *significantur partes herbarum sec. formam vel usum funibus similes, sc.*: **a** *caules vel folia ālii, quae ad usum medicum adhibentur*: PLIN. nat. 20, 51 *alium* tostum cum -bus suis efficacissime ex oleo inlinitur (*ad ictus, morsus venenosos ut*: GARG. MART. med. 18, 7 siccum cum -bus suis oleoque permixtum. PLIN. med. 3, 37, 3). PLIN. med. 1, 3, 2 alium cum sua -e comburitur **(***ad ulcera capitis ut*: PLIN. phys. Sang. p. 187 l. 29. *al.; aliis locis similibus Marcell. med. 4, 11 Plin. phys. Bamb. 6, 5 legitur* vestis [*cf. Marcell. med. 11, 7* alii tunicula vel operimentum]**)**. **b** *folia cepae intorta* (*ni fallimur; sc. ad bulbos suspendendos*): MART. 12, 32, 20 calvae … -es alioque cepisque (*i. bulbis esculentis privatae; alii -es funiculos esse putant, quibus bulbi alligari possint, ut locus ad p. 1576, 53 sqq. pertineat*).

3 -is olivae *nomen est herbae, i. q. chamelaea* (*fort. 'Daphne oleoides' L., v. André, Les noms de plantes, 1985, 216; si ita est, vix apparet, quare sic appelletur*): MARCELL. med. 30, 18 chamelaea pota, quae dicitur -is o., aquam detrahit.

deriv.: restiarius, resticula (*vel* -us), restio. *Ryser.*

restito, -āre. *a* resistere, restare (restiti). *de notione cf. l. 38.* [*restituitur l. 31. 47; e coni. dub.* -antes *pro* resistentes LIV. 6, 7, 7.]

i. q. resistere, sc. vel identidem (e. g. l. 30 sqq.; c. abundantia quadam accedit saepius *l. 39,* subinde *l. 35) vel obstinate sim.* (*e. g. l. 37*):

1 *usu communi de animantibus*: **a** *mero respectu non procedendi de eis*: **α** *qui subsistunt, moveri desinunt* (*sunt qui huc trahant l. 41 et* CE *p. 1476, 67*): PLAVT. Capt. 502 *multi* eunt obviam gratulanturque …; me miserum -ando retinendoque lassum reddiderunt. Merc. 122 (*loq. servus currens*) quam -o (*Bentley,* resisto *trad.*), tam maxime res in periculo vortitur. PLIN. nat. 8, 50 magna canum … urguente vi contemptim -ansque cedit *leo* (*cf. Arist. hist. anim. 629b14 βάδην … καὶ κατὰ σκέλος, Sol. 27, 18* subsistentes … interdum. *sim.* SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4 *leaena* subinde -ans, subinde respectans *duxit sequentes*). **β** *qui manere pergunt* (*e coni. dub.* PLAVT. *p. 1476, 17.* POMPON. *p. 1478, 27*): TER. Eun. 668 exi foras, sceleste; at etiam -as, fugitive? prodi (*huc spectat* GLOSS. -[i]as: resistis). IVLIAN. in psalm. 1, 1 l. 119 (*in imag.*) malis operibus gradum figere ac saepius ⟨-are⟩ (*mutavit ipse scriba in* resistitare).

b *accedit respectus renitendi, repugnandi* (*cf. l. 47*): ENN. sat. 5 -ant, occurrunt, obstant *eqs.* (*nisi ad 1aα, v. Russo, 2007, 100 sq.*). LIV. 7, 39, 14 aut imperium … aut, ubi -ret, mortem, ni sequeretur, denuntiantes in castra pertraxerunt *milites Quinctium* (*cf.* 10, 19, 5 prope -antes consules in contionem pertraxerunt). 30, 31, 8 (*Scipio Hannibali*) cum prope manu conserta (-tum *trad.*) -antem *te* ac tergiversantem in Africam attraxerim.

2 *singulariter de re* (*si recte coni.*): ENN. scaen. 224 (*exemplum indignationis affert Iul. Ruf. rhet. 11*) id meis rebus regimen rest⟨it⟩at (*suppl. Bentley metri gratia; v. p. 733, 51 sqq.*).

1. restitor, -ōris *m.* *a* resistere, restare (restiti), *cf.* destitor, institor. NOT. Tir. 55, 13[a] -r (*additamentum ad 55, 13* institor *in codd. L[1], L[2]* [*mire cum glossa* restitutor]. *al.*).

i. qui resistit: PS. TIT. epist. l. 625, *v. p. 1475, 20.*

[*f.* **restitrīx** *e coni. vix recta* PLAVT. Truc. 715, *v. p. 1476, 17.***]**

2. restitor *v.* restitutor. *Bk.*

restituo, -uī, -ūtum, -ere. *a* re- *et* statuere. *scribitur* ress- INSCR. Année Épigr. 1904 n. 21 (*a. 151/2*). CIL III 4718 (*saec. I/III*). 14354, 28 (*saec. II/III*). *al.*

abbreviatur: 1) in titulis: res: CIL IX 7227 (*saec. I a. vel p. Chr.*) res(tituerunt) **(**III 5991 [*a. 201; nisi* rest *legendum sit*]. INSCR. Année Épigr. 1942/43 n. 55 [*a. 251*]**)**. IV 7245b res(titutum) (*si recte solvitur*). INSCR. Année Épigr. 1925 n. 116 (*saec. II*) res(tituit) (1996 n. 1247 [*a. 218*]. *al.*); rest: CIL I[2] 762a (*a. 57/6 a. Chr.*) rest(ituit) (III 2984 [*saec. I/II*]. *al.*). III 13972 (*saec. I/III*) rest(ituerunt) (4638 [*a. 200/1*]. *al.; cf. l. 59*); resti: INSCR. Année Épigr. 2015 n. 1051 (*saec. II ex./III in.*) resti(tuit) (CIL III 6465 [*a. 235*]. *al.*); restit: CIL I[2] 1462 (*a. 120/70 a. Chr.*) restit(uere) *vel* restit(uerunt) (XVII 2, 130 [*a. 235/8*]. *al.*). II 4918 (*a. 85*) restit(uit) (VII 542 [*saec. III*]. *al.*); restitu: CIL I[2] 981, 6 (*saec. I in. a. Chr.*) restitu(it) (III 4243 [*saec. II ex.*]. *al.*). VIII 20429 (*a. 244*) restitu(erunt) (XIV 18 [*saec. II ex./III in.*]); restitue: CIL I[2] 1468 (*a. 130/82 a. Chr.*) restitue(runt) (III 4626 [*a. 244/7*]); rta: CIL VIII 10293 (*a. 305/7*) r(e) p(ublica) R(omani)s r(estitu)ta. *2) in nummis*: res: INSCR. numm. imp. II[2] Tit. 477. 483; rest: *ibid.* Tit. 399 Dom. 822 Nerva 126. Trai. 105 rest(ituta) Italia. *al.*; restit: *ibid.* Tit. 427. 515 Capit(olium) restit(utum) (Dom. 841. 842); restitu: *ibid.* Tit. 405. *al.* *3) in libris, sc.* r: PROB. litt. sing. 6, 18 N. R.: non -etur. 6, 70 R. A. Q. E. I. E.: -as, ante quam ex iure exeas (*Mommsen,* -tus *cod.*). GAIVS inst. 4, 47 n(isi) r(estituat) (*v. Cristaldi, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 133, 2016, 135 sqq.*). NOT. Tir. 24, 66 -it. 24, 74 -tum.

de formis: p. p. p. restitus LEX Iul. munic. (CIL I[2] 593) 118. CIL VIII 24044 (*a. 383/93*) *et in var. ll. codicum medii aevi, e. g.* CIC. fam. 10, 27, 1 CELS. 7, 7, 6[C], *part. fut.* restiturus LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 66 (*sed v.* -tuturus 3, 59); *inter verba, quorum praes. et perf. similia sunt, affert* EXC. Andecav. 26 l. 206. *de notione* (*disting. a* reddere *p. 478, 64 sqq.; v. etiam p. 1589, 73*): GLOSS. II 229, 21 *ἀντιδίδωμι*: -o. 237, 17 *ἀποκαθίστημι*: redintegro, -o (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. RE 258 -tum: *ἀποκατεσταμένον.* GLOSS. iurispr. *μαγκίπιουν P* 4 *ῥεστιτούερε· ἀποκαταστῆσαι*). V 577, 55 -am: denuo statuam. GLOSS.[L] I Ansil. RE 1650 sq. -uit: renovabit (*i.* -vit). redintegravit. II Abav. RE 116 -it: renovat, restaurat. *al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., *in orat. soluta in inscr. liberae rei publicae (v. e. g. p. 1586, 8 sqq. 1588, 26) et inde a* CATONE, CIC.; *litteris gr. l. 10.* [*venet. rust.* (*Patavii*) restuire, *raet. or.* restituí *'vomere'. cf. Faré, Postille 7251a. Battisti-Alessio V 3234. Cortelazzo-Zolli[2] 1351. Wartburg X 323 sq. Schd.-Cr.*] **[***in falsa var. l. pro* resistere *p. 1475, 53* (*cf. p. 1592, 24*), restruere *p. 1609, 7; contextu manco* FRG. scaen. inc. (Seider, Paläographie II 1, 1978 n. 6) 17 (*saec. I*)**.]**

fere i. q. rursus statuere (*vis statuendi, erigendi elucet e. g. p. 1584, 73. 1585, 30 sq. 1586, 24. 1587, 8; accedit* rursus *sim. e. g. p. 1579, 11. 1583, 60. 1584, 6. 66. 1588, 9. 1589, 14. 21,* denuo *p. 1587, 2,* iterum *p. 1583, 75. 1584, 36. al.,* retro *p. 1588, 12; usu refl. l. 73. p. 1579, 8 sqq. 1583, 21. 34. 1585, 51. 1588, 46. 1589, 22. 29. 1590, 75. 1591, 67, mediopass. e. g. p. 1584, 20. 1585, 54 sq. 70*).

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *reddendo*:
- **A** *generatim*:
  - **1** *strictius -itur res vel persona data, ablata, amissa sim.*:
    - **a** *usu communi redditur idem*: **α** *animans: l. 54.* **β** *res: p. 1579, 13.*
    - **b** *in compensatione, retributione, remuneratione: p. 1580, 57.*
  - **2** *laxius praestatur quodcumque exspectatur, oportet: p. 1582, 1.*
- **B** *specialia quaedam: p. 1582, 33* (*ratio redditur p. 1582, 34*).

II *reficiendo, reparando, renovando*:
- **A** *quolibet contextu*:
  - **1** *exempla varia; reficiuntur*: **a** *animantes: p. 1582, 69.* **b** *res: p. 1584, 64.*
  - **2** *-itur res corporea ab hominibus constructa, erecta sim.: p. 1586, 6.*
- **B** *in iure: p. 1587, 24.*
- **C** *in doctrina sim. Iudaeorum vel Christ.: p. 1587, 51.*

III *in statum vel locum quemlibet redigendo*:
- **A** *quolibet contextu*: **1** *in vita publica vel militari vel inter populos: p. 1588, 24.* **2** *in qualibet re: p. 1589, 9.*
- **B** *in iure; -untur*: **1** *res: p. 1589, 72.* **2** *animantes: p. 1590, 57.*

IV *resistendo: p. 1592, 20.*

I *reddendo* (*accedit dat. personae passim, fortunae p. 1579, 39, cuiuslibet rei e. g. p. 1579, 5. 1580, 54 sq.; recuperando sim. p. 1580, 19 sqq. et fort. p. 1580, 28*): **A** *generatim*: **1** *strictius -itur res vel persona data, ablata, amissa sim.* (*-it fere homo, sed Fortuna l. 57*): **a** *usu communi redditur idem*: **α** *animans* (*-itur sibi ipsi l. 63. p. 1579, 6. 56; exempla selecta*): PLAVT. Capt. 588 illum *filium* -am huic *patri,* hic autem in Alidem me meo patri (TER. Andr. 570. *al.; cf.* TER. Hec. 818 gnatum. SIL. 9, 159 sic te nato natumque parenti impia *Fortuna* -it?). TER. Eun. 147 ut *sororem* suis -am ac reddam (746). CIC. Verr. II 5, 175 quo die populo Romano tribuni plebi -ti sunt. Cluent. 202 -ite *eum* incolumem municipio; amicis, vicinis, hospitibus … reddite. Flacc. 73 *ut Decianus* -at uxorem *abductam,* reddat misero patri filiam. Att. 3, 15, 4 ut me aeque tibi ac fratri et liberis nostris -tum putes **(***sc. de exilio [cf. p. 1591, 21 sqq.], ut* rei publicae: p. red. ad Quir. 18 mihi, meis, rei p. -tus … pollicebor *eqs.* fam. 1, 9, 4 VELL. 2, 77, 3**)**. 15, 4, 1 *Q. Fufi litterae,* uti me sibi -rem, *sc. in amicitiam.* fam. 3, 10, 10 (*v. p. 1579, 57*). 13, 77, 3 hunc tu si mihi -endum curaris *servum fugitivum eqs.* (LIV. 33, 36, 3 dominis. HIST. AVG. Pert. 10, 2). CATVLL. 36, 4 *puella* Veneri … vovit, si sibi -tus essem *eqs.* HOR. carm. 3, 7, 2 quem *iuvenem* tibi candidi primo -ent vere Favonii. LIV. 2, 13, 9 Romani pignus pacis, *sc. Cloeliam obsidem,* ex foedere -erunt. 3, 25, 3 quoniam neque Quinctiae familiae Caeso neque rei publicae maximus iuvenum -i posset (*cf.* SEN. suas. 7, 4 ut Cn. Pompeius et M. Cato et ille antiquos -atur rei publicae senatus). 9, 11, 3 qui te captum victori, cum qua potes fide, -is. 24, 22, 15 non dubitasse, quin et corpus suum et cetera omnia, quae suae fidei tutelaeque essent, … patriae -ret. 26, 49, 10 si quarum forte civitatium legati aderant, *Scipio* eis … suos -uit (*item -untur*

[Beron-Sx.]

captivi e. g. p. 1578, 55 et Liv. 30, 16, 10 *ut* captivos et perfugas et fugitivos -ant. 31, 48, 11 Cvrt. 3, 1, 9). 29, 21, 6 libera corpora placere sine mora Locrensibus -i; non levi defuncturum poena, qui non -isset. Val. Max. 2, 5, 4 senatus … per legatos a Tiburtibus petiit, ut eos *tibicines* gratia sua Romanis templis -rent. Sen. Thy. 433 (*Tantalus ad Thyestem*) frater *Atreus* … partem … regni reddit … teque -it tibi. Lvcan. 9, 998 (*Caesar ad deos Troiae*) -am populos; grata vice moenia reddent Ausonidae Phrygibus, Romanaque Pergama surgent. *al. refl.*: Liv. 22, 60, 27 qui *milites* per medios hostis e castris eruperunt ac per summam virtutem se patriae -erunt. 23, 7, 6 ut *Campani* interfecto Punico praesidio -rent Romanis se. Avg. ord. 1, 4, 10 (*1, 3, 9* ad me redieram, *sc. in colloquio*) ego rursum gaudens eis me -i.

β *res* (*huc traximus animalia et cadavera*): Ⓘ *-i dicitur locus sim., quo quis redit*: Ter. Phorm. 33 (*loq. Prologus; antea*: per tumultum noster grex motus locost) quem actori' virtus nobis -it locum bonitasque vestra *eqs.* Cic. fam. 3, 10, 10 patriam **(**[*v. l. 56*]. Ivst. 5, 10, 7 misericordia exulis populi permotus p. miseris civibus -it**)**. Sen. Phaedr. 1219 (*loq. Theseus*) donator atrae lucis, Alcide, tuum Diti remitte munus (*sc. me*): ereptos mihi -e manes. Phoen. 32 (*Oedipus ad Cithaeronem*) hospitium mihi illud meum -e, ut expirem senex, ubi debui infans. Rvt. Nam. 1, 162 (*ad Romam*) si … oculis umquam -ēre meis. Facvnd. defens. 6, 5, 7 episcopatum ei *Ibae* et ecclesiam -ere, de qua … erat expulsus.

Ⅱ *quaelibet exempla*: Ⓐ *in iure privato* **(***in explicatione p. 1595, 10 et* Pavl. dig. 50, 16, 35 -ere … is intellegitur, qui … simul … actori reddit … et usucapionis causam et fructuum; *in formula legis, praetoris* -as Edict. praet. 43, 2, 1 pr. Pavl. dig. 50, 17, 173, 1 cum verbum '-as' lege invenitur. *al.***)**: Ⓘ *usu communi* (*exempla selecta*): Cic. S. Rosc. 114 si *Capito* ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset, damnatus per arbitrum … rem -ret **(**Lex Rubr. [CIL I^2 592] 2, 31 eam rem … ei, quei eam petet deve ea re age⟨t⟩ …, d(are) f(acere) p(raestare) -ereve [*in eadem serie*: 2, 39]. Liv. 29, 1, 17. *al.***)**. Verr. II 1, 8 ut … bona -antur iis, quibus erepta sunt (2, 140. *al.*). 2, 31 neque is fundus Q. Catulo -etur (*ibid. iterum.* Alf. dig. 6, 1, 57 si alterutri eorum *accusatorum* … f. -isset *eqs.* Iavol. dig. 23, 4, 32 pr. *al.*). Lent. Cic. fam. 12, 15, 5 navis onerarias … dominis … -uimus. Caes. civ. 1, 87, 1 quid quisque eorum in bello amiserit. 3, 60, 5 fraudata. *et saepe; de iuris consultis v. Vocab. Iurispr. Rom. V 183, 44 sqq. in imag.*: Sen. dial. 9, 11, 3 quando … *sapiens fortunae commissa* reddere iubebitur, … dicet: … argentum, domum familiamque meam reddo, -o. ② *redditur plus quam receptum, ablatum est*: Apvl. met. 10, 17, 1 emptoribus … quadruplum -ui pretium. Vet. Lat. Sirach 20, 12 est, qui multa redimat modico pretio, et -ens ea septuplum (*gr. ἀποτιννύων*). Luc. 19, 8 (cod. 5) si cuius aliquid calumniavi, -o quadruplum (*gr. ἀποδίδωμι, Vulg.* reddo). Vlp. dig. 4, 2, 14, 15 ex sententia. Vita Caes. Arel. 1, 18 (*in imag.*) quatinus feneratori eadem *talenta* dupla -as. *al. pecunia plus quam se ipsam -ere dicitur*: Chrysost. hom. I 535^C (*in imag.; cf. antea*: ingentes … reditus conferet pecunia largita pauperibus) si … pauperibus *pecunia* foeneretur, centuplum -et.

Ⓑ *in vita publica sim.* (*exempla selecta*): Cic. S. Rosc. 139 dum necesse erat, … unus, *sc. Sulla,* omnia poterat; … *tum* sua cuique procuratio auctoritasque est -ta; quam si retinere volunt ii, qui reciperarunt *eqs.* (Marcell. 2 Marcello vobis … reique publicae reddito, non illius solum, sed etiam meam vocem et a. vobis et rei publicae conservatam ac -tam puto. Vell. 2, 89, 3). Verr. II 1, 37 non ut honos et dignitas nobilitati -retur **(**Mur. 40 L. Otho … equestri ordini -uit … d. fam. 3, 10, 10 [*simul pertinet ad α*] patriam, liberos, salutem, d., memet ipsum mihi per illum *Pompeium* -tum. *al.***)**. p. red. ad Quir. 20 cum ea, quae amiserat, sibi -ta essent, *sc. Mario.* dom. 75 utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac -tam accipere debuit, an ut … tyrannum? **(**Att. 3, 20, 2 [*in exilio scriptum*] in universa s., si ea modo nobis -etur, inerunt omnia: ex quibus nihil malo quam domum. fam. 3, 10, 10 *l. 56***)**. Macer or. frg. Prisc. gramm. II 532, 24 (*pro Tuscis a Sulla spoliatis*) ⌞quīs⌟ oportuit amissa -ere, hisce etiam reliquias averrerunt (⌞ ⌟ quos *codd.*). Sall. Iug. 31, 8 plebi sua *iura* -ere **(**or. Macri 8 C. Cotta … i. quaedam tribunis plebis -uit. Ov. fast. 1, 626 *patres* ius … exemptum [amissum *var. l.*] -isse. *al.; cf. p. 1585, 31***)**. Ov. fast. 3, 68 regna … longaevo -untur avo, *sc. Numitori* (Fest. p. 269. *al.*). Liv. 22, 30, 4 (*magister equitum ad dictatorem*) plebei scitum … abrogo et … sub imperium auspiciumque tuum redeo et signa haec legionesque -o. *et saepe. de eis, qui munus civitati reddunt, deponunt*: Epist. imp. Valent. (Inscr. Ephes. Wankel 43) 11 ut omn⟨es⟩, qui ad hos h⟨on⟩ores transire festinant, c⟨u⟩nctas primitus civitatis suae -ant functiones, u⟨t p⟩eractis curiae muneribus *eqs.* (*gr. 26 ἀποπληροῦν*).

Ⓒ *inter populos sim.*: Ⓘ *usu communi*: Cic. Verr. II 2, 86 Scipio … Siculis … Carthagine capta, quae potuit, -enda curavit. Caes. Gall. 5, 25, 2 huic *regi Carnutum* Caesar … maiorum locum -erat. Bell. Alex. 68, 1 (*67, 1 Deiotarus* depositis regiis insignibus … supplex ad Caesarem venit) regium vestitum ei -uit. Nep. Con. 5, 2 ut Ioniam et Aeoliam -ret Atheniensibus, *sc. ut socios.* Ham. 2, 4 omnia oppida abalienata … -uit patriae **(**Liv. 24, 42, 10. 28, 39, 5 [*Saguntini de Romanis*] o. *nostrum* nobis -erunt. Amm. 29, 5, 16 Icosium o.**)**. Hor. carm. 4, 15, 6 tua, Caesar, aetas … signa nostro -uit Iovi derepta Parthorum superbis postibus (Amm. 29, 5, 16). Liv. 8, 39, 13 praetores decretum fecerunt, ut …, quae … res per fetiales ex foedere repetitae essent, secundum ius fasque -rentur. 27, 30, 13 nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Romanis -retur Atintania *eqs.* 33, 34, 7 ut ex foedere *Pharsalus et Leucas* sibi -rentur, *sc. Aetolis.* 33, 39, 4 -i … Ptolomaeo omnes civitates, quae dicionis eius fuissent aequum censebant *Romani. et saepe.* Vell. 2, 37, 5 aliae *provinciae* -tae populo Romano. Val. Max. 2, 8, 4 (*antea: triumphus* pro aucto imperio, non pro reciperatis, quae populi Romani fuissent) tantum … interest, adicias aliquid an detractum -as. 3, 8 ext. 1 l. 145 patriam suam praesidio Punico occupatam Romanis … -ere. Cvrt. 5, 2, 17 satrapea regionis Susianae -ta Abulitae. Sil. 16, 657 Scipio -uit terras … Hiberas Troiugenis.

al. ② *usu peculiari recuperat aliquis proprio populo regionem, urbem*: Frontin. strat. 2, 10, 2 *dux* amissas populo Romano Hispanias -uit. Evtr. 9, 17, 1 *Probus* Gallias a barbaris occupatas ingenti proeliorum felicitate -uit. Hist. Avg. Aurelian. 1, 5 per quem totus Romano nomini orbis est -tus. 41, 8 ille nobis Gallias dedit …, illo vincente Illyricum -tum est, redditae Romanis legibus Thraciae. Vvlg. IV reg. 14, 22 *rex Iudae* -uit eam *Ahilam* Iudae (*sim.* 16, 6 II par. 26, 2).

Ⓓ *in qualibet re*: Ⓘ *-itur res incorporea*: Cic. S. Rosc. 61 (*ironice*) -e nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam. phil. frg. V 68 (Non. p. 288, 9) ut ea sibi ratio vera -at, quae consuetudo vitiosa detraxerat. Liv. 25, 18, 3 -uit … his *consulibus* animos et illis minuit audaciam parva una res **(**Sen. Phaedr. 867 [*Theseus ad Phaedram*] quin ense viduas dexteram atque animum mihi -is? *cf. p. 1583, 7 sqq.***)**. Sen. Herc. f. 303 (*loq. Megara*) tum -tas fratribus rebor meis animas **(**Carm. Inscr. christ. urb. Rom. 5745, 14 [*saec. IV/V*] *mortuus* munus ad aeternum susceptus … -ens animam purificante deo. Greg. M. moral. 9, 17 a. et nunc corporibus exutae et post corporibus -tae**)**. dial. 10, 20, 3 (*antea*: vacationem procurationis) labor illi *seni* suus -tus est. *-itur spatium temporis intermissum, subtractum*: Plin. med. 2, 27, 17 quotquot intermissi fuerint, totidem -antur (*sc. dies ut*: Regvla mag. 28, 11 ut, quod dominicae quadragesimae de quadraginta ieiuniis subtrahunt, … -ant). Avg. civ. 15, 13 p. 84, 22 antequam … nasceretur Lamech …, viginti *anni* minus inveniuntur in codicibus nostris … et post genitum Lamech conplendam -untur ad summam (p. 84, 30 nisi eos *a.,* sicut prius detraxerat, -ere postea curaret). ② *-itur res corporea*: Cic. Att. 2, 8, 2 epistulam superiorem -e nobis et appinge aliquid novi. Sen. contr. exc. 2, 2 (*sententia Latronis*) non vides, ut immota fax torpeat et ignes exagitata -at? (*contr. 2, 2, 8* reddat). Val. Max. 6, 9 ext. 5 cui *Polycrati* Neptunus anulum piscatoris manu -erat. Lvcan. 4, 459 fractas Aquilone rates … pontus, *sc. quasi fur,* … abscondit in antris; -uit raptūs … mare, cumque cavernae evomuere fretum *eqs.* Frontin. strat. 3, 7, 6 Clisthenes … ductum aquarum … rupit; mox affectis siti -uit aquam elleboro corruptam *eqs.* Apvl. met. 2, 22, 6 siqui non integrum corpus *mortuum* mane -erit *eqs.* (Avson. app. A6 Il. 24 [444 S.], 5 ad sepulturam c. -to). Tert. adv. Marc. 5, 14, 5 non … alii quid -itur, nisi qui illud amisit, et ita erit resurrectio … corporum. Inscr. suppl. Ital. n. s. 27 p. 320 n. 17 (*a. 409*) humo, quod suum fuerat, -ens (*cf.* CE 713, 2 [*a. 558*] hic sua -o terrae mihi credita membra, *sc. uxoris*). *al.*

b *in compensatione, retributione, remuneratione* (*exempla distinctiora, cf. e. g. p. 1585, 50. 60 sqq. 1586, 31*): **α** *c. acc. obi.*: Ⓘ *-itur homo, qui loco alterius ponitur*: Edict. imp. Aug. Année Épigr. 2000 n. 760 l. 18 eorum loco -o castellanos *alios.* Sen. Herc. f. 1340 (*Hercules ad Theseum*) redde me infernis … umbris reductum meque subiectum tuis ⌞-e⌟ vinclis (de- *Axelson,* sub- *vel* con- *Bentley*).

Ⅱ *-itur ipsum damnum, sumptus, delictum sim.* (*cf. p. 1581, 34 sqq.*): Colvm. 11, 1, 28 (*c. respectu messis*) *per neglegentiam* res … domino decoxit nec mox in tantum exuberat, ut et iacturam capitis amissi -at et quaestum resarciat. Vet. Lat. lev. 5, 16 (cod. 103, *sim. al.*) pro quod deliquit et neglexit a sanctis, -et ipsum et quintas adiciet super illud **(**[*gr. ὃ ἥμαρτεν …, ἀποτίσει αὐτό,* Vvlg. *v. l. 73*]. *cf.* num. 5, 7 [Aug. quaest. hept. 4, 9 sq.] *qui deliquit,* -et delictum, caput et quintas eius … et reddet, cui deliquit ei [*gr. ἀποδώσει τὴν πλημμέλειαν, Vulg.* reddent ipsum caput *eqs.*]**)**. Pavl. dig. 39, 3, 11, 2 nec minus eum … damnum -ere debere, qui auctor operis fuit (Vvlg. exod. 22, 12 quod si *iumentum* furto ablatum fuerit, -et d. domino. *cf.* lev. 5, 16 ipsum …, quod intulit damni, -et). Svlp. Sev. chron. 1, 18, 6 si cuius pecora alterius sata depaverint, dominus pecoris eversa -et. *-it aliquis sumptum sua causa impensum*: Gaivs

[Beron-Sx.]

dig. 3, 3, 46, 6 litis impendia bona fide facta … ab accusatoris procuratore … debere ei -i. IVST. 31, 7, 8 ut *Antiochus* … sumptum … belli Romanis -ret. VVLG. exod. 21, 19 (*qui alterum percussit*) ut operas eius et inpensas in medicos -at.

Ⓘⅱ *-itur, quod rem acceptam compensat*: Ⓐ *retribuendo (cf. l. 67 sqq.): messe sim. compensantur semina, labor* (*cf. p. 1580, 64*): PLIN. paneg. 32, 3 (*princeps Aegyptios siccitate laborantes frumento adiuvit*) *Aegypti* solum … et flumen ipsum precor, ut molli gremio semina recondat, multiplicata -at. PALLAD. 7, 5, 1 ramus Punici … poterit intra fictile vasculum claudi, ut ad eius magnitudinem poma -at. *cetera exempla*: VET. LAT. Sirach 3, 16 pro peccato matris -etur tibi bonum ([*gr. non resp.*]. PROSP. carm. de ingrat. 709 *Christus* pro … malis bona -uit). Ioel 3, 4 (cod. 175) ⟨nu⟩m⟨qui⟩d ⟨retri⟩bu⟨ti⟩one⟨m⟩ vo⟨s⟩ ⟨r⟩es⟨titu⟩isti⟨s⟩ ⟨m⟩ihi aut memores estis maliciae meae? (*gr. 4, 4 ἀνταπόδομα … ἀνταποδίδοτέ μοι, Vulg.* ultionem … redditis). TERT. adv. Marc. 2, 20, 2 Hebraei … adlegantes sibi … mercedes -i *ab Aegyptiis* oportere *eqs.* (VVLG. Tob. 4, 15. 5, 14. AVG. c. acad. 3, 20, 45 duram m. pro mea falsa laude -o). PONT. vita Cypr. 11, 1 ut *impietas* melioribus peiora -at. DON. Ter. Eun. 750 ('et habetur et referetur … gratia') habituiri gratiam et -tuiri **(**[*Goetz,* habet viri g. et restitit viro *codd.*]. FIRM. math. 5, 1, 18 diis gratias pro sua felicitate -ens**)**. CE 1348B, 2 (*a. 395*) dilectae … persolvo munera matri, -ens statuis praemia, quae dederat **(**PRVD. perist. 11, 236 *Hippolytus martyr* venerantibus … p. -ens. PS. PROSP. carm. de prov. 747 nec ⌊poenam⌋ iniustis nec p. sanctis -i … quereris [⌊ ⌋ *item iuxta ponitur*: BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 224, 26 quae *leges* aut bonis p. aut malis -rent poenam]**)**. HIER. epist. 45, 1, 1 potens est deus super personam meam … animae tuae -ere, quod meretur (VVLG. deut. 7, 10 *deus* eis, *qui eum oderunt,* -ens, quod merentur). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 3 pro benedictis et laudibus convicia et maledicta -it. VVLG. lev. 24, 20 *homo* fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente -et. MACR. Sat. 1, 2, 11 permagna me, inquit, abs te … gratia fateor obstrictum …; visne, inquam, -ere id nobis, quod debitum … fateris? ENNOD. epist. 2, 2, 1 p. 41, 8 ut tacendo vicem -rem litteras deneganti (CASSIOD. inst. 1, 21, 1 *Hieronymus* derogatoribus suis v. … mordacitate -ens). *al.* Ⓑ *damnum sarciendo* (*cf. p. 1580, 63 sqq.*): VET. LAT. exod. 22, 8 (cod. 103, *sim. al. et* VVLG.) de omni re, qua accusabitur, de vitulo … et omne, quod perierit …, qui convictus fuerit …, -et duplum proximo suo (*gr. ἀποτίσει*). 22, 12 (*ibid.*) si … *pecus commodatum et furto* involatum fuerit …, -et domino rem (*gr. ἀποτίσει,* VVLG. *v. p. 1580, 73*). VLP. dig. 43, 16, 1, 35 aestimationem eorum, *sc. servorum mortuorum,* … -ere. *ibid.* ut villae … et aedium incendio consumptarum pretium -ere cogatur. VVLG. exod. 22, 1 si quis furatus fuerit bovem aut ovem et occiderit vel vendiderit, quinque boves pro uno bove -et (*inde* SVLP. SEV. chron. 1, 18, 6 si quis vitulum surripuerit, quinque -et). 22, 5 si laeserit quispiam agrum vel vineam …, quicquid optimum habuerit in agro suo …, pro damni aestimatione -et. LEX Visig. 8, 4, 1 si … perierit, alium eiusdem meriti caballum vel animal -at.

Ⓘⅴ *-itur, quod quodlibet detrimentum compensat* (*sc. vi mutui evanida*): SVET. Tib. 48, 1 dominis insularum *deflagratarum* … pretio -to. CLAVD. carm. min. 30, 106 adoptat te patruus magnique animo *suo* solacia luctūs -ens … amavit, *sc. pro fratre mortuo.*

Ⓥ *-itur, quod auctoribus (posteris eorum l. 61 sq.) retorquetur* (*mala praeter l. 53*): VET. LAT. I reg. 26, 23 (Lucif. Athan. 1, 15, *sim. al.; David ad Saul*) dominus -at unicuique iustitias et fidem suam, sicut … nolui inicere manum meam in christum domini (*gr. ἐπιστρέψει, Vulg.* retribuet). II par. 6, 23 (cod. 109; *ad deum*) iudicabis servos tuos, ut reddas iniquo et -as vias eius in caput eius (*gr. ἀποδοῦναι … εἰς, Vulg.* reddas). Os. 4, 9 (Hier. Orsies. doctr. 31) reddam ei *sacerdoti* … secundum vias suas et cogitationes illius -am ei (*gr. ἀνταποδώσω αὐτῷ, Vulg.* reddam). HIER. in Am. 3, 1 l. 19 (*loq. deus*) super solos vos omnia vestra peccata -am: 'potentes enim potenter tormenta patientur' **(**[*sap. 6, 7*]. epist. 39, 2, 4 [*spectat ad exod. 34, 7*] p. patrum in filios oportere -i. 147, 3, 4 in tertiam et quartam generationem. in Os. 7, 2 l. 47 vetera nobis deus p. -uit et patrum delicta persolvimus. RVFIN. Orig. in exod. 8, 6 p. 234, 1 opto, ut, dum in hoc saeculo sum, visitet dominus p. mea et hic mihi -at**)**. VVLG. Os. 12, 14 opprobrium eius *Ephraim* -et ei dominus suus (*explicat* HIER. *ad l.* vertetur in caput tuum).

β *absolute* (*fere retributione, cf. l. 5 sqq.; pass. impers. l. 71*): VET. LAT. psalm. 102, 10 (Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 2) non secundum peccata nostra reddas nobis neque secundum iniquitates nostras -as nobis (retribuas *var. l.; gr. ἀνταπόδωκεν, Vulg.* retribuit). Luc. 14, 14 (cod. 2) -etur … tibi in resurrectione iustorum (*gr. ἀνταποδοθήσεται, cod. 4. al. et Vulg.* retribuetur). AVSON. 21 (419 S.), 1 neque tua fortuna desiderat remunerandi vicem neque nostra suggerit -endi facultatem (*postea*: tua beneficia … mutuum non reposcunt). VVLG. Iob 34, 11 *deus* opus … hominis reddet ei et iuxta vias singulorum -et. *al.*

Ⅱ *quae talia remanent, qualia antea fuerunt, sc. statum non mutaverunt* (*quem indicat fere praedic., sed enunt. relat. l. 37. 43*): Ⓐ *homines*: PLAVT. Trin. 1110 hic meo ero amicus solus firmus -itit. CIC. Catil. 3, 22 quae gens *Gallorum* una -at, quae bellum populo Romano facere … posse … videatur. OV. fast. 6, 288 de tribus *sororibus* impatiens -itit una viri. Ⓑ *res*: CIC. S. Rosc. 140 ad iudicia vestra, ad id, quod solum prope in civitate sincerum sanctumque -at. LVCR. 3, 947 (*945* eadem sunt omnia semper) eadem … omnia -ant. PANEG. 8, 21, 1 quicquid infrequens Ambiano … sŏlo … -bat, barbaro cultore revirescit. PS. AVG. serm. ed. Mai 111, 2 nulla domus, nullus orbitatis -verat locus, ubi non diri regis *Herodis* crudelitas fuit (-berat *cod.; pro* -bat*?*). COD. Theod. 16, 10, 25 si qua *templa paganorum* etiam nunc -ant integra, … destrui … praecipimus. BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 2 p. 204, 15 de ea … specie …, quae numquam genus est et quae solum species -at (per- *var. l.*).

Ⅲ *quae remanent ceteris exclusis, ablatis, deductis*: Ⓐ *ultimum vel unicum, quod aliquis facere potest* (*saepius -at quasi refugium quoddam; exempla selecta post* VAL. MAX.): CIC. S. Rosc. 79 (*antea*: aut ipsum sua manu fecisse … aut per aliquos liberos aut servos) -are tibi *accusatori* videbatur servorum nomen *eqs.* (*v. p. 861, 45*). Sest. 45 unum … mihi -bat illud …: '…' (*v. p. 1482, 43*). Phil. 12, 23 poterone Ariminum tuto accedere? -at *via* Aurelia. VERG. Aen. 10, 367 (*364 sq.* Arcadas … ut vidit Pallas … dare terga) unum quod rebus -at egenis, … dictis virtutem accendit amaris. OV. ars 2, 37 (*loq. Daedalus*) nec tellus nostrae nec patet unda fugae; -at iter caeli. met. 9, 80 (*loq. Achelous*) sic quoque *mihi* devicto -bat tertia tauri forma trucis (*sc. quam assumerem cum Hercule pugnans*). LIV. 7, 8, 2 equites alius alium increpantes, quid deinde -ret, quaerendo, si *eqs.* (restauret *var. l.*). 34, 33, 9 nihil praeter obsidionem -are. VAL. MAX. 6, 2, 1 auxilium unicum in precibus -are (*cf.* AMM. 17, 13, 28 -are … solam salutem … in precibus). SIL. 5, 634 quid deinde, quid, oro, -at, io, profugis? 15, 610 solum … cunctandi -are dolum. STAT. Theb. 12, 27 pars *Thebanorum post pugnam* currus deflent viduisque loquuntur – hoc solum quia -at – equis. APVL. met. 9, 40, 4 *nullum* repperire saluti quiens subsidium, quod solum -bat, simulat sese mortuum. *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CIC. rep. 3, 46 vel regnum malo quam liberum populum; id enim tibi -at genus vitiosissumae rei publicae tertium. Phil. 6, 14 *L. Antonius* eis *tribunis militum* quoque divisit Semurium; campus Martius -bat, nisi prius … fugisset. PROP. 1, 11, 6 (*in imag.*) ecquis *mihi* in extremo -at amore locus? **(**VAL. MAX. 9, 7, 3 novem iam creatis tribunis unoque l. duobus candidatis -ante. PRIAP. 36, 10 si quis inter ⌞hos⌟ l. mihi *Priapo* -at [⌞⌟ *i. deos*; haec *var. l.*]**)**. SEN. Phaedr. 1212 sidera et manes et undas scelere complevi meo: amplius sors nulla -at. epist. 109, 3 semper … etiam ⌞sapienti⌟ -bit, quod inveniat et quo animus eius excurrat (⌞⌟ *codd. rec.*

pauci, a sapiente *rell.*). QVINT. decl. 265, 11 ut remittatur tibi ea *pars legis,* quae pertinet ad ⌞privatum⌟, -at ea, quae pertinet ad civitatem (⌞⌟ *Aerodius,* templum *codd.*). SVET. Cal. 8, 5 sequenda est …, quae sola [auctor] -at et publici instrumenti auctoritas (*textum trad. alii aliter em., v. app. crit.*). ARNOB. nat. 7, 50 p. 410, 9 *numquis* accipiat – hoc enim solum -at – numinis alicuius habitasse vim silicis fragmentis *eqs.*? (*item -at aliquid in ratiocinatione*: AVG. civ. 15, 20 p. 101, 24 sera pubertas intellegenda -bit. pecc. mer. 1, 13, 18 -at intellegenda … propagatio peccati. *cf. p. 1603, 31 sqq. 1604, 2*). BOETH. top. Arist. 118b18 quo … ablato ab eodem quod -at est minus, illud maius erit, quod ablatum reliquum minus facit (*gr. τὸ λειπόμενον*). *al.*

Ⅳ *tempora, quae computantur* (*aliter p. 1601, 30 sqq.*): CE 1991 (= INSCR. Iud. Noy II 103), 4 (*saec. III/IV?*) post *tot annos* … et quartum mensem -antibus octo diebus (AVG. serm. 272B, 6 -ant de mense XVII dies. *ibid.* de primo … mense deduc tredecim *d.,* et -ant XVII). AVG. civ. 15, 10 p. 77, 16 sex illis detractis -ant viginti quattuor *anni* **(**15, 20 p. 101, 11 [*antea*: de … *tot* annis … *tot* detrahantur] per … *tot* annos, qui -ant usque diluvium**)**.

Ⅴ *quae mensuram quandam superant, sc. -at pars alicuius (rei), quae contineri, includi non potest* (*usum impers. v. l. 22*): AVG. conf. 1, 3, 3 (*respic. Ier. 23, 24*) capiunt … te, *deus,* caelum et terra, quoniam tu imples ea? an imples et -at, quoniam non te capiunt? quaest. hept. 2, 177, 14 (*ad exod. 26, 12*) quomodo … superet, id est abundet et -et dimidium veli (*sc. tecto iam tabernaculo*), … oportet inquirere.

β *-ant, quae nondum exstant, evenerunt*: Ⅰ *adhuc facienda, tractanda sim.* (*homo adeundus l. 30; cf. p. 1602, 71 sqq. 1603, 48 sqq.*): Ⓐ *varia exempla* (*selecta post* OV.): PLAVT. Bacch. 959 (*servus de astutiis suis; cf. 953* tria fuisse … fata, quae … *Ilio* forent exitio *eqs.*) signum ex arce iam abstuli; iam duo -bant fata tunc. TER. Andr. 166 sin eveniat …, in Pamphilo ut nihil sit morae, -at Chremes, qui mihi ⌞exorandus⌟ est (expurg- *var. l.; v. Cioffi, comm. 2020, ad l.*). 981 intus transigetur, si quid est, quod -et. Haut. 1066 pater, hoc nunc -at. :: quid? :: Syro ignoscas volo *eqs.* Ad. 947 quid nunc, quod -at? **(**DON. *ad loc.* 1 pro 'quod sequitur'. 2 an 'q. -at' tamquam reliquia⟨e re⟩rum priorum ac per hoc minimum?**)**. CATO agr. 2, 1 *pater familias* vilicum … roget, quid operis siet factum, quid -et, … possitne quae reliqua sient conficere (CIC. fam. 10, 25, 2 si q. o. tibi etiam nunc -at. *cf. p. 1602, 6 et* LIV. 22, 55, 2 ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli -ret. PRVD. psych. 804 unum opus egregio -at post bella labori). CIC. ad Q. fr. 3, 1, 1 (*a. 54 a. Chr.*) nihil ei *architecto aedificandum* -bat praeter balnearia *eqs.* Mil. 100 quid iam -at? quid habeo, quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut … *tuam* fortunam … ducam meam? Phil. 2, 71 cum … belli pars tanta -ret **(**[prae- *var. l. falsa; huc spectat* GELL. 1, 22, 17 Cicero …, quod est relicum, non superesse, sed -are dicit]. LIV. 8, 16, 13 belli p. *cf. cum gen. defin.*: SEN. benef. 2, 32, 1 -at … p. reddendi *beneficii. v. etiam p. 1601, 1*). Tusc. 1, 109 cumulata erant officia vitae, cum fortuna bella -bant (LIV. 5, 24, 3 ea clades Capenatem populum subegit …; in Faliscis b. -bat. 36, 22, 4 rege superato b. Aetolicum integrum -are. *al.; cf. l. 42. 44. p. 1602, 51*). nat. deor. 2, 66 aqua -bat et terra, *sc. dividendae,* ut essent … tria regna *mundi* divisa. Att. 12, 48 velim scire, quid tibi -et aut iamne confeceris. *et saepius.* OV. met. 6, 486 iam labor exiguus Phoebo -bat **(**[*i. vesper erat*]. LIV. 8, 12, 8 cum proeliis quidem superior Romanus esset, ad urbem ipsam Pedum … integer l. -ret. LVCAN. 4, 389 tot dubiae -ant acies, tot in orbe labores. VAL. FL. 7, 519 saevior ingenti Mavortis in arbore -at … l. *cf. p. 1602, 30 et* SIL. 12, 326 -ant leviora laborum**)**. 6, 539 (*Philomela ad Terea*) quin animam hanc, ne quod facinus tibi … -et, eripis? *al.* LIV. 29, 30, 10 haud paulo maiorem -are dimicationem. SEN. Oed. 1033 (*Iocasta Oedipodae*) commoda matri manum, si parricida es; -at hoc operi (operae *Bücheler*) ultimum: rapiatur ensis *eqs.* epist. 87, 38 unus tibi nodus, sed Herculaneus -at (*i. sophisma resolvendum*). SIL. 16, 534 quid iam non regibus ausum? aut quod iam regnis -at scelus? AMM. 21, 12, 7 hoc primo congressu erecti in audaciam … parvi ducebant -antia. CLAVD. 18, 235 ne … quid -ret inausum, arma etiam violare parat. *eqs.* *al.*

Ⓑ *-ant nondum commemorata, narrata, considerata sim.* (*cf. p. 1601, 23 sqq. 1603, 21 sqq. 54 sqq. 61 sqq. 67 sqq.; selecta post* SEN. *rhet.*): PLAVT. Cist. 188 nunc quod relicuom -at, volo persolvere *eqs.* **(***sublucet notio debiti solvendi [cf. p. 1601, 19]; in prologo, ut*: Poen. 127 ibo …; quod -at, ⌞-ant⌟ alii, qui faciant palam; valete [⌞⌟ *ad p. 1597, 59*]**)**. TER. Andr. 195 nempe … aperte vis, quae -ant, me loqui? RHET. Her. 4, 31, 42 -ant etiam decem exornationes verborum, quas … a superioribus separavimus. CIC. inv. 2, 49 auditoris animus … renovatur ad ea, quae -ant. Brut. 279 sed redeamus ad eum, qui iam unus -at, Hortensium (*item -ant homines*: fin. 2, 43 -atis igitur vos *Epicurei*; nam cum Academicis incerta luctatio est. 5, 74 Stoici -ant; ei quidem … totam ad se nostram philosophiam transtulerunt. *al.* AVG. civ. 18, 35 p. 307, 7 -ant tres minores prophetae). part. 26 num quidnam tibi de oratore ipso -at aliud? :: nihil sane

[Spoth]

praeter memoriam *eqs.* 52 extrema tibi -at pars orationis, … de qua sane velim audire (off. 3, 9 qui e divisione tripertita duas p. absolverit, huic necesse est -are tertiam. *al.; cf. p. 1600, 42*). *al.* Q. Cic. pet. 54. Lvcr. 6, 46 quae -ant, percipe porro. 6, 82 multa … -ant et sunt ornanda politis versibus. Ov. met. 2, 655 -bat fatis aliquid, *sc. canendis.* Pont. 2, 10, 13 tu canis, aeterno quicquid -bat Homero. *al.* Sen. contr. 10 praef. 9 iam nihil, quod interrogetis, -at. Cels. 1 prooem. 40 ea quidem, de quibus est dictum …, id vero, quod -at *eqs.* Mela 1, 12 (*nisi ad l. 57 sqq.*) illum *sinum ambiunt* … Arabes; ab his quod in Africam -at, Aethiopum est. 3, 1 dicta est ora nostri maris …; -at ille circuitus, quem … cingit oceanus. Plin. nat. 17, 152 praedictis … armamentis vinearum -at ipsarum natura … tradenda. 19, 152 poterant videri dicta omnia …, ni -ret res … non sine pudore dicenda. 35, 2 primum … dicemus, quae -ant de pictura. Arnob. nat. 5, 42 p. 301, 18 hoc … solum -at, quod a vobis posse videatur opponi. Avson. 18 epist. (350 S.) l. 32 (*ad versum complendum*) ⟨ponatur⟩ post dactylum atque semipedem, quicquid -at hexametro (*suppl. Peiper*). Amm. 15, 10, 11 hactenus super Alpibus; nunc ad -antia veniamus. Avg. civ. 17, 16 p. 237, 29 -ant exponenda, quae in eis *prophetiis* minus intelleguntur. Sidon. epist. 2, 2, 16 (*descr. praedium*) quia tibi, sicut aedificium solvi, sic lacum debeo, quod -at, agnosce. *al.* Ⓒ *locutio* quod -at *fere i. q.* de reliquo *vel* quod reliquum est (*cf. p. 988, 25 sqq. 990, 43 sq.; aliter l. 20. 32. p. 1600, 33. 67*): Ter. Andr. 947 q. -at, pater (*hic verba filii abrumpit senex*). CE 1257, 9 (*saec. I*) q. re⟨stat, precor⟩ … deos *eqs.* *in epistulis, edicto*: Symm. epist. 1, 64, 2 habes ordinem rei; q. -at, enitere, ut *eqs.* 3, 43, 3 q. -at, memento *eqs.* Novell. Theod. 1, 8 q. -at, … auctoritas tua in … notitiam *omnium* scita *nostra* … faciat pervenire. Sidon. epist. 3, 1, 4 q. -at, exposcimus, ut *eqs.* 5, 3, 4 q. -at, orate, ut *eqs.* Alc. Avit. epist. 7 p. 39, 18 orandum − q. -at − est, ut *eqs.* 53 p. 82, 29 deum, q. -at, exposco, ut *eqs.* Ennod. epist. 3, 28, 3 p. 92, 9 q. -at, vale. *al.*

Ⅱ *tempus* (*cf. p. 1599, 20. 1600, 12 sqq.*): Ⓐ *quodlibet futurum* (*in ordine narrationis l. 35 sq.*): Cic. Verr. II 3, 208 placet socios sic tractari, quod -at, ut per haec tempora tractatos videtis? Att. 12, 41, 4 quam *aestatem* vides integram -are. Lvcr. 3, 1075 omnis aetas post mortem, quae -at cumque, manenda (manendo *codd. et pars edd., em. Lambinus*). Ov. fast. 2, 857 iam … duae -ant noctes de mense secundo (*indicatur a. d. III kal. Mart.; sim.* 4, 901 sex ubi, quae -ant, luces Aprilis habebit. 6, 795 tot -ant de mense dies, quot nomina Parcis). Homer. 697 -bat … super tacitae pars tertia noctis, cum *eqs.* Symm. epist. 5, 69 opto … agere vobiscum, quod -at aestati. Prvd. cath. 1, 78 quodcumque -at temporis, dum meta noctis clauditur. Ⓑ *quod superest usque ad aliquem eventum vel terminum temporis*: Lvcr. 3, 547 quando … vitae minus et minus undique -at **(***usque ad mortem ut*: Sen. dial. 1, 5, 7 quantum cuique temporis -at [prae- *var. l.*]. epist. 101, 8. Petron. 77, 2 etiam nunc mi -are vitae annos triginta et menses quattuor et dies duos. *al.***)**. Ov. met. 9, 770 dilata … tempora taedae institerant, unusque dies -bat (Sil. 13, 853 nec multa d. iam -at ituro aetheriam in lucem, *sc. Mario nondum nato. addas l. 44; cf. l. 37*). Vvlg. gen. 45, 6 adhuc quinque anni -ant, quibus nec arari poterit nec meti (Cod. Theod. 4, 14, 1, 5 [praestare *var. l.; antea*: superesse]. *cf. l. 44*). Prvd. cath. 10, 35 spatium breve -at, ut *corpus mortuum* alti repetat collegia sensus **(**Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 81, 24 vix … duorum mensium s. -bat [*gr. I 1, 2 p. 53, 7 περιελιμπάνετο*]. Regvla mag. 50, 36 post nonam … quantum s. in lucernaria -erit, quis, quod occucurrerit, operetur [*sim.* 50, 62 quantum s. diei -erit; *unde corrigas textum trad.* 50, 61 quanto spatio diei … -erit, *v. Zelzer, Rev. Bénéd. 128, 2018, 62*]**)**. *al.* *usu impersonali* (*vix addas l. 54*): Regvla mag. 27, 30 *hieme non* longe -at a refectione in vesperam.

Ⅲ *loca adeunda, spatia transeunda, itinera sim.* (*cf. l. 8. p. 1603, 50. 52*): Cic. Cluent. 40 (*antea*: L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum) L. Clodius, qui properaret, cui fora multa -rent. fam. 16, 9, 4 mare magnum et difficile tibi -at. Ov. epist. 18, 92 (*Leander Heroni*) quo … *mihi natanti* propiora … litora fiunt quoque minus -at, plus libet ire mihi. met. 1, 728 *Iuno* profugam *Io* per totum terruit orbem; ultimus inmenso -bas, Nile, labori (*locum ad p. 1604, 63 sqq. trahit Bömer, comm. 1969, ad l.*). 10, 673 pars ultima cursus -bat. 14, 439 iter (*v. p. 1602, 3*). fast. 3, 44 quominus … exiret … annus, -bant nitido iam duo signa deo, *i. Soli.* Liv. 44, 2, 7 -bat aliquantum viae communis (*cf. l. 70 et* Vvlg. III reg. 19, 7 grandis … tibi -at via). Iren. 2, 30, 7 -bat … ei *Paulo* adhuc … quartum caelum, uti appropinquaret demiurgo. *in imag. vel translate*: Cic. Cato 66 avaritia … senilis quid sibi velit, non intellego: potest enim quidquam esse absurdius quam, quo viae minus -et, eo plus viatici quaerere? Ov. trist. 3, 11, 6 quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira, -at? 4, 10, 35 *tresvir fui*; curia -bat, *sc. ut senator fierem* (*vergit ad p. 1602, 13 sqq.*). Sen. epist. 16, 9 (*antea*: naturalia desideria finita sunt) si longe progresso semper aliquid longius -at, scito id naturale non esse. 92, 15 minus … intervalli a beato ad beatissimum -at quam a misero ad beatum. *al.*

Ⅳ *patienda, sustinenda* (*cf. l. 54 sq. 71 sqq.*): Verg. Aen. 10, 29 (*Venus Iovi*) credo, mea vulnera -ant et … mortalia demoror arma (Serv. ut possim iterum vulnerari). Ov. met. 14, 439 iter … vastum (*ad p. 1601, 57 sqq.*) … et saevi -are pericula ponti (Clavd. carm. min. 22, 26 quid superest damnis? quae saeva p. -ant? *cf.* Sen. epist. 51, 7 plus periculi …, plus operis). fast. 2, 151 primi tempora veris eunt; ne fallare tamen, -ant tibi frigora, -ant. Sen. epist. 99, 6 iniquum est queri de eo, quod uni accidit, omnibus -at (*sc. mors ut*: Anth. 662, 2 viator, de … meis, -ent quae tibi fata, vide!). Val. Fl. 8, 406 *Argonautae Medeam* interea, quid -et, … ignorare sinunt. Sil. 13, 612 (*de poenis Orci*) talia letiferis -ant patienda tyrannis. 15, 817 (*consul Hannibali caput Hasdrubalis ostendens; ironice*) haec praemia -ant *eis,* qui tua tramissis optarint Alpibus arma.

Ⅴ *adhuc (alicui) deficientia, sc. -ant necessaria ad aliquem finem consequendum (huc vergunt p. 1601, 65. 67. 72):* *cum praepos.* ad (*cf. p. 1603, 3*): Gratt. cyn. 317 (*acerbe*) scilicet ad summam ne quid -ret habendi (-dum *var. l.*), tu quoque … Graecia *eqs.* Lvcan. frg. Suet. vita Lucani p. 50, 8 et quantum mihi -at ad Culicem **(***sc. carmen Verg. ascriptum; cf. Suet. ibid. p. 50, 6 sq.* praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio conparans [*v. ad l. Stachon, Sueton, De poetis, 2021, 247 sqq.*]**)**. *cum enunt. consec.*: Vet. Lat. IV Esdr. 8, 47 (*deus ad prophetam*) multum … tibi -at, ut possis diligere meam creaturam super me. Herm. Pal. vis. 3, 1, 9 tibi … multa -ant, ut cum ipsis *sanctioribus* sedeas (*gr. πολλὰ λείπει ἵνα, Herm. vulg.* multum superat, ut [superest *var. l.*]).

Ⅵ *vincenda, expugnanda* (*sc. urbes, gentes sim. vel singuli hostes*): Lvcan. 7, 423 omne tibi bellum gentes dedit, *Roma*; … haud multum terrae spatium -bat eoae, ut tibi *eqs.* Sil. 4, 390 ultima -bat fusis iam palma duobus *fratribus* Virbius. 11, 536 -at nunc … aequanda solo iam subruta Roma. 12, 581 (*Hannibal ad milites*) *Romā exscissā* nil, quod vincatis, toto -bit in orbe. 16, 664 (*loq. Scipio*) nunc ultimus actis -at Carthago nostris labor. Flor. epit. 1, 45, 1 sq. 2, 2, 16 ut iam victoriae nihil nisi Africa ipsa -ret. Paneg. 8, 20, 3 aliqua -ant, quae … possitis adquirere. Clavd. 20, 1 si quid -at Eoi, quod pereat, regni. *al.*

Ⅶ *varia futura*: Ⓐ *ultima vel unica, quae reliqua sunt: ad malum quoddam complendum*: Ter. Ad. 190 leno sum, fateor …; tamen tibi a me nulla ortast iniuria. :: nam hercle etiam hoc -at! (*ironice; sim.* Cic. Att. 13, 13, 1 id hercle -bat! [re stabat *al. codd.*]). Ov. met. 10, 373 ut … securi saucia trabs ingens, ubi plaga novissima -at, quo cadat in dubio est. Sen. Phoen. 236 quid -at mali? regnum, parentes, liberi, virtus … periere. *ad refugiendum, salutem adipiscendam*: Verg. Aen. 2, 70 (*loq. Sinon*) quid iam misero mihi denique -at? cui neque apud Danaos usquam locus *eqs.* Ov. epist. 10, 95 multa mihi terrae, multa minantur aquae; caelum -bat: timeo simulacra deorum. *quae fieri possunt*: Arnob. nat. 1, 53 p. 49, 19 *Christo crucifixo* universa mundi sunt elementa turbata …; quid … -bat, ut fieret, postquam deus est cognitus is, qui *eqs.*? Ⓑ *cetera exempla*: Verg. Aen. 7, 271 generos externis adfore ab oris − hoc Latio -are canunt − qui … nostrum nomen in astra ferant **(**Serv. hoc Italiam [Italiae *var. l.*] manere significant; nam sic dicimus ‘hoc mihi -at’, id est ‘manet me illa res’**)**. 12, 793 (*Iuppiter Iunoni*) quae iam finis erit, coniunx, quid denique -at? … quid struis? Ov. met. 13, 379 (*in versu a multis secluso; loq. Vlixes*) si Troiae fatis aliquid -are putatis. Manil. 1, 914 necdum finis erat: -bant Actia bella (1, 919. *nisi locos ad p. 1600, 46 trahas*). Sen. epist. 76, 25 si … solutae corporibus animae manent, felicior illis status -at quam est, dum versantur in corpore. 76, 35 audimus aliquando voces imperitorum dicentium ‘sciebam hoc mihi -are’; sapiens scit sibi omnia -are (*vergit ad l. 1 sqq.*). *al.* Sil. 13, 530 (*agitur de inferis*) capit … campus iners, quantum interiit -atque futurum (*i. nasciturum*). Ivvenc. 1, 19 (*sec. Luc. 1, 13 sqq.*) *nascetur tibi puer,* grandis rerum cui gloria -at. *al.*

γ *-at differentia inter duas partes, ut sit i. q. distare* (*cf. p. 1601, 75. 1604, 43 et vol. V 1, 1538, 15 sqq.*): Hesych. in lev. 25, 44 p. 1132^{C} scire … nos vult, quid -et inter hos … et illos (*ibid.* p. 1134^{A} q. -et inter illos et … aequalibus nobis fratres [*an* aequales *legendum?*]).

b *pro subi. ponitur struct. verbalis vel praepositionalis* ([*v. p. 1603, 61 sqq.*]. *ad hunc usum spectat* Char. gramm. p. 331, 5 -at [*inter* verba impersonalia, *ut* Diom. gramm. I 398, 4 -at mihi, tibi, illi]). *c. dat. personae l. 74. p. 1603, 3. 18. 42. 56. al. apponuntur saepius pron. neutr., e. g. l. 74 sqq. p. 1603, 10. 24; accedunt locutiones id indicantes, quod solum reliquum est, e. g.* unum (una res) *p. 1603, 2. 18. al.,* quid, nisi? *l. 73. p. 1603, 24. 38 sq. 48. al.,* nihil aliud, nisi *p. 1603, 36. 41,* nihil ultra, quam *p. 1603, 15.*

α *enunt. secund. cum* ut (si *l. 75*); *-ant*: Ⅰ *facienda vel patienda*: Ⓐ *usu ironico vel acerbo* (*cf. p. 1603, 29 sq.*): Ter. Hec. 300 quod cum ita esse invenero, quid -at, nisi porro ut fiam miser? Ad. 357 audivi filium una fuisse in raptione cum Aeschino; id misero -at mihi mali, si illum potest … ad nequitiem adducere. Cic. Quinct. 33 illud etiam

[Spoth]

-erat, quod hesterno die fecerunt, ut te in ius educerent *eqs.* epist. frg. 2, 2 hoc -erat etiam, ut a te fictis adgrederer (*pass.*) donis. Att. 8, 7, 1 unum etiam -at amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. Ov. met. 2, 471 (*Iuno ad Callisto*) scilicet hoc etiam (unum *var. l.*) -bat, adultera, … ut fecunda fores *eqs.* Sen. Med. 37 (*loq. Medea*) hoc -at unum, pronubam thalamo feram ut ipsa pinum. 498 (*Iason ad Medeam*) -at hoc unum insuper, tuis ut etiam sceleribus fiam nocens. Qverol. 89, 8 solum hoc -at nunc mihi, ut pro fure iam nunc tenear. *al.*

Ⓑ *cetera exempla; -ant*: ① *quae evitari non possunt, sola fieri possunt*: Ter. Phorm. 587 quod si fit, ut … egrediar domo, id -at. Cic. Att. 14, 13, 2 neque iam licebit, quod Caesaris bello licuit …; -at, ut in castra … Bruti nos conferamus. fam. 4, 2, 4 altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur; -at, ut discedendum putem. Hor. epist. 1, 1, 27 -at, ut his ego me … soler … elementis. Liv. 5, 53, 6 quid -at, nisi ut, si *Galli* … habitare in … hac urbe velint, sinatis? 8, 27, 11 nihil ultra, quam ut paeniteret frustra, -bat. 37, 19, 4 -at …, ut maneas in Asia. *al.* ② *quae adhuc facienda sunt*: Ter. Phorm. 831 argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem …; nunc una mihi res etiam -at, quae est conficiunda, otium … ad potandum ut habeam. Bell. Afr. 57, 2 (*locus fort. corruptus*) -are, ut reliqua … perageret. *al.*

Ⓒ *adhuc dicenda, explicanda sim.* (*cf. l. 54 sqq.*): Cic. inv. 2, 110 -at nunc, ut de praemio et de poena explicemus. S. Rosc. 88 -at, iudices, ut hoc dubitemus, uter potius *eqs.* Phil. 11, 22 ita decernunt, 'ut liberato Bruto'; id enim -bat, ut 'relicto, deserto, prodito'. Ov. epist. 21, 250 quid, nisi, quod cupio mihi iam contingere tecum, -at, ut adscribat littera nostra 'vale'? Liv. 9, 19, 1 -at, ut copiae copiis comparentur. 24, 8, 9 Manil. 1, 561 Val. Max. 5, 6 praef. *et saepe, e. g.* Apvl. mund. 24 p. 341 -at …, ut super mundi rectore verba faciamus (*gr. 397b9 λοιπὸν … εἰπεῖν*). Qverol. 95, 7 illud nunc -at, ut te dicas bimulum (*ironice ut*: Macr. Sat. 1, 24, 9 id hercle -at denique, ut et oratorem Vergilium renuntietis).

Ⓓ *argumentatione comprobata, sc. ceteris exclusis* (*cf. p. 1604, 2*): Cic. inv. 1, 72 aut metuamus Carthaginienses oportet … aut eorum urbem diruamus; at metuere quidem non oportet; -at igitur, ut urbem diruamus. Quinct. 41 -at, ut aut summa neglegentia tibi obstiterit aut unica liberalitas. nat. deor. 2, 44 -at …, ut motus astrorum sit voluntarius (*inde* Lact. inst. 2, 5, 16 nihil aliud -at, nisi ut *eqs.*). Lact. inst. 3, 8, 30 -at, ut scientia bonorum ac malorum summum bonum sit. Optat. 2, 2, 1 ignorantia tibi adscribi non potest: -at ergo, ut noveris. Avg. civ. 9, 13 p. 384, 21 quid igitur -at, nisi ut …? nam *eqs.* (10, 12 p. 421, 32). *al.*

β *inf.; -ant*: ① *quae evitari non possunt, sola fieri possunt*: Ter. Phorm. 85 -bat aliud nihil nisi oculos pascere, sectari, in ludum ducere et redducere. Lvcr. 5, 227 cui *infanti* tantum in vita -et transire malorum. Liv. 44, 4, 8 *imperator* neque manere … neque regredi … poterat; nec aliud ⟨re⟩stabat quam … commissum … corrigere. Sen. Tro. 377 non prodest animam tradere funeri, sed -at miseris vivere longius? epist. 99, 8 cui nasci contigit, mori -at. Optat. 6, 6, 2 (*ad aquam*) -bat tibi post promotionem non leviter degradari. Clavd. 5, 17 (*15* pericula surgunt) quid -at nisi cuncta novo confundere luctu *eqs.*? ② *adhuc facienda vel loca transeunda*: Lvcr. 1, 1005 *fulmina cursu suo non possunt* facere, ut -et minus *spatii* ire (Hor. epist. 1, 6, 27). Val. Fl. 1, 458 *non* tibi … ardentis -at deprendere patris reliquias. Sil. 16, 345 nec meminit, quantum campi decurrere -et. Prvd. perist. 5, 385 (*loq. iudex*) evasit … rebellis et palmam tulit; sed -at illud ultimum, inferre poenam mortuo *eqs. al.* ③ *adhuc dicenda, cogitanda sim.*: Ov. met. 1, 700 (*narrat Mercurius*) 'Pan … talia verba refert' − -bat verba referre *eqs.* fast. 5, 369 est breve praeterea, de quo mihi quaerere -at. Gratt. cyn. 497 -at equos finire notis, quos arma Dianae admittant. Vitr. 9, 8, 15 *illa* perscripsi; -at nunc de machinationibus … ratiocinari. Optat. 2, 21, 1 dicere (5, 8, 1. *al.*). Avg. dialect. 3 p. 6, 14 docere (p. 6, 15). Martyr. gramm. VII 193, 13 -at nobis de 'b' littera … tractare (*cf. l. 75*). *al.*

γ *structurae variae*: ① *praepos.* de (*-ant adhuc tractanda; cf. p. 1600, 75. 1601, 13; accedit enunt. interrog. l. 66*): Cic. leg. 2, 45 habeo ista; nunc de sacris perpetuis … -at. div. 2, 70 satis multa de ostentis; auspicia ⌞-ant⌟ et sortes …; -at etiam de Chaldaeis (⌞⌟ *ad p. 1600, 63 sqq.*). Vitr. 10, 12, 2 de his rebus, quae potui, dixi; -at mihi de oppugnatoriis rebus, quemadmodum machinationibus … civitates defensae esse possint. ② quod: Cic. ac. 2, 60 -at illud, q. dicunt … contra omnia dici oportere *eqs.* (*item -at adhuc tractandum*: Gell. 2, 6, 19 tertium, *sc. et ultimum,* -at ex his, quae *in Vergilio* reprehensa sunt, q. '…' dixit). Prvd. perist. 10, 855 (*-at id, quod eveniet*) scio … non futurum, ut concremer, nec passionis hoc genus datum est mihi, et -at, ingens q. fiat miraculum.

③ *acc. c. inf.* (*pro acc. ponitur enunt. interrog. p. 1604, 1*): Stat. silv. 4, 1, 40 -at Bactra novis, -at Babylona tributis frenari (*item -at adhuc faciendum*: Amm. 18, 2, 5 post haec inpetrata -bat … moenia reparari. Cassiod. gramm. VII 194, 2 -at nos de 'b' littera … tractare [*nisi restituas* no⟨bi⟩s; *pendet e p. 1603, 60*]. Ven. Fort. epist. [carm. 5, 6] 6 -bat … conici, utrumne *eqs.*). Avg. c. Iulian. 6, 21, 66 ut -et secundum Manichaeos non esse mala exorta nisi de malis (*-at, quod argumentis comprobatur*). Macr. Sat. 7, 8, 5 paleae si in ignem ceciderint, mox solum de eis cinerem -at videri (*-at, quod necessario evenit*).

c *appendix syntactica et stilistica ad IA2*: **α** *in contextu fere pro syn. accedunt* manere *p. 1599, 14,* reliquum esse *p. 1597, 32. 1599, 4,* vivere *p. 1599, 22; cf. de verbis q. s.* superare, superesse *p. 1597, 27 sqq.*

β *subiecta verbi et praedicativa* (*exempla selecta*): aliquantum *p. 1601, 66,* minus *p. 1601, 41. 61. 70,* ni⟨hi⟩l *p. 1599, 29. 1600, 39. 1602, 28. 69*, pars *p. 1598, 14. 1599, 12. 32. 1600, 42. 1601, 64* (reliqua pars *p. 1598, 49*), quantum *p. 1601, 42. 1602, 17,* reliquiae *p. 1599, 1; cf. attributa* nullus *p. 1599, 43. 74,* unus *p. 1598, 52. 1599, 71. 1600, 58. 1603, 2, pron. indef.* quis (*sc. in iunctura* si quis) *p. 1598, 57. 1600, 36. 1602, 32; praedicative accedunt imprimis* solus, *e. g. p. 1598, 27. 55. 1599, 15. 63 sqq. 1600, 5* (*cf. abl.* solo … trunco *p. 1598, 43*), unus *p. 1599, 5 sq. 21. 1600, 71. 1603, 7 (cf. l. 13), ceterum e. g.* aliquid *p. 1599, 26,* integer *p. 1599, 45. 1600, 47. 52. 1601, 33,* nudus *p. 1598, 47,* relictus *p. 1599, 5,* reliquus *p. 1598, 54. 59. 1600, 65,* superstes *p. 1599, 8; indicatur status mutatus p. 1598, 47. 1599, 24, non mutatus p. 1599, 35 sqq. sine subi., sc. usu act. impersonali p. 1600, 22. 1601, 55* (*aliter sub IA2b*).

γ *accedit dat. personae vel rei saepe inde a* Ter. *p. 1598, 52, sc. fere indicans, cui aliquid in possessione sim. remaneat aut adhuc faciendum vel patiendum sit* (*dat. significat rem adhuc perficiendam e. g. p. 1600, 39. 58. 1601, 5. 63, tempus complendum p. 1601, 39*).

δ *iuncturae selectae*: ① *c. adv. temporalibus vel adiunctivis*: adhuc *e. g. p. 1598, 34. 60 et* Ov. Pont. 4, 8, 66 Val. Max. 1, 7, 2, amplius *p. 1599, 74,* etiam *e. g. p. 1603, 18 et vol. V 2, 928, 76 sqq.* (*cf.* etiam nunc *p. 1598, 37. 1600, 36*), iam *e. g. p. 1598, 58. 1600, 29. 40,* insuper *p. 1603, 7* (*cf.* super *p. 1601, 38*), nunc *e. g. p. 1600, 32. 1603, 29.* ② *c. praepos., sc. indicantes: ex qua universitate, per praepos.* de *e. g. p. 1598, 25. 66. 1599, 3. 14,* ex *e. g. p. 1598, 68. 1599, 31 et* Cic. inv. 2, 109 nat. deor. 3, 65; *post quem eventum, per praepos.* ex *e. g. p. 1599, 5. 16,* post *e. g. p. 1599, 26. 31 et* Sen. benef. 2, 33, 1; in *qua re vel persona positum aliquid -et p. 1598, 59. 1599, 13. 61. 1600, 53.*

B *consistunt, subsistunt, non pergunt* (*exempla certiora; hunc sensum multo frequentius exhibet verbum q. e.* resisto, *quo traximus formas perf., v. p. 1476, 5 sqq.*): **1** *-ant homines* (impetus *eorum l. 42*): **a** *varia exempla*: Plavt. Merc. 599 isne est, quem currentem video? ipsus est; ibo obviam; nunc ⌞quod (quid *var. l.*) -at, [et] ei!⌟ disperii! voltus neutiquam huius placet (⌞⌟ quid -at spei? *Ussing, fortasse recte, ut pertineat ad p. 1598, 51 sqq.*). Enn. ann. 481 impetus ⟨h⟩aut longe mediis regionibus -at (*locum affert* Fest. p. 282 '-at' pro 'distat' … Ennium ponere [*sc. male '-are a regionibus' intellegens*]). **b** *in inscr. sepulcr.* (*sc. imperat. sing.; cf.* resisto *p. 1476, 53 sqq.*): CE 108, 1 (*Romae; saec. II/III*) vel nunc morando -a, qui perges iter, etiam dolentis casus adversos lege (Inscr. Année Épigr. 2010 n. 1264 [*e Pannonia; non post saec. III*] ⟨re⟩sta paulu ⟨forte via⟩tor et l., quae⟨so⟩ *eqs.* Carm. epigr. Moes. Cugusi 38 [= CE 1879; *saec. III ex.?*] tu viator, qui transis, rest(a), leg(e) tit(ulum) obiter [*olim edebatur* rist(a)]. *al.*). Carm. epigr. Pann. Cugusi 9 (*saec. II/III*) -a, viator, et relege (Inscr. Année Épigr. 1977 n. 818 [*e Syria; saec. IV*] res(ta) et r. CE 1152, 5).

2 *-ant liquida*: Cvlex 118 non tantum (*Heinsius,* t. n. *trad.*) … *Orpheus* Hebrum -antem tenuit ripis … canendo, quantum te … remorantem, diva *eqs.* Oribas. eup. 4, 69 (68), 3 La p. 584 (*agitur de inflammatione oris*) cum iam -at, quod supercurrebat (*gr. συμπεφθείσης … ἤδη* [*sc. τῆς φλεγμονῆς*], *Aa* cum iam coeperit humor, qui supercurrebat, stare).

II *i. q. obstare, non cedere* (*vi praeverbii adversativa; pass. impers. l. 75; cui [rei] obstetur sim., indicatur per dat. l. 67. 71. p. 1605, 5. 17, praepos.* adversum *p. 1605, 26,* ante faciem *p. 1605, 9. gr. resp. ἀνθίστασθαι p. 1605, 9. hunc sensum multo frequentius exhibet verbum q. e.* resisto, *quo traximus formas stirpis perf., v. p. 1478, 65 sqq.*): **A** *repugnando*: **1** *corporaliter* (*-ant fere homines [urbes pro incolis positae l. 70 sq.], sed animal l. 75, res l. 67; hucine p. 1601, 63?*): Enn. ann. 504 Illyrii -ant sicis … fodentes (foda- *Merula*). Lvcil. 843 caede ostium, Gnatho, urge. :: -ant: periimus. Lvcr. 2, 450 (*inter res duras, spissas*) saxa … ictus contemnere sueta et validi silices … aeraque, quae claustris -antia vociferantur (*locum obscurum huc trahit Bailey, comm. 1947, ad l.*). Bell. Afr. 40, 3 -antes (*in var. l., v. p. 1597, 73*). Sall. hist. frg. 1, 113 Diponem, validam urbem, multos dies -antem pugnando vicit (*item -at urbs*: Ov. fast. 2, 749 postmodo victa cades: melioribus, Ardea, ⌞-as⌟ [certas *coni. Alton, alii alia; v. app. crit. ed. Alton-Wormell-Courtney et Robinson, comm. 2011, ad l.*]). Prop. 3, 8, 31 dum vincunt Danai, dum -at barbarus Hector. Ov. met. 3, 626 (*623* obsisto) *socius* mihi, dum -o, … guttura pugno rupit. 7, 411 *Hercules* -antem … catenis Cerberon abstraxit. Liv. 4, 58, 4 summa vi -ari nun-

[Spoth]

tiaba[n]tur (-are *var. l.*). 8, 39, 9 pedes -antes ac circumventos *Samnites* cecidit. 10, 14, 12 peditum certamine immobilem hostem -are, omnem reliquam spem in impetu esse equitum. 22, 29, 5 *milites* nunc sensim referre pedem, nunc conglobati -are. 23, 45, 9 qui pauci plures vincere soliti estis, nunc paucis plures vix -atis. *al.* SIL. 4, 416 *consul* strictum ... minatur ... trepidis, ni -ent, comminus ensem. 10, 25 in -antes mucronem comminus urget (*opp. 26* trepidos ac terga ... versos). HOMER. 763 Phryges ... -antes sternunt Graios. VET. LAT. deut. 11, 25 (cod. 100; *Moses alloq. Israhel*) non -bit quisquam ante faciem vestram (*gr. ἀντιστήσεται, Vulg.* stabit).

2 *incorporaliter*: **a** *-ant homines*: TER. Haut. 1009 (*antea p. 1392, 47*) in qua re nunc tam confidenter -as, stulta (SCHOL. Ter. p. 125 resistis mihi). LVCR. 1, 110 (*109* religionibus ... obsistere) nunc ratio nulla est -andi, nulla facultas. OV. met. 13, 947 (*loq. Glaucus; nisi ad IA1*) *non* potui -are diu 'repetenda'que 'numquam terra, vale!' dixi corpusque sub aequora mersi. **b** *-ant res*: PANEG. 8, 10, 4 una illa ... imperii contumelia, eoque nobis intolerabilior, quod gloriae sola -bat. ARNOB. nat. 3, 1 (*nisi ad p. 1598, 51 sqq.*) neque ... ⌊-are⌋ sine adsertoribus non potest religio christiana (⌊ ⌋ res stare *cod. P post corr. et ed. Marchesi, qui post* potest *interpungit,* stare *ed. princ.; v. app. crit.*).

B *sustinendo, ferendo sine motu damnisve*: **1** *-ant res* (*corporeae praeter l. 23; cf.* VERG. *p. 1598, 29*): PROP. 2, 25, 18 teritur robigine mucro ferreus ...; at ... *non* teritur ... ⌊amor, qui⌋ -at et immerita sustinet aure minas (⌊ ⌋ amator *coni. Heinsius, ut pertineat ad 2*). SIL. 7, 130 turba luporum ... morsu ... quatit -antia claustra. TAC. ann. 3, 46, 3 *nostris* paulum morae attulere *hostes* ferrati -antibus lamminis adversum pila et gladios. **2** *-ant homines* (*cf. coni. l. 24*): OV. met. 5, 208 bis centum -bant corpora pugnae, Gorgone bis centum riguerunt corpora visā. SIL. 6, 125 *Regulus* decora alta paravit -ando adversis.

part. praes. neutr. pro subst. p. 1600, 61. 1601, 17.

deriv.: restito, 1. restitor.

cf. Onom. (*sc.* Restatus INSCR. Aquil. 3417 [*aet. Aug.?*], *si hinc derivatum est* [*aliter olim Solin, Arctos 35, 2001, 216*]). *Spoth.*

restor *v.* restio. **restrictē, -tim** *v.* restringo.

restrictio, -ōnis *f.* *a* restringere. *plur. non legitur.*

i. q. actio vel effectus restringendi (*ubique pendet gen., sc. obi. praeter l. 39*): **1** *vario contextu spectat ad: res minus large vel non distribuendas, adhibendas*: CHALC. comm. 3 *tantam scientiam assecuti* infelicis invidiae detestabili -e largae beatitudinis fusionem ... penes se retinuerunt. AVG. mor. eccl. 31, 67 l. 40 *victui* redundat plurimum ex operibus manuum et epularum -e (*inde sim.* ISID. eccl. off. 2, 16, 16]. SACR. Gelas. 106 [= Greg. 38, 2 *vel* 167 D.] te ... deprecantes, ut cum e. -e carnalium a noxiis ... voluptatibus temperemur. *simul ad l. 44 sqq. vergit*). *actiones, libidines rarius vel non peragendas, permittendas sim.*: AMBR. obit. Valent. 11 (*respic. thren. 3, 27*) potest ... grave verbi iugum videri propter onera disciplinae, ... pondus abstinentiae -emque lasciviae (-eque *var. l.*). AVG. epist. 104, 3 paupertas ... est aliquanta -o et coercitio ⌊peccatorum⌋ (*vix est masc.*). COD. Theod. 15, 6, 2 ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum -e tristitia generetur. GREG. M. moral. 21, 18 l. 27 ad -em carnis (*seq.* corporis ... et cordis lasciviam reprehendit). **2** *in arte medica spectat ad fluentia sim. sistenda, sedanda*: VEG. mulom. 2, 6, 10 ad -em ipsius *ventris dissoluti.* MARCELL. med. 5 tit. ad pituitae et flegmatis deductionem et -em catarri. GLOSS. V 610, 46 ⌊stranguria⌋: -o urinae (⌊ ⌋ *Oehler,* stringina *cod.; de* stringiva *cogitat Heraeus in exemplari suo*). *Meusel.*

restringo, -strīnxī, -strictum, -ere. *a* re- *et* stringere. *in codd. rec. scribitur praes.* -ngu-, *sc. p. 1606, 58. 1607, 5. 29. al., hic illic p. p. p.* -nct-. *notatur* res *p. 1606, 56.* NOT. Tir. 65, 2 -it. 65, 8 -xit. 65, 14 -tum. GLOSS. II 241, 13 *ἀποσφίγγω*: -o, destringo. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1658 sqq. (cod. Paris.) -it: refrenat. cohercit (*i.* coercet). cohibet. conpescit *eqs.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, CATVLLO, LVCR., *in orat. soluta inde a* CIC. (*sc.* -tus *p. 1608, 21 sqq. et adv.* restricte), SEN. *philos.,* PETRON. [*notionem colligandi, contrahendi sim. (cf. p. 1607, 23 sqq.) continuant abrut.* arəstréñə, *rom.* (*Castel Madama*) restréñe, *wall.* rastrinde, *comit.* (*Jura*) retrēsi, retrũdr; *a serm. docto haud aliena sunt it.* ristringere, *cors.* sdričí, striğğí, *raet. or.* ristrendzi, *francog.* rétreindre, *prov.* restrenher, *cat.* restrènyer. *cf. M.-L. 7252 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3245. 3265. Cortelazzo-Zolli² 1351. 1396. Wartburg X 324 sqq. Stimm s. v.* restrenher. *Coromines III 799. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. imprimis c.* restinguere, *e. g. p. 1607, 34. 70 (in var. l. falsa e. g.* HEGES. 5, 26, 2 p. 361, 29 [*gr. ἔσβεσεν*], *ceterum cf. coni.* -stin- *p. 1607, 38. 42. 55; v. etiam p. 1571, 30 sqq.); restit. p. 1606, 10 et* APVL. apol. 59, 6 rictum ⟨-tum⟩ (*suppl. Acidalius, alii alia*).]

i. q. (rursus vel retro) stringere (*vis praeverbii fort. spectat ad motum retro vel in contrariam partem factum e. g. p. 1606, 9. 36, ad restituendum in statum priorem e. g. l. 33. 46 sq.; aspectum post terga stringendi intellegas e. g. l. 23*): **I** *proprie pertinet ad motum localem (addidimus imagines, e. g. l. 27. 33); respicitur potius actio*: **A** *retegendi sim.; -untur ea*: **1** *quae denudantur*: PLAVT. Capt. 486 nemo ridet; ... ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier, saltem, si non arriderent, dentes ut -rent (LACT. opif. 10, 18 d. ..., ne nudi ac -ti magis horrori quam ornamento essent *eqs.* DON. Ter. Andr. 597, 4 ducitur ... verbum, *sc. irritare,* a canibus, qui -tis d. ⌊'r'⌋ litteram imitantur [retractis *var. l.*; ⌊ ⌋ *Cioffi,* hanc *trad.*]). **2** *quae retrahuntur*: LVCR. 5, 1065 canum ... Molossum mollia ricta (*i. labia*) ... rabie ⟨re⟩stricta mina⟨n⟩tur (*Lachmann,* (di)stricta *codd.*; rabies ⟨re⟩stricta minatur *Diels, ut locus ad IIA1 pertineat*). PS. QVINT. decl. 12, 27 -tis labris. APVL. carm. frg. 2, 8 -tis forte si labellis riseris.

B *cohibendi, coercendi* (*accedit abl. instr. e. g. l. 18. p. 1607, 30. 34*): **1** *-untur, qui (quae) vinculo, ligamine sim. (co)ligantur* (*pro subi. est vinculum ipsum l. 25. 27; ubi affigantur, indicatur l. 18. 23. 31*): **a** *animantes eorumve partes corporis: homines ipsi* (*accedit acc. respectus l. 18*): CATVLL. 64, 296 Prometheus ... silici -tus membra catena. TAC. ann. 14, 64, 2 -itur vinclis *Octavia.* PRIMAS. in apoc. 18, 23 (*ad Babylonem; in imag.*) poenis aeternis damnanda -eris. *membra eorum*: HOR. carm. 3, 5, 35 qui lora -tis lacertis sensit iners. PETRON. 73, 4 alii ... -tis manibus anulos de pavimento conabantur tollere (PLIN. nat. 35, 93 -tis ad terga m. [*cf.* post terga: FRONTIN. strat. 4, 4, 1 LVCIF. moriend. 14 l. 6]. STAT. Theb. 6, 815 ambas -unt cohibentque m. *hostis.* FRONTIN. strat. 3, 3, 7 APVL. flor. 17, 7. HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 586^{C} hostium vincula -xerant manus). PS. QVINT. decl. 16, 10 (*in imag. de affectibus*) hae sunt catenae, quae ⌊tenent⌋ membra, quae ... per infinita terrarum spatia -unt (⌊ ⌋ *Burman,* tegunt *codd.*). GREG. M. in euang. 13, 1 l. 18 (*respic. Luc. 12, 35* sint lumbi vestri praecincti; *in imag. de castitate*) duo ... iubentur, et lumbos -ere et *eqs.* **b** *res*: TAC. ann. 15, 57, 2 *Epicharis* vinclo fasciae ... in modum laquei ad arcum sellae -to indidit cervicem. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 94, 18 (*in imag.*) ea, quae dirupta sunt, caritatis vinculis -antur (*gr. I 1, 7 p. 147, 27 περισφίγξαι*).

2 *-untur, qui (quae) quolibet modo coartantur, cohibentur sim.*: **a** *-untur animantes (animal l. 43) eorumve corporis partes* (*motus earum l. 41 sqq.*): **α** *retrahendo, retinendo* (*unde, indicat praepos. l. 40 sq.*): QVINT. inst. 11, 3, 131 (*respic. gestus oratoris*) cum ... laevam *manum* -ere prolata longius dextra sit odiosum. AMBR. Isaac 8, 65 bonus ... rector malos equos -it et revocat, bonos incitat. ALC. AVIT. carm. 1, 312 (*respic. gen. 2, 17*) huius *arboris scientiae boni et mali* ab accessu vetitum -ite tactum (*cf. in imag.* hom. 7 p. 116, 8 tu t. appetitus ab inutili aviditate -e). 2, 387 (*respic. gen. 19, 26*) *uxor Lot* -tis motibus haesit (5, 616). CHRYSOST. hom. V 899^{D} iste *auceps* summum funiculum tenens, -it eum *passerem,* cum volaverit.

β *corroborando, confirmando* (*opp.* solvere *l. 47*): TERT. apol. 21, 17 cum ille *Christus* ... leprosos purgaret, paralyticos -ret *eqs.* (*item* PS. CYPR. idol. 13. *sim.* PETR. CHRYS. serm. 178, 4 membra paralytici soluta -it). HIER. in Ezech. 16, 4 l. 937 tenera infantum corpora ... solent ... sale contingi, ut sicciora sint et -antur.

γ *sistendo, continendo sim.* (*sc. imprimis in arte medica, aliter e. g. l. 59. 64. 66; saepe agitur de cibis, medicamentis adstringentibus; in malam partem l. 71. 75; opp.* mollire, (re)solvere *e. g. l. 71. p. 1607, 7. 9; gr. resp. ἱστάναι e. g. l. 73. p. 1607, 10, στάσιμος p. 1607, 11*): Ⓘ *c. obi. acc.*: Ⓐ *-untur liquores corporis, tumores, morbi sim.* (*unde, indicatur l. 58; cf. l. 74* [*bis*]): INSCR. ocul. Voinot 204^{a} (*vix post saec. III*) lysipon(ium) ad lac(rimas) res(tringendas) (MARCELL. med. 8, 122 collyrium ... ad l. tenuem -endam. PLIN. phys. Bamb. 15 tit. [cod. Cass.] ad l. de oculo -endam. Sang. p. 191 l. 7 l. oculorum -uendam. *al.*). IVVENC. 2, 396 (*respic. Matth. 9, 20 sqq.*) -to viguerunt sanguine venae *mulieris* (HIER. in Gal. 4, 19 l. 23 per novem menses -to s. futurus homo coagulatur. PS. APVL. herb. 2 l. 16 *herbae* sucus ... -it sanguinem. *al.*). PLIN. med. 2, 20, 3 carbunculos eorum *verendorum* salsamenta ... -unt (restingunt *Plin. nat. 32, 108*). HIER. hom. Orig. in Luc. 1 p. 9, 1 ut ... humorum abundantiam siccem, temperem atque -am (PLIN. phys. Bamb. 1, 10). RVFIN. hist. mon. 20, 4 ut ... fluxam ... eius *spermatis* labem ... ieiunii continuatione -ant *monachi* (per- *var. l.*). PS. APVL. herb. 88 l. 5 ad emorroidas -endas (*inde* tit. morb. l. 152). MARCELL. med. 8, 20 ad lacrimas et tumores oculorum lippientium -endos. PLIN. phys. Bamb. 17, 1 *medicamen* impetum reum(a)e -et. *al.* Ⓑ *-itur venter, alvus vel fluxus eius*: GARG. MART. med. 11, 4 *lactucae* alvum -unt, copiosius ingestae resolvunt ([-stin- *var. l.*]. 46, 3. SER. med. 514 -ta morabitur a.). 12, 2 *intiba* ventrem -unt cocta (HIPPOCR. vict. 2 l. 612 unus cibus extenuat et siccat, v. -it [*gr. 2, 60, 3 ἴστησι*]. *al.; cf.* PS. APVL. herb. 52 l. 5 ad ventris fluxum, ut -at. 68 l. 5 *herba* ventris cursum -it). *-itur ipse homo, cui alvus obstruitur* (*sc. in malam partem*): CAEL. AVR. acut. 2, 32, 170 *cardi-*

[Ryser]

acum leviter resumptum celeriter -i vel accepta reicere. Ⓒ *-untur quaelibet partes corporis*: PLAC. med. 13, 1 rec. *β medicamen* capillos fluentes -it et facit crescere. PLIN. phys. Sang. p. 268 l. 12 (*obscurum*) pr⟨a⟩ecantatio ad conbustum, ne fia⟨n⟩t ulcera, dicis haec: 'ut ferrum ca⟨n⟩dens linguam -uat, ne noceant'.

Ⓘⓘ *obi. subaudiendo vel absolute*: GARG. MART. med. 21, 9 (*antea*: molliunt alvum) eadem aqua cum vino pota -it (*pendet e Plin. nat. 20, 49* sistit). CHIRON 33 quomodo fieri possit, ut quae, *sc. ustio,* -it et alligat, rursum solvat. PS. APVL. herb. 59 l. 4 pulverem … dabis in vino, mox -et. HIPPOCR. vict. 2 l. 104 dulce … aliut -it, aliut vero siccat (*gr. 2, 39, 1 ἴστησι, ut e. g.* l. 143 [*gr. 2, 41, 1*]). l. 205 lini semen … -it (*gr. 2, 45, 3 στάσιμον, ut* l. 221 [*gr. 2, 45, 4*]. *al.*). PLIN. phys. Bamb. 25, 4 cep(a)e … -unt. Sang. p. 229 l. 27 -it ⌊ventrem pullinum⌋ **(**[*acc. in positione subi. putat Önnerfors, 2006, ad l.*]. *inde perperam ex primo enunt. ad titulum tractum* p. 216 l. 26[a] [*inter capp.*] ad decoctionem reprimendam ut quibus venter currit [-at]; *v. Önnerfors, In med. Plinii stud., 1963, 37 adn. 25*)**.** *al.*

?ⓘⓘⓘ *usu intrans.*: PLIN. phys. Sang. p. 197 l. 5 sanguis cui currerit multum et non poterit -ere (*nisi pro subi. intellegas 'is, qui patitur' sim.; v. Önnerfors, 2006, ad l.*).

δ *(paulo) claudendo, comprimendo*: MART. CAP. 3, 261 *formatur littera* 'q' appulsu palati ore -to. 4, 334 Dialectica … promptiore fiducia -tisque quadam obtutus vibratione luminibus … sic exorsa: '*eqs.*'.

b *-untur res* (*motus earum l. 39*): **α** *contrahendo, comprimendo, aliquid artius faciendo sim.*: PS. QVINT. decl. 11, 8 p. 228, 6 cum *damnatus* periturus trepidat, … -it supremo vincla conatu. SVET. Aug. 73 togis neque -tis neque fusis. TERT. pudic. 2, 10 ut haec *scripta* -ere frenos disciplinae, illa laxare ⌊videa⟨n⟩tur⌋ (*corr. Gelenius; in imag. ut*: FVLG. RVSP. epist. 1, 19 *ut* virtus … carnalis concupiscentiae frena -at). APIC. 4, 2, 4 accipies holisatra, purgas, lavas, … -ues. GREG. TVR. glor. mart. 95 p. 552, 15 magno frigore … terra -itur. **β** *reprimendo, compescendo, diminuendo* (*ubi, indicatur l. 33*): APVL. mund. 9 p. 308 nimbus … quanto inprovisior praecipitatio eius est, tanto breviore casu -itur (*cf.* RVFIN. hist. 9, 8, 1 *deus* imbres -it in nubibus). AMBR. in Luc. 9, 33 (*respic. III reg. 21, 2 sqq.*) parata vitibus incendia proprio cruore -xerit *Naboth* **(**[-stin- *var. l.*]. *item -itur ignis sim.*: DRAC. laud. dei 1, 145 [*creatur mundus; v. p. 1243, 13 sq.*] flammas -it aqua [-stingu- *Eug. Tolet.*]. CORIPP. Ioh. 1, 340 ni fulmine … *Iuppiter* anhelos disiunxisset equos *Phaethontis,* -ens ignibus ignem [-stin- *coni.*]. *cf. p. 1571, 47 sqq.*)**.** ALC. AVIT. carm. 5, 207 (*agitur de tenebris sec. exod. 10, 22 sqq.*) lumina … *non* vibrant -tos pondere motus. VEN. FORT. Mart. 2, 3 (*in imag.*) -ta semel levius se sarcina ducit. CAES. AREL. serm. 112, 1 (*in imag.*) Christus in cruce … mortuus … diaboli venena -xit (-stin- *Maurini; cf. p. 1573, 47 sq.*).

II *translate, sc. respectu motūs localis minus vigente (sed hic illic sublucente), pertinet ad actionem coercendi, refrenandi, reducendi sim.* **(***indicatur, unde quid [quis] cohibeatur, per praepos.* ab *e. g. p. 1608, 7 sqq. [cf. p. 1606, 40 sq.], quo vel intra quos fines, per praepos.* ad *e. g. l. 66. p. 1608, 5 sq.* [*cf. p. 1606, 31*], in *c. acc. l. 73, c. abl. l. 65 et* PRIMAS. in apoc. 6, 1 l. 9, sub *e. g. l. 72. p. 1608, 9*)**:** **A** *-untur res*: **1** *habitus animi, affectus, cupiditates sim.* (*cf. p. 1606, 11*): SEN. benef. 1, 4, 2 danda lex vitae, ne … liberalitatem … haec ipsa observatio -at, dum temperat. dial. 6, 1, 8 leniore medicina fuisset oriens adhuc -enda vis, *sc. doloris tui.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 6, 1 quo *freno* refrenem furorem, quo cohibeatur invidia …, quo odiorum -atur insania. AVG. pecc. mer. 1, 29, 57 (*antea opp.* relaxans) concupiscentiam -ens conubio. CORIPP. Ioh. 8, 135 -ere … furores (-stin- *Mazzucchelli*). *al.* **2** *bona, expensa sim.*: PLIN. epist. 5, 19, 9 *homo* tam parcus …, ut non solum delicias, verum etiam necessitates valetudinis frugalitate -at. 6, 19, 4 *princeps* sumptus candidatorum … ambitus lege -xit. PRVD. c. Symm. 2, 829 patris opus (*i. munera naturae, velut aer, aqua sim.*) … *non* vitio utentum -tum deficit. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 29, 35 quid … me laedunt divitiae, si aurum suum -ant? SACR. Leon. 902 (*in ieiunio*) -endo copias. **3** *quaelibet*: SYMM. epist. 10, 1, 3 praeconia virtutum tuarum presso dente -o **(***sim. -itur sermo, oratio*: AVG. doctr. christ. 4, 84 *ut* linguam doctrinae christianae sanitas … ad eloquentiam … modestiorem … -xerit. ALC. AVIT. carm. 4, 209 [*respic. Luc. 1, 20*] *angelus Gabriel* ingrato -xit in ore *Zachariae* loquellas**)**. AMM. 29, 2, 18 -ere potestatem. FAV. EVL. 17, 2 breves horas a⟨d⟩ Capricorni humiliore⟨m⟩ meta⟨m⟩ -ens in solstitium … brumale … tendit *sol.* PASS. Macc. 17, 8 ut *martyres* gentis suae peccata -xerint **(***sim. -untur vitia, mala*: ALC. AVIT. carm. 6, 128 repentino -ere crimina freno. AVELL. 78, 5 impietates … -xerunt [-stin- *var. l.; gr. ἔπανσαν*]. GREG. M. moral. 2, 33 *Iob* murmurationis vitium … a cogitatione -xit. 4, 36 ut … animus … culpae tyrannidem sub iure suo paenitendo -at**)**. MART. CAP. 2, 103 quos *numeros* … in tertium numerum … -xit *Philologia* (-stin- *var. l.; ad rem v. Lenaz, comm. 1975, 65*). *al.*

B *-untur animantes eorumve corpora, animi sim.* (*refl. p. 1608, 8 sqq., mediopass. fort. l. 14*): TAC. ann. 16, 16, 1 patientia servilis tantumque sanguinis domi perditum fatigant animum et maestitia -unt **(**[-stin- *Madvig*]. TERT. patient. 6, 5. PANEG. 12, 6, 2 [-stin- *Cuspinianus*]. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 2 timor -it a.**)**. PLIN. epist. 1, 8, 9 cum omnes homines ad custodiam eius *pecuniae* natura -xerit *eqs.* AMBR. Abr. 2, 11, 78 *mens* -it animam ad sui castimoniam (AVG. conf. 8, 7, 18 *anima* quasi mortem reformidabat -i a fluxu consuetudinis). in psalm. 118 serm. 16, 45, 3 alius se -it a luxu, sed avaritiae cupiditate raptatur (GREG. M. dial. 1, 1, 1 sese … ab otioso … sermone. in Ezech. 1, 3, 18 l. 356 se … ipsum -ere sub … castitatis freno. *cf.* past. 3, 30 l. 95 R. a licitis nosmetipsos -endo). GREG. M. in euang. 17, 3 l. 39 pro sua nequitia praedicantium -itur lingua (moral. 7, 61 ne *l.* aut laxata in vitio defluat aut -ta etiam ab utilitate torpescat. *al.; cf. p. 1607, 62 sqq.*). moral. 2, 78 l. 72 tanto maturius ad gravitatem -mur, quanto ad hanc quasi amissam redimus. *al.*

p. p. p. **restrictus,** -a, -um *pro adi.* (*exempla certiora; huc vergunt e. g. p. 1606, 6. 71*). *compar.* -ior *saepius inde a* CIC. (*superl. olim afferebatur ex* DIG. de confirm. dig. 10, *ubi nunc* rectissimis *legitur*).

1 *respiciuntur qualitates incorp.*: **a** *i. q. modestus, non effusus, non largus sim.: de parcis, avaris sim.* (*sc. de animantibus praeter l. 27; indicatur, qua in re quis -us sit, per praepos.* ad *c. gerund. l. 25, in quem, per dat. l. 27. 29, praepos.* erga *l. 28*): CIC. Planc. 54 eosdem, cum iam essent experti, quid valerent, -os et tenacis fuisse. off. 2, 62 in iis …, qui se adiuvari volent …, -i omnino esse nullo modo debemus. Att. 10, 11, 2 an existimas illum in isto genere (*sc. in solvendo*) lentulum aut -um? fam. 3, 8, 8 cum … semper ad largiendum ex alieno fuerim -ior. ARNOB. nat. 7, 12 p. 356, 3 quem *pauperculum* -um non animus, sed familiaris rei necessitas fecit. AMBR. in Luc. prol. 2 bonitas … abundat aliis, sibi -ior. off. 2, 21, 111 -iorem erga clericos aut indulgentiorem. PAVL. NOL. epist. 34, 2 non ut de proprio -i simus, sed *eqs.* VEN. FORT. carm. 3, 11, 9 dum tibi -us maneas et largus egenis. *de modicis, contentis sim.*: PLIN. epist. 9, 19, 6 an -ius *esse* arbitraris per orbem terrarum legendum dare duraturam memoriam suam, quam *eqs.*? AMM. 23, 6, 78 *Persae* immane quantum -i et cauti. *de exiguis, non copiosis sim.*: SYMM. epist. 8, 11 sufficit amanti brevis et -a purgatio (*C. F. W. Mueller,* de-, dis- *trad.*). AMBR. exc. Sat. 2, 61 ante … quam suum cuique *plantae* tempus adveniat, fetura -ior est. **b** *i. q. rigidus, severus, austerus*: TAC. ann. 15, 48, 3 qui … imperium non -um nec perseverum volunt. APVL. Socr. prol. 1 p. 104 in operibus elaboratis iudicatio -ior, in rebus subitariis venia prolixior. ARNOB. nat. 4, 13 p. 216, 9 cum sitis alias in eorum *deorum* numero -iores. HIST. AVG. Carac. 2, 1 *Caracalla* -ior, gravior, vultu etiam truculentior factus est. BENED. reg. prol. 47 si quid *in institutione* paululum -ius … processerit *eqs.*

2 *respiciuntur qualitates corp., fere i. q. contractus* (*sc. spectat potius ad formam statumve sine respectu actionis*): SEN. nat. 7, 17, 1 talis illi *cometae* forma est, non in rotundum -a, sed procerior et in longum producta. SVET. Dom. 18, 1 quorum *pedum* digitos -iores habebat (*sim. de partibus corporis*: PHYSIOGN. 126 reductis ac -is cruribus *ad speciem lupi*). APVL. Socr. prol. 1 p. 106 (*in imag.*) ne pendula et flaccida neve -a et caperrata sint *vela oratoris.* PHYSIOGN. 75 parvi … et -i passus inefficaces, parci … sunt (*μικροί pro πικροί gr. I 398, 10 legisse vid. auctor*). MART. CAP. 1, 14 duo *amnes Mercurii Lunaeque* -iores ac sinu ambituque parvo raptabantur interius.

adv. **restrictē.** *compar.* -ius *l. 60. 71. al., superl.* -issime *l. 66.*

de notione: CHAR. gramm. p. 310, 2 (*e Romano; de praepositionibus*) constricte, -e, districte.

i. q. modo restricto; respicitur usus: **1** *verborum, argumentorum, sc. aliquid: anguste definitur*: CIC. rep. 3, 7 quoniam id nomen, *sc. sapientis,* illi tam -e tenent. leg. 2, 45 ego cetera, *quae deis donanda sunt,* non tam -e praefinio. *nude, sine ornamentis ponitur*: ITIN. Alex. 1, 2 adhibito … verborum cultu -ius. *breviter, praecise dicitur*: BOETH. in top. Cic. 2 p. 308, 31 exemplum -ius dictum est nec promptissime ad intellegendum. **2** *rerum variarum, sc. fere i. q. avare, parce sim.*: CIC. fin. 2, 42 cur id tam parce tamque -e faciant, *qui ad virtutem voluptatem adiungunt, non* intellego. Lael. 58 nec *videtur vera amicitia* observare -e, ne plus reddat, quam acceperit. PLIN. epist. 5, 8, 13 quamvis illud, *i. laudare,* plenissime, hoc, *i. culpare,* -issime feceris. PANEG. 4, 15, 3 refrenandis cupiditatibus -e contenteque vixerunt **(**HIER. epist. 22, 35, 8 in qua *quadragesima* … conceditur -ius vivere [de-, dis-, strictius *var. ll.*]. SACR. Leon. 986 -ius castigatiusque viventes. *sim.* ARNOB. nat. 2, 62 p. 138, 8 si vitam -ius egerint [*Sabaeus,* -us *trad.*]**)**. AVG. doctr. christ. 3, 42 quisquis … rebus praetereuntibus -ius utitur, quam sese habent mores *eqs.*

adv. **restrictim.** *i. q. modo restricto, diligenter*: AFRAN. com. 333 -m cogitata atque omnibus rationibus (*explicat* NON. p. 516, 6 -m pro restricte).

deriv.: restrictio. *Ryser.*

restrūctio, -ōnis *f.* *a* restruere. *i. q. actio restruendi, reaedificatio*: BACHIAR. repar. laps. 18 l. 590 pro -e patriae *deletae Hierusalem* (*cf. l. 18 sq. 22 sqq.*).

※**restruo,** -strūxī, -strūctum, -ere. *a* re- *et* struere. NOT. Tir. 65, 21 -it. 28 -xit. 35 -tum. *legitur fort. iam apud* VARRONEM *l. 14.* [*confunditur in codd. c.* destruere *l. 12* (*in falsa var. l.* CALL. dig. 49, 14, 1 pr.), restituere *l. 18 sq. 29; praeter necessitatem pro* renuere *coni. Kroymann* TERT. carn. 6, 1.]

1 *i. q. redigere in statum non structum, destruere* (*si recte agnoscendum, vi praeverbii invertitur notio verbi simplicis ut e. g.* refigo *p. 645, 66 sqq.*): STAT. Theb. 10, 879 *Capaneus* insultans … molibus *moenium* obstantes cuneos tabulataque saevus -it (de- *var. l.*).

2 *i. q. renovando struere, restaurare*: **a** *proprie et in imag.*: TERT. nat. 1, 10, 17 Varro (*antiq. frg. 46a Cardauns*) commemorat … *numinum Aegyptiorum* ⟨aras⟩ a senatu deiectas nonnisi per vim popularium -tas *esse* (apol. 6, 10 licet Serapidi … aras -eritis). resurr. 11, 3 qui *deus* valeat dilapsum … tabernaculum carnis reaedificare atque -ere (*cod. T,* restituere *cett.*). IREN. 4, 34, 4 *a Iudaeis* templum -tum est tunc *post captivitatem* (restitutum *var. l.; cf.* BACHIAR. repar. laps. 5 l. 132 -tis … templi dominici fundamentis). PS. AVG. serm. 65, 3 -tis horreis (*cf. Luc. 12, 18* destruam horrea mea et maiora faciam). *allegorice per restitutionem moenium templique Hierosolymitani respicitur homo spiritaliter renovandus*: BACHIAR. repar. laps. 18 l. 593 conlapsa -antur, ut praestructa custodiat *homo.* l. 596 reaedificentur … per tropologias nominum claustra portarum; -atur in primis porta probatica, quam nos esse suspicamur auditum *eqs.* l. 621 -antur et muri natatoriae, id est forma baptismi. *al. ibid.* **b** *translate*: TERT. monog. 9, 4 (2) ad dei voluntatem non destruendam et initii formam -endam (*in prohibendo repudio*). resurr. 31, 2 deus eam -bat (restituebat *var. l.*) fidem *resurrectionis,* quam populus destruebat.

deriv.: restructio.

*?***resūdātio,** (-ōnis) *f.* *a* resudare, *si recte restit.* *i. q. actio resudandi*: CAEL. AVR. diaet. pass. 79 quot sunt differentiae sanguinis fluoris? tres: eruptio, vulneratio, ⌊-o⌋ (reddanda *cod., corrigitur sec. Aesculapium 15, 4; sed in eadem re differentiam* sudationis *laudat ipse Cael. Aur. chron. 2, 10, 122. 125. al.*).

resūdo, -āre. *a* re- *et* sudare.

1 *i. q. sudare reddendo antea collecta* (*respectu corporali praeter l. 45*): **a** *intrans. de eo: quod madet, unde umor emanat*: CVRT. 5, 1, 12 causa fertilitatis *Mesopotamiae* est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter venas aquarum -ante. 7, 10, 3 cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem -et humore. VEN. FORT. vita Germ. 27 -ante dextera digitos (-us *var. l.*) … replicat *episcopus sanans torporem.* *quod emanat*: FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 4 in quibus *effectibus, ad quos Philosophia perducit,* … Carneadis -at ⌊elleborum⌋ (*cf. vol. V 2, 396, 62 sqq.*). VEN. FORT. carm. 1, 21, 28 *in sicco fluvii alveo* -antes orbita *rotae* sistit aquas. **b** *trans. de eo, qui (quod) sudore emittit alimenta recepta*: PRVD. apoth. 719 crudus conviva *saturationis mirificae* (*Marc. 6, 42*) -at congeriem ventris. cath. 7, 9 *ieiunemus,* arvina … ne -ans crapulam … ingenium premat.

2 *i. q. sudare compensando: de eo, qui madet* (*cf. l. 39*): PRVD. cath. 10, 107 Morbus *daemon* …, artus qui nunc populatur anhelos *morientis cuiusdam,* sua tunc tormenta -ans luet. *de aqua, quae emanat* (*cf. l. 44; in imag.*): GREG. M. epist. 8, 29 l. 5 ut ad largum … fontem *litterarum tuarum* brevis epistulae meae vix parva potuisset aqua -are.

*deriv.: ?*resudatio.

resulco, -āre. *a* re- *et* sulcare. *i. q. iterum sulcare: rescindendo vulnere*: PRVD. perist. 5, 144 rursus ulcera, dum se cicatrix colligit …, manus *tortoris* -ans diruet. PETR. CHRYS. serm. 84, 8 cur … *Christi* vulnera … devota dextera sic -at *Thomas*? (*cf. Ioh. 20, 25*). *arando* (*in imag.*): VEN. FORT. Mart. 3, 163 incipit alloquiis fera *paganorum* pectora cultor arare … novalia … proscindens, iterans, bis terque quaterque -ans *eqs.* *Bk.*

resultātio, -ōnis *f.* *a* resultare. *plur. non legitur.* *de notione v. l. 75. p. 1610, 12 sqq.* [*confunditur in codd. maxime c.* resolutio PS. PHILO antiq. 60, 3 NOVELL. Valent. 32, 5 LEO M. epist. 31, 4 Conc.^{S} II 4 p. 14, 29.]

i. q. actio resultandi (*gen. indicat subi. e. g. p. 1610, 9 sqq., contra quem agatur p. 1610, 31; accedit praepos.* contra *p. 1610, 24*): **1** *rei, quae a superficie repercutitur*: **a** *lucis, imaginis*: DON. Ter. Ad. 415 causa inspiciendi speculi emendatio est vultus, effectus formae per imaginem -o. SEV. Aug. epist. 109, 1 viscera *tua* … mihi ut refundantur cupio, … viscera perfusa lumine veritatis et refulgentia veritatem; horum me manationi vel -i subicio, quo nox mea in lumine tuo deficiat (*si recte huc*). **b** *sonitus, sc. respicitur echo* (*cf.* GLOSS. -o: *ἠχώ*): PS. PHILO antiq. 60, 3 (*David adloq. spiritum iniquum*) inmemor es, quoniam de -e in chasmate (*Jacobson,* chaomato *trad.*) nata est vestra creatura? (*alii alia coni.; loci interpretatio incerta est, v. Jacobson, comm. 1996, ad l., qui ad spiritus ex echo natos pertinere putat; fort. ad l. 21 sqq.*).

2 *sonitus cuiuslibet* (*saepe percussione effecti*): AMBR. hex. 3, 5, 21 quam dulcis sonus *undarum,* quam iocundus fragor, quam grata et consona -o! in psalm. 1, 9, 1 psalmus … est … clamor iocunditatis, laetitiae -o. HEGES. 4, 17 p. 268, 14 (*cf. IV reg. 2, 19 sqq.*) convertit … naturam aquarum ad preces prophetae caelestis oraculi -o (*cf. p. 1611, 30 sq. 50. 56 sq.*). CASSIOD. var. 2, 40, 12 citharae blanda -o. in psalm. 150, 4 l. 91 (*describitur tympanum*) tensi corii sonora -o.

3 *eius, qui (quod) repugnat sim.* **(***cf.* GLOSS.^{L} IV Plac. R 6 -o: id est reluctatio, quae renititur et contra contendit [*inde* I Ansil. RE 1678]. V Abba RE 80 -o: reluctatio**)**: **a** *subditus* **(***fort. addas* CASSIOD. Ios. antiq. 20, 106 p. 579 ne qua … turba aut ⌊res vel actio⌋ nasceretur [-o *Bulhart in schedis nostris, gr. νεώτερόν τι*]**)**: *variis*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. 6, 20, 65 sequitur …, ut malum sit rebellare diabolo, quoniam per -em institutus a deo ordo turbatur. PASS. Fel. Ach. (BHL 2896) 9 (*magistratus ad Christianos*) quos *deos* adorare profana -e contempsistis. CASSIOD. var. 2, 24, 1 (*senatui*) non decet inde signum -is exire, unde exemplum potuit moderationis effulgere. hist. 5 capp. 11 de -e Iudaeorum. *deo, ecclesiae* (*huc fort. l. 1*): LEO M. epist. 30, 4 Conc.^{S} II 4 p. 10, 32 hoc imperita -o audet incessere, quod dominus in ecclesia sua neminem voluit ignorare (*sim.* 31, 4 *ibid.* p. 14, 29). Conc.^{S} II 5 p. 8, 3 Eutychis -em contra rectam doctrinam (*gr. II 1, 3 p. 128, 19 ἐπανάστασιν*). CASSIOD. hist. 10, 6, 15 *non* illius -is memor (*gr. Theodoret. 5, 33, 1 ἀντίστασιν*). GREG. M. moral. 8, 59 *procaces a deo castigati* de divina aequitate disputant, ad -is verba prosiliunt. **b** *litigans sim.*: NOVELL. Valent. 32, 5 hoc ordine omnis causatio sopietur nec emptor … quicquam de -e formidat nec venditor potest sub tali adsertione fraudari. Iust. 80, 2 si *agricolae* … ad -em possessorum venerunt et adversus eos dicant causas (*gr. ἐναντίωσιν*).

c *qui (quod) impetum passus (passum) est: animans*: CASSIOD. var. 1, 15, 2 videtur occasio *possessoris absentis* in delictum trahere, quae non potest animum pervadentis ⌊de -e⌋ terrere (*pro instr., si recte intelleximus*; desult- *var. l.*). in psalm. 43, 22 l. 364 ovis, quia non habet arma -is, raptoribus suis probatur esse temnibilis. *res*: PRISC. LYD. solut. 3 p. 61, 8 *dormienti* motus fieri … dissolutos in alias figuras per subiectae materiae -em (*cf. Arist. sens. 461a11 ἀντίκρουσιν*). *N. H.*

resultātor, -ōris *m.* *a* resultare. *i. qui resultat sive adversatur*: CASSIOD. in psalm. 9, 28 l. 456 quando -bus suis poenam mortis indicet *Antichristus.* *Sx.*

※**resulto,** -āvī, -ātūrus, -āre. *a* resilire (*vix a* re- *et* saltare). NOT. Tir. 90, 2 -at. *de formis: part. fut.* SIDON. *p. 1611, 73; pass. impers. v. p. 1612, 71.* *de notione* (*v. etiam l. 56. p. 1612, 31*): PAVL. FEST. p. 280 -are *significat* saepe resilire (*cf.* GLOSS.^{L} IV Plac. R 12 -ant: resiliunt). SERV. georg. 3, 223 reboant: -ant, remugiunt (GLOSS.^{L} I Ansil. RE 33 -ant: r.). VIRG. gramm. epit. 8, 4, 4 -o, cum alte respondeo. GLOSS. II 174, 7 -at: *ἀναπάλλεται, ἀναβάλλει.* 239, 46 *ἀποπηδῶ*: exsilio, -o. 273, 28 *διαπηδῶ*: dissulto, -o. V 386, 54 (= 430, 1) -ret: exultaret. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* LVCIL., LVCR., VERG., *in orat. soluta inde a* PLIN. nat., QVINT., TAC. (*apud* AMBR. *ca. 50*^{ies}). [*confunditur in codd. c.* insultare *p. 1612, 45,* resilire *p. 1613, 18; falso trad. pro* exsultare IVLIAN. in Os. 10, 5.]

I *pro subi. est id, quod (is, qui) sonum (lucem l. 73) quasi resilientem reddit* (*usus principio poeticus vid. formatus esse sec. verbi q. e.* resonare *usus; cf. IIB*): **A** *intransitive* **(***cf.* SYNON. Cic. *supra p. 1499, 11; accedit acc. neutr. pro adv. l. 69. p. 1611, 7. 27. 33. 36* [*cf. p. 1613, 50*]**)**: **1** *vi praeverbii vigente, sc. respondendo* (*accedit dat. l. 67. 71. p. 1611, 4 sq.*): **a** *ad sonum* (*lucem l. 73*): **α** *-ant res* (*fere aedificia, loca sim.; sonus amplificatur, late diffunditur, multiplicatur*): LVCIL. 1290 -⟨ba⟩nt aedesque lacusque (*i. partes cavae tecti laqueati*). VERG. Aen. 5, 150 plausu fremituque virum … consonat omne nemus …, pulsati colles clamore -ant **(**[SERV. Aen. 5, 149 'consonat' propter echo: nostrae enim vocis est aemula; unde et '-ant' ait]. 8, 305 consonat omne nemus strepitu c. que -ant [*cf. p. 1613, 33*]. AMM. 19, 2, 11 CLAVD. 1, 176**)**. LVCAN. 7, 482 Pindus agit fremitus, ⌊Pangaea⌋que saxa -ant, Oetaeaeque gemunt rupes (⌊ ⌋ *cf. l. 68*). STAT. silv. 1, 2, 223 illi *Baccho, cuius agmina canunt,* Pangaea -ant Ismaraque … litora Naxi (AVIEN. Arat. 1672. CORIPP. Ioh. 4, 398 l. lapsu cuncta fremunt crebroque -ant aspera fluctu). Theb. 1, 117 sibila … congeminat …, unde omnis Achaei ora maris late Pelopeaque regna -ant. 2, 714 *Tydeo* oranti nox et iuga longa -ant. *al.* TAC. ann. 1, 65, 1 cum barbari … laeto cantu … -antis saltus complerent. PLIN. paneg. 73, 1 -antia vocibus tecta. *al.* *spectat ad lucem*: AVG. soliloq. 2, 6, 11 natura gignendo vel -ando similitudines deteriores facit … -ando, ut de speculis cuiuscemodi …; quod -ando a natura fit; -at enim omne cor-

[Trettel]

pus lumini obiectum et in contrariam partem umbram reddit. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 114 splendor nimiae lucis aut -antium materiarum *vitandus est.* **β** *-ant animantes, qui invicem respondent*: AMM. 31, 1, 2 -bant canes ululantibus lupis. CLAVD. carm. min. app. 25, 51 (*Venus Hymenaeo*) edissere causas laetitiae, cui pompa … -et (*v. app. crit.*).

b *ad ictum, pulsum illatum (motum l. 12): -ant res variae* (*huc l. 24, fort. etiam l. 70. p. 1612, 16*): MART. 9, 68, 5 tam grave percussis incudibus aera -ant. HEGES. 5, 19 p. 339, 30 -bat galea tinnitu, clypeus fragore saxorum. CLAVD. 28, 629 umbonum pulsu modulante -ans ferreus alterno concentus ⌊plauditur⌋ ense *in ludicro circensi* (⌊ ⌋ *Scaliger,* clau*codd.*). *-ant instrumenta musica* (*cf. l. 24*): SYMPH. 81, 3 (*de tintinnabulo*) non resono (resona(n)t *var. ll.*) positus, ⌊motus quam⌋ saepe -o (⌊ ⌋ *coni. Watt, Harv. Stud. Class. Phil. 91, 1987, 296; v. app. crit. et comm. Leary, 2014, ad l., qui* quam saepe *intellegit i. q. quandocumque*). RVFIN. Basil. hom. 1, 2 l. 78 cithara … vel lyra ex inferiore parte aes vel tympanum habens resonat ac -at ad plectrum (*Migne gr. 29, 213*^{C} *ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον*). PAVL. NOL. carm. 21, 276 testudo -et (*cf. l. 44*). PROSP. in psalm. 150, 3 cavum illud lignum, supra quod chordarum -at extensio. *-at ipse ictus*: SIDON. carm. 22, 225 -anti non comet malleus ictu saxa.

2 *vi praeverbii minus perspicua -ant, qui (quae) sonum edunt, emittunt, sonare faciunt* (*gaudentes l. 36; praeverbium spectat fort. ad sonum iterum iterumque vel quasi cum repercussu sonantem, e. g. l. 25; indicatur unde l. 28. 32*): AMM. 20, 11, 21 -antibus ⌊armis⌋ et tubis (⌊ ⌋ *ad l. 6*]. COMM. apol. 1001 [*spectat ad apoc. 8, 10*] *tuba* canit caelo rauca, sed ubique -ans. *cf.* AMM. 19, 6, 10 -antibus … lituis**)**. AVIEN. Arat. 1742 tum vespertinum cornix longaeva -at (**[***gr. 1002 κρώζῃ, sed v. app. crit.*]. *item -ant animalia*: 1761 si matutino fringuilla -at ab ore [*gr. 1024 σπίνος ἠῷα σπίζων*]**)**. AMBR. exc. Sat. 2, 113 nemo … potest, nisi … -antibus credat oraculis, exultare laetitia **(**VIRT. Ioh. 4 l. 268 eo, quod de se tantum … -verit venerabilis illius vocis o. [*cf. gr. 81 ἀνήγγειλε*]. *cf. l. 50. 56 sq.***)**. PRVD. perist. 6, 91 -at ecce caelo spiritus et serit loquellam. CLAVD. carm. min. app. 2, 16 *Apollo,* cur … tenerum … -ans … leves impellis … chordas? (*cf.* SERM Rev. Bénéd. 24, 1907, 533 l. 87 alios *homines* -are citharis, alios *eqs.*). PAVL. PETRIC. Mart. 3, 230 *Satan* sic voce -ans. ARATOR act. 1, 36 quantum … -ant caelestes in laude chori! *al.*

B *transitive*: **1** *accedit acc. obi.* (*cf. acc. adv. p. 1610, 57; actio fit per repercussionem l. 40*): APVL. met. 5, 7, 1 *sorores Psyches* plangebant ubera, quoad crebris earum eiulatibus saxa cautesque parilem sonum -rent (*item -at locus*: ANTH. 279, 16 nemus omne -et Hippolytum). AMBR. in psalm. 1, 9, 2 diei ortus psalmum -at, psalmum resonat occasus (1, 9, 5). spir. 3, 14, 99 vide, quid de sancto spiritu vox dominica -verit: '…' (*simul pertinet ad l. 49*). *al. apud eundem.* PRVD. apoth. 388 quidquid casta chelys, quidquid testudo -at …, Christum concelebrat **(**[*cf. l. 17*]. *item agitur de instrumentis musicis*: PS. AVG. serm. 120, 5 [*de lyra*] -ent cantus digiti. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 15 pulsas barbiton atque … ora et plectra tibi modos -ant**)**. perist. 2, 516 *plebs Romana* hymnis -at martyrem. VEN. FORT. carm. 6, 3, 13 mitis ab ore sonus suavissima dicta -at (-ant *var. l.*). **2** *accedit structura: or. recta* (*simul huc pertinet l. 43*): AMBR. Cain et Ab. 1, 7, 28 -ante oraculo: '…' (*i. verba script. sacrarum*). in psalm. 118 serm. 10, 8, 1 caelestis sententia -vit: '…'. sacr. 3, 1, 2 quod tunc … patris vox -verit: 'filius meus es tu'. HEGES. 5, 44, 2 p. 394, 13 ille *Iesus Ananias* … hoc tamquam lugubre … canticum dicens diebus et noctibus iugiter -bat: '…' (*gr. 6, 306 ἐθρήνει*). PS. HIER. epist. 19, 20 p. 209^{A} intortis vehementius per artem fidibus -emus: '…'. *alia*: AMBR. Hel. 1, 1 divinum ad patres -vit oraculum, ut … tuba canerent *eqs.* hex. 1, 8, 29 (*spectat ad gen. 1, 1 sqq.*) propheticum -vit oraculum, quia deus dixit et deus fecit. LVX. anth. 306, 1 (*ad aurigam quendam*) te … victum *esse* circus, Cyriace, -at.

II *pro subi. est id, quod (is, qui) resilit*: **A** *spectat ad res varias*: **1** *proprie (vel in imag.), sc. motu locali*: **a** *vi praeverbii vigente -ant*: **α** *quae in contrariam directionem, adversam partem se vertunt (indicatur unde l. 67. 75), sc.: ab obstaculo repercutiuntur, repelluntur* (*sonum et lucem v. sub B*): LVCR. 2, 98 (*85 sqq.* cum … conflixere, fit ut … dissiliant) *corpora prima* intervallis magnis ⌊compulsa⌋ -ant ([confulta *trad.*]. 2, 101 exiguis intervallis convecta -ant). VERG. Aen. 10, 330 tela coniciunt: partim galea clipeoque -ant inrita. OV. hal. 18 -at *piscis quidam.* SEN. Phaedr. 1094 *Hippolyti* inlisum caput scopulis -at. PLIN. nat. 2, 115 *montes et valles* scindentes inaequalitate … -antem aera … sine fine ventos generant. SIL. 2, 245 (*nisi ad l. 6*) alte … -ant aere illisa cavo nodosae pondera clavae (pondere *var. l.*). QVINT. inst. 12, 2, 11 vis amnium maior est … quam tenuis aquae et obiectu lapillorum -antis. SIDON. epist. 8, 12, 5 hic tessera frequens eboratis -tura pyrgorum gradibus expectat *lusores. al. in actione vomendi*: NEMES. ecl. 3, 53 saliens liquor ore -at. **β** *quae motu alternanti, ultro citroque vibrant vel velociter tremunt* (*cf. l. 24*): APVL. met. 5, 22, 6 alis *Cupidinis* quiescentibus extimae plumulae … tremule -antes inquieta lasciviunt. PONT. vita Cypr. 8, 4 (*in imag.*) -antes collidentium schismatum fluctus.

b *vi praeverbii deflexa vel minus perspicua -ant, quae (qui) in quamlibet directionem saliunt*: **α** *exsiliendo, exsultando, sc. sursum, in altum* (*gaudentes l. 12. 18. 20*): PETRON. 89 vers. 31 (*loco vexato; angues apparent*) tumida consurgunt freta undaque -at scissa. APVL. met. 3, 21, 6 bubo Pamphile … paulatim terrā -at, mox in altum … totis alis evolat. 8, 16, 3 *Pegasus* in altum et ad usque caelum sussilit ac -at. 9, 34, 1 terra … emicuit sanguinis fontem, hinc -antes uberrimae guttae mensam cruore perspergunt. IVVENC. 1, 83 (*subest Luc. 1, 41, ubi Vulg.* exultavit infans) anxia prolis membra uteri gremio motu maiore -ant. PACIAN. bapt. 4, 4 calcatis mortis aculeis die tertia -vit in carne *Christus.* SYMM. epist. 5, 9, 1 (*in imag.*) *oratiuncula* una ad urbanos fasces -antem tenuit candidatum. CLAVD. carm. min. app. 5, 48 (*de serico texto*) subtilis … seges radio stridente -at (*nisi cogites de sono, ut locus ad p. 1611, 6 pertineat*). 12, 8 *aqua lavacri e sedibus imis* sensim … ad colla -ans. AVIAN. fab. 36, 1 pulcher et intacta vitulus cervice -ans. CORIPP. Ioh. 2, 114 pedes insignis clipeo telisque -at …, dum tendit in hostem. VEN. FORT. carm. 2, 8, 1 *utinam* laudibus humanis … *hominum* corda -ent. *al.* **β** *insiliendo, percutiendo sim.*: POTAM. subst. l. 349 C. impios … pedis adtritu conminue, vestigio -ante confringe.

2 *translate, sc. notione motus localis evanida; -ant, qui* (*quae*): **a** *vibrant* (*cf. p. 1611, 75*): QVINT. inst. 9, 4, 66 ne … *syllabarum* brevium contextu -ent ac sonum reddant paene puerilium crepitaculorum *media periodi* **(***spectat ad rationem rhythmicam ut*: 9, 4, 83 illud, ubi opus est velocitate, tardum et segne, et hoc [*i. brevibus pedibus uti*], ubi pondus exigitur, praeceps ac -ans merito damnetur**)**. 11, 3, 183 quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa et gesticulationibus molesta et vocis mutationibus -ans.

b *repugnant, resistunt* **(***cf.* GLOSS. IV 163, 28 -at: reluctat aut contra dicit. *sim. al.; cui [rei] resistatur, indicatur per dat. e. g. l. 34. 52, praepos.* ad *l. 69,* adversus *l. 70,* circa *l. 70,* contra *l. 63. 66***)**: **α** *res*: PLIN. epist. 8, 4, 3 non nullus est in illo labor, ut barbara et fera nomina … graecis versibus non -ent. CHALC. comm. 87 *sol* obiectu suo visui nostro -at. IVLIAN. in Os. 8, 8 l. 121 superficies quidem sententiarum -at, sed quantum ad sensum respicit *eqs.* AVIAN. fab. 39, 13 *armis crematis miles sibi* -antem (*i. contradicentem*) *lituum* flammis crepitantibus addens *eqs.* HILARVS Victor. pasch. p. 16, 3 discrepare inter se utrorumque sententias atque sibi invicem -are perspexi (*cf.* MART. CAP. 2, 108 nihil est, quod discrepet aut -et in medio *numerorum.* 9, 947). *al.*

β *animantes* (*membra eorum l. 54; -ant fere corporaliter e. g. l. 49. 59 sq.*): Ⓘ *quaelibet exempla*: AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 18, 3 in nobis est …, ut aut subiciatur adversarius, *i. diabolus,* aut -et. IVLIAN. epit. in psalm. 44, 5^{a} -antibus debes esse terribilis (insult- *var. l.,* reluct-*Devreesse*). COD. Theod. 12, 1, 181 pr. *quendam* ad examen cognitoris -antem esse deducendum. CONC.^{S} II 3, 2 vers. Tur. p. 124, 12 si … inveniant aut -antes aut acquiescere non volentes *eqs.* (*gr. II 1, 2 p. 118, 6 ἀρνιῶντας*). CASSIOD Ios. c. Ap. 1, 238 locum hunc ad -andum habentes *Iudaei* (*gr. τὸν τόπον τοῦτον* [*εἰς*] *ἀπόστασιν ἔχοντες*). *al.*

Ⓘⓘ *indicatur, cui (rei) homines resistant*: Ⓐ *hominibus*: IVLIAN. in Os. 7, 13 l. 265 (*spectat ad exod. 5, 19 sqq.*) *Hebraei* Moysi et Aaron impietate simili -bant. LEO M. epist. 119 Conc.^{S} II 4 p. 75, 5 (*spectat ad I Cor. 12, 12 sqq.*) ut … inferiora superioribus non -ent *membra.* CONC.^{S} I 5 p. 171, 15 pontifici Nestorio -arunt (*cf. I 4 p. 166, 5* oppugnaverant). MARCELL. chron. II p. 94, 494, 1 episcopum sibi pro orthodoxorum fide viriliter -antem. CASSIOD. hist. 1, 19, 8 fratres fratribus -are (*gr. Socrat. 1, 7, 10 ἀντικεῖσθαι*). 5, 11, 1 Iudaei … sumentes arma temptabant -are Romanis (*gr. Sozom. 4, 7, 5 πείθεσθαι Ῥωμαίοις οὐκ ἠνείχοντο*). Ios. antiq. 7, 291 p. 207 cur … una civitas studeret tanto exercitui -are (*gr. ἀνταίρειν*). *al.* Ⓑ *rebus* (*saepe veritati, auctoritati sim.*): AVG. civ. 14, 8 p. 17, 21 cum legimus eos *scriptores sanctarum script.,* quorum auctoritati -are fas non est *eqs.* INTERPR. cod. Theod. 3, 6, 1 si contra hanc voluntatem … parentes … -are voluerint *eqs.* LEO M. epist. 135 Conc.^{S} II 4 p. 88, 29 ut nullus auderet vel fidei catholicae -are vel Nicaenis … regulis contraire. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 43 contra haec praecepta maxime convenit -are (*gr. ἡ πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν προσταγμάτων ἀντιλογία*). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 5, 1 p. 74, 29 quaerebatur tunc, si Iesus ipse esset Christus, … Iudaeis utique -antibus ad hoc. NOVELL. Iust. 18, 10 quatenus … circa distributiones non -ent (*gr. μὴ στασιάζοιεν*). 25, 5, 2 adversus publica -are tributa. *al. pass. impers.* (*si recte legitur*): LEO M. epist. 119 Conc.^{S} II 4 p. 73, 19 neque … sinas … ab improbis haereticis euangelio -ari (-are *var. l.*). CASSIOD. Ios. antiq. 3, 5 videns … Moyses in angustia populum constitutum et simul causam, cui -ari non poterat *eqs.* (-are *var. l.; gr. τοῦ πράγματος τὸ ἀναντίλεκτον*).

[Trettel]

c *redeunt, sc. unde venerant*: TERT. apol. 24, 2 at e contrario in vos exprobatio ista -bit (*v. app. crit.*).

d *in contrariam directionem se vertunt*: IVL. VAL. 1, 7 l. 346 tunc alteri ... favens ... solitus in contrariam *partem* -are rursusque contra eam ... dicere *Alexander* (*cf.* in contrarium: 2, 21 l. 421 vices ... in c. -are. 2, 28 l. 850).

e *prosiliunt, oriuntur* (*fort. huc l. 53*): HEGES. 5, 6, 1 de civitate increpuit sonus et quaedam seditio ⌊dementer⌋ -vit aliorum egressionem voluntariam simulantium, aliorum etiam resistentium (⌊ ⌋ clem- *var. l., v. Ussani in indice*).

f *abhorrent, se avertunt* (*unde, indicatur per praepos.* ab *l. 14. 17 sq.,* de *l. 13, abl. l. 15*): IND. capp. bibl. Ioh. A 21 p. 498 (*spectat ad Ioh. 8, 12 sqq.*) *Christus* Phariseos de proprio testimonio -antes arguit. AVG. serm. 49, 3 videte ... apostolum Paulum ... non -are neque dissonare a coapostolo suo Petro. COD. Theod. 12, 1, 89 pr. -andi curiae nexibus ... licentiam penitus amittant. LEO M. serm. 19, 3 quomodo ... deus colitur, nisi ut, quod ipsi placet, placeat et nobis nec ab eius imperio noster unquam -et affectus? (resiliat *var. l.*). SIDON. epist. 5, 17, 1 sententia ... a iusto longe -at, cum *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 20, 123 p. 589 eis, qui -erant, ut quiescerent, supplicabant (*gr. τοὺς ἀφεστῶτας*). *al.* *de re putida sim.* (*si recte intelleximus*): POTAM. tract. 2 l. 14 C. (*de martyrio crudeli*) in tanto caelestis palestrae miraculo nullus ... spectaculo -anti, ita videre se poterit, qui gesta numerare pertentet.

B *spectat ad sonum vel lucem* (*cf. sub I*): **1** *vi praeverbii vigente -ant, quae ab obstaculo repercutiuntur, repelluntur* (*unde, indicatur l. 34 sq. 39 sqq.*): **a** *soni, echo, voces sim.*: VERG. georg. 4, 50 concava pulsu saxa sonant vocisque offensa -at imago (SERV. resonat echo repercussa. *sim. de sede apium l. 30*). PLIN. nat. 2, 193 *sono, qui terrae motum praecedit,* rauco in recurvis, -ante in duris (11, 65 inimica et echo est -anti sono, qui pavidas *apes* alterno pulset ictu. VEN. FORT. vita Marcell. 8, 32). SERV. Aen. 8, 216 tantum recesserant a collibus boves, ut nec echo -re[n]t. CLAVD. DON. Aen. 8, 305 p. 158, 5 ut ... clamor emissus in nemore perveniret ad montis et -ret. AMBR. in psalm. 1, 2, 2 quandoquidem vox missa gratiore plausu e nemoribus -et. PRVD. perist. 10, 979 esto, ut -et spiritus vacuo specu, echo sed extat inde, non oratio. CASSIAN. conl. 19, 1, 2 ut inlisae sonitus palmae ... auribus -ret. **b** *lux, simulacrum sim.*: APVL. apol. 15, 15 (*agitur de speculo*) *oculorum* radii nostri paribus angulis, quibus inciderant, -ent ad faciem suam reduces. CHALC. transl. p. 46[B] simulacra ex levigati corporis conspectu -ant **(**[*gr. aliter*]. comm. 32 [*in imag. de sententia Platonis*] in hac forma virium animae tamquam e speculo s. -at. 239 s. e speculo -ans. 257 [*bis*]**)**. AVG. civ. 6, 9 p. 265, 20 (*in imag.*) fabulosam theologiam ab ista civili pendere noverunt et ei de carminibus poetarum tamquam de speculo -are. soliloq. 2, 7, 13 quid, cum de speculo -are imaginem videmus? CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 splendidi colores parietum ... -antes ... percutient visum.

2 *vi praeverbii minus perspicua -ant, quae eduntur, dicuntur, pronuntiantur* (*praeverbium spectat fort. ad sonum iterum iterumque vel quasi cum repercussu sonantem*): **a** *res, quae verbis exprimuntur*: CALP. ecl. 1, 29 non pastor ..., sed deus ipse canit: nihil armentale -at (-ant *var. l.; v. Beron, comm. 2021, ad l.*). 4, 5 carmina ..., non quae nemorale -ent, volvimus, o Meliboee (PRVD. psych. 663). PRVD. perist. 6, 151 laudans Augurium *martyrem* -et hymnus. MART. CAP. 1, 2 nec liquet Hymenaeo praelibante disposita, *i. carmina,* nuptias -are? (*nisi ad l. 7*). SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 2 iubes ... nostra per volumina modis -et incitatioribus ferox iambus, ut trochaeus hactenus (*7* resonet). VEN. FORT. Mart. 2, 262 conpacta choris Davitica canna, *i. psalmus,* -at. **b** *soni, voces sim.*: GAVDENT. serm. 8, 27 (*spectat ad Ioh. 12, 29*) quam vocem dei patris ... turba audiens de excelsis caelorum sedibus -antem tonitruum putat. AMBR. exhort. virg. 13, 85 cuius *linguae* sonus late -at (HEGES. 5, 26, 2). hex. 3, 1, 5 organum, in quo divini modulamen -et oraculi. 3, 5, 23 responsoriis psalmorum cantus virorum ..., consonus undarum fragor -at (MART. CAP. 2, 123 [vers.]). virginit. 18, 119 tunc divina vox -bit **(**LEO M. epist. 139 Conc.[S] II 4 p. 92, 29 nonne illa v. angelica in tuo -at auditu [*gr. II 1, 2 p. 65, 4 ἐνηχεῖν*]. *al.***)**. CE 2100, 5 (*a. 551*) ieiunae etiam plebis lamenta -ant. *al.*

deriv.: resultatio, resultator. *Trettel.*

*?***resum,** -fuī, -esse. *a* re- *et* esse (*potius arte fictum quam usu receptum vid.*). NOT. Tir. 4, 96 -fuit **(***antecedunt* interfuit *al., sed sequitur 4, 97* non fuit, *ita ut etiam de iunctura* rē fuit [*cf. e. g. p. 1382, 27*] *cogitare possis***)**. **[***non est, quod iuncturam* re esse (*cf. l. 69*) *subesse suspiceris* CIC. Verr. II 2, 143 opinor [r]esset (*cod. V saec. IV*). Scaur. 14 -sit etiam (*cod. A saec. V pro* residet iam).**]**

fortasse i. q. remanere sim.; de notione usuque agitur VIRG. gramm. epit. 8, 5, 1 verbum invenimus, quod prima caret persona, ut -es -est, nam -sum vel -sumus latinus sermo non profert; sensus ... hic est: -esse, hoc est in munitione multo tempore resedere (-sid- *var. l.*), Gratiano dicente: ⌊Campani multis in arce -erant annis⌋ (*de obsidione Capuae cogitat di Maggio, Virgilius redivivus, 2021, 91*). *Bk.*

resūmo, -mpsī, -mptum, -ere. *a* re- *et* sumere. *scribitur in codd. vet. perf. act.* -sums- *p. 1615, 55. 1617, 15 sqq., p. p. p.* -sumt- EVGIPP. exc. Aug. p. 136, 17. NOT. Tir. 32, 75 -it. 32, 81 -psit. *de prosodia*: rē- CARM. de resurr. 120; -sūm- *testatur* PHOC. gramm. V 433, 28. *de notione* (*cf. p. 1615, 47. 51. 60. 1616, 3*): GLOSS. -psi: *ἀνέλαβον*. GLOSS.[L] V Aa R 433 sq. -e: recipe. -ere: denuo recipere. *sim. al.* *legitur in poesi apud* ENN. (*v. l. 70*) *et inde ab* OV., *in prosa orat. singulis vel paucis locis apud* SEN. *utrumque,* COLVM., PLIN. *mai.,* QVINT., *saepius inde a* TAC., PLIN. *min.,* SVET. **[***confunditur in codd. c.* praesumere *p. 1615, 68* (*in falsa var. l.* EVTR. 2, 3 EVCHER. form. 8 l. 946), sumere *p. 1615, 15. 44* (*restit. l. 35; e coni. vix recta* TAC. ann. 13, 34, 2).**]**

I *vi praeverbii vigente* **(***quae acuitur per [locut.] adv.* denuo *l. 70. p. 1615, 39,* ex integro *l. 52,* iterum *l. 72. p. 1615, 11,* saepius *p. 1616, 2***)**: **A** *notione sumendi servata i. q. rursum sumere. -untur fere eadem, quae antea deposita sim. sunt, sed alia sub 2c et e. g. l. 43. p. 1615, 9. indicatur, quo vel quem ad finem quis (quid) -atur, per praepos.* ad *p. 1615, 10,* in *c. acc. l. 53. p. 1615, 3. 7 (c. abl. p. 1615, 5), dat. directionis p. 1615, 6, unde, per praepos.* de *p. 1615, 14. 1616, 4,* ex *l. 74. p. 1616, 39, adv. p. 1615, 1. 1616, 19. disting.* sumere *l. 51. 56. 75; opp. e. g.* amittere *p. 1615, 40. 65. al.,* deponere *l. 36. p. 1615, 25. 66. al.,* ponere *l. 42 sq. 52. p. 1615, 49. al. gr. resp. maxime ἀναλαμβάνειν, quod infra etiam sub B et II fere omisimus, ceterum e. g. πάλιν λαμβάνειν l. 71. p. 1615, 49.*

1 *proprie vel in imag., sc. manu prehendendo* (*-unt fere homines, sed dei l. 29. 59*): **a** *-untur arma* (*aliter p. 1617, 34 sqq.*): OV. am. 2, 1, 21 (*in imag.; 19* nil me tua, *i. Iovis,* tela iuvabant) ⌊blanditias elegosque levis⌋, mea tela, -psi **(**[⌊ ⌋ *ad 2bα*]. 2, 9, 34 Amor [rem. 612]. CORIPP. Ioh. 1, 517 famuli ... omnia t. -unt**)**. VAL. FL. 7, 468 (*Medea Iasoni*) cristas galeamque -e, quam modo ... tenuit Discordia dextra (*pertinet simul ad b; sunt qui ad II trahant*). STAT. Theb. 7, 510 *Polynice,* fratrem adloquere et regnum ... posce: aut dabit aut ferrum ... -es. 7, 593 multum ... hastile -ens. QVINT. decl. 315, 18 (*loq. vir fortis*) est, quare arma senex -am **(**TAC. hist. 3, 24, 1 ⌊cur -issent⌋ a. *legiones* [⌊ ⌋ *Lipsius,* currari sumpsissent *trad.*]. *al.* SVET. Cal. 48, 2. *in imag.*: ENNOD. dict. 1, 20 p. 428, 25 a. deposita**)**. SVET. Cal. 30, 3 *retiarius* unus -ta fuscina omnes victores interemit. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6, 3 (*antea l. 57; in imag.*) *lapsi* arment se ... modestiae telis et, quem ... fidei dimiserant clipeum, -ant. **b** *-untur indumenta sim.* (*adde l. 31*): OV. met. 4, 665 pennis, *sc. talaribus,* ligat ille *Perseus* -tis ... pedes. SEN. contr. 7, 3, 7 cum in hoc tantum sordes ponerem, ut cum maiore tormento positas -rem. CE 1525B, 4 (*saec. I[1]*) praetextae posita⟨e, *i. pueri,* causā pariterque re⟩sumptae, *i. septemviri* **(**[*locum sic intellegit Kleijwegt, Acta Classica 35, 1992, 135*]. PLIN. paneg. 61, 8 *consules* modo praetextas exuerant: -ant**)**. LACT. mort. pers. 47, 6 (*4 Maximinus* proiecit purpuram) vestem -psit (AMBR. vid. 7, 42 *Iudith* v. iucunditatis deposuit, viduitatis -psit). CLAVD. 10, 259 (*Venus Mariae*) diadema -e ... et in haec penetralia rursus, unde parens progressa, redi. PAVL. NOL. epist. 13, 7 *David* luctu solutus est ... *et* tristia ... vestimenta deponens ... *regium* cultum -psit. *al.* **c** *-untur libri, tabellae sim.*: OV. met. 9, 525 *Byblis* scribit damnatque tabellas, ... inque vicem sumptas ponit positasque -it. QVINT. inst. 10, 1, 20 perlectus liber ... ex integro -endus (10, 4, 3 quotiens l. in manus -erunt). PLIN. epist. 7, 9, 16 quin ... pugillares -is et ... istud ipsum, quod coeperas, scribis? **d** *-untur varia*: SEN. benef. 5, 25, 1 non hoc repetere beneficium, sed -ere bono loco positum et paratum, ad quod tamen, ut sumatur, manus porrigenda est **(***in imag. ut*: NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6, 3 *lapsi* -ant precum suarum tubam [*postea l. 39*]. IVLIAN. in Am. 9, 11 l. 294 [*loq. deus*] illam, quam ... posueram, caementarii opificis trullam -am**)**. TAC. ann. 15, 29, 1 Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi manu Neronis -ere. SVET. Nero 24, 1 cum elapsum baculum cito -isset *eqs.* *al.* *per enallagen quandam -i dicitur mare*: STAT. Ach. 1, 693 *Vlixes* sociis ... -ere ⌊pontum⌋ imperat et remis Zephyros supplere cadentes (⌊ ⌋ portum *cod. unus*).

2 *translate; -untur*: **a** *quae (qui) recipiuntur, recuperantur* **(***sc. post damnum, interitum sim.; accedit adi. praedic. e. g.* novus *p. 1615, 23. 70,* vivus *p. 1615, 15; variant in contextu e. g.* recipere *p. 1615, 41. 73* [*cf. l. 9*], recuperare *l. 74. p. 1615, 35* [*cf. p. 1615, 2. 1616, 68*]**)**: **α** *-untur animantes* (*animae l. 73*): Ⓘ *ipsi*: Ⓐ *quilibet*: ENN. frg. var. 48 *terra mater* gentīs omnīs peperit et -it denuo (*fort. sec. Eur. frg. 195 ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει*). STAT. Ach. 1, 569 illam *Deidamiam* sequitur ..., illam oculis iterumque iterumque -it *Achilles.* TERT. anim. 31, 1 (*de metempsychosi*) si et binae et trinae *animae* ... uno utero -untur *eqs.* (*5* recuperantur). PETR. CHRYS. serm. 67, 2 *deus* vos -it ex morte (*antea*: mortem sumit ipse). ALC. AVIT. carm. 4, 5 lapides ... spar-

sisse … Deucaliona …, unde -ti descendant homines. *al.* Ⓑ *Christus* (*spiritus sanctus l. 3; cf. Tert. bapt. 19, 2* in caelos recuperato eo): Tert. carn. 3, 9 corpus columbae ubi sit -to spiritu in caelum (adv. Prax. 23, 5 *deus* filium … gloria *coronavit* … illum in caelos -endo). adv. Prax. 2, 1 hunc mortuum … et resuscitatum … et in caelo -tum sedere ad dexteram patris. pudic. 11, 3 nemo christianus ante Christum caelo -tum. Hil. trin. 9, 42 in eam *gloriam suam* eum … -endo … glorificat *pater filium.*

Ⅱ *corpus, caro sim. eorum, sc.*: Ⓐ *hominum, Christi* (*sc. in resurrectione*): Tert. resurr. 48, 14 *Paulus* disserit, an eadem ipsa an alia -antur *corpora* (Hil. in psalm. 55, 9 -to ad poenas c. Serm. Arian. frg. 20 *Christus* -psit iterum … corpus. *al.; aliter p. 1616, 58 sqq.*). Prvd. cath. 9, 101 frigidum venis -tis pulverem tepescere. perist. 5, 571 nulla … restet mora, quin … carnem -at spiritus *martyris* (Leo M. epist. 15, 17 Vollmann l. 375 resurrectio -tae de sepulchro c. Sedvl. carm. pasch. 5, 3 ponere mortalem vivamque -ere c. [sum- *cod. unus;inde restit.* op. pasch. 5, 1]. *al.*). *al.* Ⓑ *animalium*: Evstath. Basil. hex. 6, 6, 6 *aries* depositam lanam facile -it (*gr. p. 129*^{C} *πάλιν … ἐπαμφιέννυται*).

β *-untur facultates, attributa, condiciones sim.*: Ⓘ *quaelibet*: Ov. met. 9, 59 *Hercules* instat anhelanti *Acheloo* prohibetque -ere vires (*item -unt animantes*: 9, 193. Lvcan. 4, 604 v. … -it in nuda tellure iacens *Antaeus.* Tert. bapt. 9, 4 [*respic. Ioh. 4, 6*] ad puteum v. -it *Christus. al., e. g. p. 1616, 62; -unt res*: Sen. Tro. 545 male relictus igne de magno cinis v. -it. Plin. nat. 15, 12 nisi ante favonium collectae novas v. -unt *olivae. al.*). 15, 743 specie caeleste -ta, *sc. ab Aesculapio in serpentem verso.* Plin. nat. 8, 110 ranae *quaedam* … refertae medicaminibus deponere ea … ac -ere pastu dicuntur. Val. Fl. 7, 155 Iuno … non iam … vultum vocemque -it Chalciopes. Homer. 924 belli … ardore -to … proelia miscet *Achilles.* Stat. silv. 3, 1, 161 quodsi *Polla* dulce decus viridesque -ret annos *eqs.* (*cf.* Plin. epist. 2, 18, 1 *praeceptorem quaerens* in scholam redeo et illam dulcissimam aetatem quasi -o). Tac. hist. 3, 4, 2 (*antea*: omissā Pannoniā) legati nomen -ere (Plin. epist. 5, 6, 12 *Tiberis* aestate … immensi … fluminis n. … deserit, autumno -it. Svet. Nero 41, 1 n. … gentile … -turum se … deposito adoptivo). ann. 3, 40, 3 egregium -endae libertati tempus (14, 31, 2 Plin. paneg. 66, 2 Ennod. dict. 21, 9 p. 485, 20). Svet. Aug. 78, 2 si interruptum somnum reciperare … non posset, lectoribus … arcessitis -bat producebatque ultra primam … lucem (Cassian. inst. 3, 8, 2 Verec. satisfact. 45). Apvl. apol. 43, 5 an … animus … ad divinationem suam redigatur, quae … facile -atur. Tert. pudic. 20, 12 qui … reformatus denuo -it … maculas carnis (*ed. Gelenii,* respuit *ed. Mesnartii*). Vlp. dig. 7, 4, 3, 2 quo *momento* quis amittit usum fructum et -it. Hil. trin. 3, 13 neque quicquam sit, quod in sese recipiat, neque amiserit, ut -at *deus.* Ambr. Noe 17, 63 quia … anima deficientibus *passionibus* … virtutem -at (Avg. epist. 211, 4 paenitendo. *al.*). Vita Caes. Arel. 1, 60 quod … liberum homo *redemptus* -at arbitrium (sum- *fere var. l.*). *al.* Ⅱ *mentes, animi sim.*: Sen. Herc. f. 815 -it animos victus *Cerberus* (1276 [*Theseus Herculi*] tuum … a. … -e. Svet. Vit. 15, 3. Serv. auct. Aen. 1, 202 ‘revocate a.’: quos remisistis, -ite. *al.; cf. p. 1616, 63*). Herc. O. 25 nullus Antaeus … animam -it (Vet. Lat. Ioh. 10, 18 [Hil. in psalm. 143, 18, *sim. al.*] potestatem … habeo a. meam ponendi et … -endi [*gr. πάλιν λαβεῖν, cod. 3. al. et Vulg.* iterum sumendi. *huc spectant e. g.* Mar. Victorin. adv. Arium 3, 12 l. 37 *spiritus* -it … a., id est … iterum accipit. Pavl. Nol. epist. 19, 3 a. suam et deposuit et -psit]. Ambr. Noe 19, 68 ut *post diluvium* radices arborum … quasi -ta a. fetus germinarent vetustos). Colvm. 9, 13, 4 cum … halitu caloris animatae sunt, -to spiritu … inrepere *apes in vas* (Ambr. Ioseph 13, 80 *Iacob* ‘expavit mente’; … -psit s. dicens: ‘…’ [*sec. gen. 45, 26 sq., ubi Vulg.* revixit spiritus eius]. Vvlg. Iudith 13, 30 *Achior* -to spiritu recreatus est. Evgraph. Ter. Ad. 324 ‘animum recipe’: s. -e. *al.*). Ivvenc. 4, 344 (*Iesus sorori Lazari*) robustam mentem … virtute -e (Pavl. Pell. euch. 367. Gloss.^{L} I Ansil. re 1851 ‘revocate animos’ [*Verg. Aen. 1, 202*]: m. -ite). *al.* Ⅲ *potestas, imperium sim.*: Tac. hist. 5, 8, 3 *reges Iudaeorum* expulsi -ta per arma dominatione *eqs.* Lact. mort. pers. 26, 9 -to imperio ([*respic. Maximianus ut*: Pol. Silv. chron. I p. 522, 62]. Vict. Tonn. chron. II p. 189, 476 Zenon … i. -it). Evtr. 10, 2, 3 Maximianus … ad spem arrectus -endi fastigii, quod invitus amiserat *eqs.* (*inde gr. Paean. τοῦ πάλιν ἀναχτήσασθαι*). *ibid.* ut *Diocletianus* depositam -ret potestatem (Cassian. inst. 10, 12 apostolicā p. -tā). Prosp. chron. I p. 467, 1254 Attalus Gothorum praesidio tyrannidem -it (prae- *var. l.*). *al.*

γ *-untur quaelibet*: Ⓘ *-it luna* (*sol l. 72; cf. p. 1616, 27 sq. 1617, 44*): Ov. fast. 2, 447 luna -bat … nova cornua. Tert. nat. 2, 6, 2 confitetur … luna, quantum amiserit, cum -it. Arnob. nat. 1, 38 p. 33, 11 lucem semper atque obscuritatem -ens *luna* (Drac. satisf. 245 sol … recipit facies priscas lucesque -it). Carm. cil VI 41420a, 14 (*Romae; a. 577*) ter denos primum quam luna -ret ignes. Ⅱ *cetera exempla*: Tert. paenit. 5, 5 *deum* despicit …, qui …, quod intellegit fugiendum quodque iam fugit, -ens *eqs.* Chalc. comm. 206 nimio calore cito confectus cibus -itur saepius. Don. Ter. Ad. 14, 2 ‘reprehensum’ (*sc. locum comoediae graecae a Plauto praeteritum*): retentum, -tum. Prosp. c. coll. 19, 1 p. 265^{C} -tis de damnatorum schola quaestiunculis. Cassiod. var. 12, 25, 3 quid germen aperiat, si matrix, *i. terra,* pluviam non -at, *sc. post siccitatem*? *al.*

b *quae renovantur, repetuntur*: **α** *continuando* (*sc. intermissa, interrupta [cf. p. 1615, 35]; accedit adv.* aegre *l. 15. 18; fort. addas p. 1617, 21*): Ⓘ *-untur quaelibet*: Ov. am. 2, 1, 21 *v. p. 1614, 29.* Stat. Theb. 6, 11 (*respic. Isthmia*) servata *est* … nigra superstitio, quotiens … -it Leucothea gemitus. Tac. hist. 4, 64, 3 instituta cultumque patrium -ite. ann. 3, 6, 3 *Romani* repeterent sollemnia, … etiam voluptates -rent (*in edicto imp. ut*: 13, 51, 1 ut … omissas petitiones non ultra annum -rent *publicani*). Plin. epist. 4, 13, 2 vereor …, ne, si hanc intentionem, *sc. opusculum absolvendi,* iam in fine ⌊laxavero⌋, aegre -am (⌊ ⌋ intermisero *var. l.*). paneg. 79, 5 consularibus curis exsolutus principales -psit *Traianus. al.* Sidon. epist. 9, 12, 2 omnem operam, si longa intercapedine quiescat, aegre -i. Alc. Avit. carm. 1, 113 quae, *sc. crines, ungues,* … abscisa *non* dolent, hinc, *sc. e liene,* … augmenta -unt ([*111* recrescere]. *cf.* Drac. satisf. 237 luna crescente fretum crementa -it). *al.* Ⅱ *-itur bellum, pugna sim.*: Tac. hist. 2, 41, 2 *legio* redire pulsos *equites* et pugnam -ere coegit (Coripp. Ioh. 5, 184). 2, 67, 1 -tā militiā. ann. 12, 15, 2 *quidam* rex hostilia -erat. Avson. 27, 11 (404 S.), 13 Lucas boves … -to … proelio fugit iuventus Romula. Clavd. 15, 332 iterum … coniurat in arma progenies … Iubae bellumque -it *cum Romanis*? Avell. 95, 4 -tis certaminibus, *sc. ab haereticis.*

β *iterando*: Stat. Theb. 1, 576 bis quinos plena cum fronte -ret orbes Cynthia, *i. peractis decem mensibus* (*sim.* Anth. 487^{b}, 3). Tac. hist. 4, 37, 2 apud quem *legatum* -to Vespasiani sacramento ad liberandum … obsidium ducebantur *milites.* Carm. de fig. 67 *v. p. 1618, 15.* Theod. Mops. in Eph. 2, 8 p. 146, 13 -it … illud, quod dixerat (*sc. 2, 5*): ‘gratia … estis salvati’ (*-it Paulus, ut* 3, 14 p. 159, 1. *al. apud eundem*).

c *quae commutando accipiuntur*: Ter. Mavr. 2039 (*respic. metrum ionicum a maiore*) cedit … vel *syllaba* longa brevi brevisque longae; nam, quae vicibus tempora commodant, *i. apta sunt,* -unt. Isid. eccl. off. 2, 16, 17 *feminae* vestes … monachis tradunt ab his invicem, quod victui opus est, -entes.

d *quae removentur, tolluntur*: Novell. Iust. 110, 1 praecepimus legem illam non valere -i eam imperantes ex foro tuo (*i. praefecti praetorio Orientis*).

B *notione sumendi minus manifesta i. q. recreare, reficere* (*quo de usu cf.* vires -ere *p. 1615, 19 sqq.; e quo statu resumptio fiat, indicat praepos.* ab *l. 58, adv. l. 65. p. 1617, 14; accedit acc. adv. l. 69. p. 1617, 15; iuxta ponuntur vel in contextu variant e. g.* fortificare *l. 67. 74,* recreare *p. 1617, 15,* reficere *l. 71. p. 1617, 4*): **1** *transitive* (*absolute sub c; -unt fere animantes, sed res l. 58. 66. p. 1617, 2. al.*): **a** *obi. est pron. refl.* (*fort. addas p. 1617, 20*): Vet. Lat. I reg. 9, 24 (Ps. Philo antiq. 56, 5) -psit ⌊se⌋ Saul cum Samuel (⌊ ⌋ *om. cod. unus, ita ut locum ad 2 trahas; gr. ἔφαγεν, cod. 115* manducavit, *Vulg.* comedit). Peregr. Aeth. 43, 4 revertitur … omnis populus unusquisque in domum suam -ere se. Comm. instr. 2, 30, 8 mitte num(m)os ei *pauperi,* unde se -ere possit. Cael. Avr. acut. 3, 5, 51 quorum alii statim sese -unt, alii paralysi … vexantur. *al.*

b *obi. (subi. in struct. pass.) est subst.* (*pron. demonstr. l. 75; addidimus p. p. p. masc. pro subst. l. 73 sq.; adhibetur mediopass. e. g. l. 57. 72*): **α** *quolibet contextu*: Diom. gramm. I 438, 20 (*antea*: ut legenti spiritum brevissima respiratione refoveat *mora*) quia spiritus ipse quadam defectione vincatur, deinde -atur. Avg. mor. Manich. 8, 13 ignis corpora nostra corrumpit, sed convenienter adhibitus … -it a frigore (Carm. epigr. Afr. Cugusi 13, 2 [*saec. IV ex.*] iter agens … aspectu mentem vario corpusq(ue) -at. *cf. l. 65 sqq.; aliter p. 1615, 10 sq.*). Avell. 2, 43 *quidam de throno* elisus in terram … tollitur non … -endus, sed sepeliendus (*antea*: vires -psit [*pertinet ad p. 1615, 20*]). Drac. Romul. 5, 195 divitiae vires praestant animosque -unt (*sunt qui ad p. 1615, 45 sqq. trahant, sc. de vi causativa cogitantes*). **β** *in medicina* (*veterinaria; cf. l. 52. p. 1617, 4 sqq.*): Chiron 149 unde, *sc. ex imbecillitate,* nec corpus -ere potest *iumentum* ([*nisi ad 2*]. 158 haec potio … c. mirifice -et. Cael. Avr. chron. 3, 2, 38 aegrotantium fortificare corpora atque -ere varia gestatione. Oribas. syn. 8, 3, 10 La p. 208 [*Aa* recuperato]. *al.*). Cael. Avr. acut. 2, 1, 3 quae *oppressio* nihil -at aegrotantem, at potius demergat (chron. 1, 4, 96 -endos … a. atque recorporativa curatione dirigendos. *et saepe apud eundem; cf. e. g.* aegrum -ere: chron. 2, 1, 29. 3, 8, 155 [*syn.* reficit]). 2, 4, 21 in dimissione *febris* … -ti *lumbrici* inhaerescunt visceribus *aegrotorum* (*Bendz post Drabkin,* -ta *ed. princ.*). chron. 2, 14, 215 non -to viribus deficienti helleborum non convenit, -to autem vel fortificato … comprobatur. Soran. p. 57, 1 lavacro et vario cibo … eas *fervura matricis laborantes* -imus

(*cf. l. 5*). DIOSC. 4, 165 p. 82, 10 *diagridius* maxime cum aliquibus dandus est, qui stomachum -unt (*gr. 4, 170, 3 εἰς ... τὸ λῦσαι τὴν κοιλίαν*). *al.*

c *sine obi.*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 205 haec *odoramenta* ... sensim quodam nutrimento reficiunt ac -unt. gyn. 2, 29 lavacro ... et vario cibo ... -imus (*cf. p. 1616, 75*). SORAN. p. 66, 20 (*sim.* p. 112, 20) primo analeptico cyclo -entes, deinde metasyncritica subiungimus (*gr. p. 117, 30 τὸ σῶμα προσαναλαμβάνομεν*).

2 *intransitive* (*sc. sensu refl., cf. Feltenius, Intransitivizations, 1977, 120 sq.; fort. addas p. 1616, 47. 65*): **a** *quolibet contextu*: VET. LAT. Iudith 14, 7 (cod. 130, *sim. al.*) *Achior* amens factus est; postquam -psit *eqs.* (*gr. in var. l. ἀνέλαβεν ἑαυτόν, cod. 109* cum redisset in se, VVLG. *v. p. 1615, 57*). PEREGR. Aeth. 6, 1 necesse nos fuit ... ad -endum ... immorari. AMBR. paenit. 1, 11, 52 *Samaritanus* aliquid in eo *lapso* vitale agnoscit, unde is possit -ere (vires -ere *sim. var. ll.*). HEGES. 1, 43, 6 (*5* eam *mulierem* paulisper recreari ..., donec ad se rediret) illa ubi -sit paululum *eqs.* (sp(iritu)m -sit *cod. unus; gr. aliter*). 1, 45, 9 *Herodes* excitatus strepitu conclamantium -sit (*gr. 1, 658 ἀνήνεγκεν*). PS. ORIG. in Iob 1, 34 l. 3 *Iob* non quiescebat, non -bat, non obdormitabat. AVG. conf. 11, 2, 3 habent illae silvae, *sc. sacrarum scripturarum,* cervos suos recipientes ⌊se⌋ in eas et -entes (⌊ ⌋ *nisi ἀπὸ κοινοῦ, ita ut locum ad 1a trahas*). VEN. FORT. Mart. 2, 2 dum pelagus componit iter, dum nauta -it (*sec. Kay, 2020, ad l.; nisi iungas c.* iter, *ita ut locus ad A2bα pertineat*). *al.* **b** *in medicina* (*veterinaria*): CHIRON 160 si -erit, offerebis et lactucas vel gramen **(***-it iumentum ut*: 411 *medicamentum* dabis ..., ut viriculas accipiat et -at [*vix ad A2aβ c. Oder in indice ed.; inde* VEG. mulom. 2, 119, 8]**)**. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 77 facile -ere perspiciuntur hi, qui ... torpore afficiuntur. CASS. FEL. 72, 2 qui post nimiam operationem -unt. SORAN. p. 72, 10 ut misera mulier -ere possit et pristinum sucum corporis accipere. PLIN. phys. Bamb. 67, 6 si adhuc non fuerit percurata *cancro mamillae laborans,* spatium corpori dandum est, ut -at. *al.*

II *vi praeverbii minus vigente vel evanida i. q. (ad)sumere* (*fort. huc iam p. 1614, 31*): **A** *-untur corporea*: VET. LAT. III Esdr. 1, 54 *reges Chaldaeorum* sacra vasa domini ... -entes tulerunt in Babyloniam. Eph. 6, 13 (Theod. Mops. *ad loc.* p. 192, 12) -ite omnia arma dei **(**[*cod. 61. al.* sumite, *75. al. et Vulg.* accipite]. CYPR. GALL. Ios. 496 dum bellum sociale parant atque a. -unt. *cf.* CORIPP. Ioh. 1, 423 -tis ... gladiis. 1, 517 tela. *aliter sub IA1a***)**. CARM. adv. Marc. 5, 99 nutrimenta cibi cupide per membra -it *homo* (*item -itur cibus*: REGVLA Tarnat. 9, 14 nemo ... extra monasterium manducet ...; hoc enim regulae non recipit disciplina, ut vel poma vilia -antur. *aliter p. 1616, 2*). EVCHER. laud. her. 7 *Moses* virgam -it in opera signorum potentem (*respic. exod. 4, 17, ubi Vulg.* virgam ... sume). **B** *-untur incorporea*: HIER. tract. in psalm. I p. 187 l. 176 *pisces* sunt in profundo et inde -unt vitam, ubi, si homo ceciderit, moritur. MART. CAP. 1, 77 quem *Solem* iuxta Luna ... ex fraterna fulgorem lampade -bat. CORIPP. Ioh. 4, 435 *tyrannus* crimen ... simul poenasque -psit. 5, 498 *Maurus quidam* mortem ... sibi ... ipse -it. GREG. M. in euang. 38, 15 l. 382 *una sororum* -bat vultum ... gravitatis inter verba correptionis.

deriv.: resumptio, resumptivus.

compos.: praeresumo.

[resūmptīcius, -a, -um. *falso traditur pro* surrepticius GREG. M. epist. 4, 20 l. 19 (*cf. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. I, 1937, 42 sqq.*).**]**

resūmptio, -ōnis *f.* *a* resumere. *scribitur in codd. rec.* raes- *p. 1618, 20,* -sumt- *l. 64 et* CAEL. AVR. chron. 5, 7, 85. gyn. 2, 65 (*bis*). *al.* *plur. non exstat nisi* CAEL. AVR. chron. 3, 2, 45. *legitur inde a saec. IV*^{2} (*apud* CAEL. AVR. *plus quam 50*^{ies}). [*confunditur in codd. imprimis c.* resurrectio *l. 68. 75. p. 1618, 21 (cf. p. 1618, 29); e coni. dub. pro* praesumptio VITA Anton. 5, 2 l. 8 (*v. Bartelink, Glotta 49, 1971, 297 sq.*).]

i. q. actio vel effectus resumendi **(***indicatur, quis vel quid resumatur, per gen. obi. p. 1618, 2. 18. al., pron. poss. l. 71. 74, quid resumat, per gen. subi. p. 1618, 5. 6; gr. resp. e. g. ἀνάκτησις l. 64, ἐπανάληψις p. 1618, 14. 16, ceterum v. Vietmeier, Cael. Aur. als Übersetzer, diss. 1937, 88 sq.***)**; *-o fit*: **1** *recreando, reficiendo* (*e quo statu quis resumatur, indicat gen. l. 72*): **a** *vario contextu*: VITA Anton. 36, 3 l. 9 si ... pro timore ... factum fuerit gaudium ... et animi laetitia ... et -o (*gr. ἀνάκτησις*). 50, 7 l. 22 instituit ... olera, ut introeuntes post ... viae ... laborem ... habeant aliquam ⌊-em et consolationem⌋ (*gr. παραμυθίαν*). PS. ORIG. in Iob 1, 14 l. 25 *parentes mariti* tibi ... acquisierunt ... sive virum sive substantiam sive -em (resurrect- *cod. unus*). 2, 3 l. 41 (*deus diabolo*) qui -is memor non es neque ⌊requiem⌋ speras (⌊ ⌋ *item iuxta ponitur*: 2, 29 l. 14 *Iob* r. non habebat, -em non inveniebat). AVG. c. Faust. 20, 13 cum manducatis, dei vestri, *i. Manichaeorum,* defectione vos reficitis; ... enim ... -o vestra ipsum premit (*syn.* refectione). PS. FVLG. RVSP. serm. 22 p. 889^{C} mors ... -o est doloris, remissio captivitatis, ... finis miseriarum. *respicitur refectio spiritalis*: GREG. TVR. Mart. 3, 29 ne ⌊redemptionis sacrae -is⌋ nostrae caeleste mysterium humanitas infirma ... dissolveret (⌊ ⌋ r. s. ac resurrect-, resurrect- s. redempt- *var. ll.*). **b** *in medicina* (*cf. l. 24 sq.*): THEOD. PRISC. gyn. 11 post -em corporis ... omnes ... cyclicas disponere curationes **(**[resolut- *cod. unus*]. CAEL. AVR. gyn. 2, 43 totius c. adhibenda est -o [*gr. p. 117, 31 διὰ τῆς ἀναληπτικῆς ἐπιμελείας*]. SORAN. p. 12, 12. 97, 13**)**. CAEL. AVR. acut. 2, 8, 34 varia ciborum -e vires reparari (*vix i. q. adsumptione sim., cf. p. 1617, 38*). 2, 37, 216 odoramenti -o. 3, 21, 214 *Erasistratus* lavacrum probat et ⌊-em adhibendam⌋ **(***in eadem iunctura*: chron. 1, 4, 108. gyn. 2, 10 [*gr. p. 102, 30 τοῖς ἀναληπτικοῖς χρηστέον*]. *al. apud eundem, e. g. l. 3***)**. chron. 2, 4, 77 -e (*abl. compar.*) paulo fortius erunt partes ⌊recorporatione⌋ curandae (⌊ ⌋ *item disting.*: 3, 8, 124. 4, 2, 16. 5, 8, 88). 3, 6, 80 *cachexia* fit ... post aegritudinem tardae -is causa (*inde* ISID. orig. 4, 7, 26). *et saepe apud eundem.* CASS. FEL. 77, 1 efficitur ... aliquibus et alienatio mentis et iterum subita -o.

2 *repetendo, iterando*: CARM. de fig. 67 (*tit. ἐπανάληψις*) illa -o fit, quaedam cum dicta resumo **(***de eadem figura rhet.*: PS. IVL. RVF. schem. lex. 5 p. 49, 25 [*13 ἐπανάληψις*] latine haec figura dicitur -o vel repetitio. *cf. Lausberg, Handb. der lit. Rhetorik § 617***)**. THEOD. MOPS. in Eph. 1, 10 p. 128, 8 recapitulatio ... dicitur multorum sensuum velox -o.

3 *recipiendo, recuperando*: PS. PACIAN. sim. carn. p. 136, 27 (*respic. Ioh. 10, 18, v. p. 1615, 49*) qua *potestate* -em sibi animae intrepidam promittebat *Christus* **(**[resur(r)ect- *cod. unus*]. STAT. eccl. ant. p. 165, 22 *Christus* resurrexit vera carnis suae resurrectione et vera a. -e [assumpt-, recept- *fere var. ll.*]**)**. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 196 *spongiis* colla aegrotantes circumtegentibus virium -em faciamus (2, 40, 234 ob -em v. chron. 1, 4, 95). AVELL. 118, 6 (*a. 516*) ut ... animus ad -em bonorum suorum possit accendi.

4 *suscipiendo, attrahendo*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 15 p. 403^{B} *id,* quod extrinsecus est, ⌊per -em ac respirationem⌋ ad sese trahens *cor* (⌊ ⌋ -e ac respiratione *var. l.,* per resurrectionem ac r. *ed. Migne; gr. διὰ τῆς διαστολῆς*). 31, 19 p. 404^{A} (*antea*: ad susceptionem aëris) *cor ventrem* non ad -em spiritus excitans, sed ad exceptionem cibi ... impellens (*gr. ὁλκήν*).

resūmptīvus, -a, -um. *a* resumere. *scribitur* -sumt- *in cod. rec. l. 45.* *technice in medicina i. q. resumptionem efficiens* (*apud* CAEL. AVR. *verti vid. gr. ἀναληπτικός, cf. Vietmeier, loco cit. supra p. 1617, 61*): CAEL. AVR. acut. 1, 11, 93 sicut responsionum libris -um ⌊cyclum⌋ scribentes docuimus **(**[⌊ ⌋ *Schmid,* cibum *Friedel,* quid tunc *ed. princ.*]. chron. 1, 1, 24 perfecto -o c. erit ⌊metasyncriticus⌋ adhibendus [*item disting.*: 2, 1, 47]. 1, 4, 97 post -um c. adhibendi *sunt* ⌊recorporativi⌋ [*item disting.*: 1, 5, 167. 2, 3, 69. *cf. l. 44*]. *al. apud eundem***)**. 3, 8, 95 *Asclepiades* linquens vere -a adiutoria ... aliena ordinavit (resumptoria *edd. priores, corr. Drabkin probante Bendz, Emendationen, 1954, 40 sq.*). chron. 4, 3, 35 odoramenta ... -a (*cf.* SORAN. p. 21, 10 -i odores [*gr. p. 51, 11 εἰς ἀνάκτησιν*]). 4, 3, 75 -ā atque recorporativā virtute medentia. 5, 10, 126 -arum materiarum usum adhibentes.

[resūmptōrius, -a, -um. *olim falso edebatur l. 41.***]** *Cè.*

resuo, -sūtum, -ere. *a* re- *et* suere. NOT. Tir. 83, 57 -it. [*notionem dissuendi, discindendi praefixis additis continuant cors.* striğe, *tusc.* sdrucire *et vet.* d(i)ruscire. *cf. M.-L. 7253 et Faré, Postille. Battisti-Alessio II 1321. 1397. V 3434. Cortelazzo-Zolli*^{2} *1491. Schd.-Cr.*]

1 *i. q. sutura privare, dissuere* **(***vi praeverbii invertitur notio verbi primitivi. cf.* GLOSS. -it: dissuit. dissuit ⌊condisire⌋ [*add. cod. Sangall.*]. -ere: dissire [*i. dissuere*]. dissi[de]re. dessire, dissuere**)**: SVET. Aug. 94, 10 tunica lati clavi -ta ex utraque parte ad pedes decidit (*cf. Cass. Dio 45, 2, 5 περιερράγη ... ἑκατέρωθεν. ad rem v. e. g. Blümner, Privataltertümer, 1911, 206*). RVFIN. hist. mon. 31, 13 (*ad exercendam oboedientiam*) vestimentum -ere (suere *et* dis-, con- *var. ll.*) atque iterum suere (-ere *et* con- *var. ll.*) et rursus resolvere (-ere *et* solv- *var. ll.; cf. gr. 24, 9 παραλύσας ... ἐκέλευσεν ῥάπτειν*). **2** *i. q. reficiendo suere* (*cf. var. lect. l. 57*): VITAE patr. 5, 14, 6 *quidam* vestitus erat ⌊saccum scissum et -tum pannis⌋ (*gr. 14, 12 κεντονάριον*).

resupīna *v.* resupinus. *Bk.*

[resupīnātus, (-ūs) *m., non nisi e falsa var. lect. p. 1620, 15.***]**

resupīno, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* supinus. *abbreviationes v. p. 1619, 47 sqq.* NOT. Tir. 73, 8 -at. *de notione* (*v. etiam p. 1619, 54. 1620, 7*): GLOSS. II 468, 44 *ὑπτιάζω*: supino, -o. IV 462, 19 -ta: transversa. V 623, 16 reclino (redino *cod.*) est -o. GLOSS.^{L} I Ansil. VE 381 verso capite: ad terram inclinato, id est -to. *legitur apud* TER., ACC. *et inde a* PROP., LIV. [*confunditur in codd. maxime c.* supinare HYG. astr. 3, 28 SOL. 52, 29 POTAM. tract. 2 l. 43 C. (*olim edebatur var. l. falsa* HIER. vita Pauli 3, 2; *cf. p. 1619, 15*).]

I *transitive i. q. supinum facere* (*praeverbium ad actionem retro trudendi sim. spectare vid.; p. p. p. vergit in usum adi. maxime sub A2, B2, C2; saepe in descriptione siderum, e. g. p. 1619, 30. 1620, 16 sqq. 20*): **A** *recurvando, reflectendo*: **1** *vigente notione motus; -antur*: **a** *ani-*

mantes eorumve partes: **α** *usu quolibet* (*reflexive l. 8. 10. 21*): Ⓘ *pro obi. est totum corpus*: Ⓐ *varia exempla*: TER. Phorm. 863 ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida; pone reprehendit pallio, -at. SEN. epist. 123, 14 qui per pronum eunt, -ant corpora, qui in arduum, incumbunt. PLIN. nat. 8, 139 *dormiunt* cocleae … adhaerentes maxime saxis aut etiam iniuria -tae avolsaeque, non tamen exeuntes. CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 9, 3 (*in imag.*) in illum … me virum totis infirmitatis meae viribus -ans omnia, quae adhibebas, medicamina depellebam. Ⓑ *c. colore peculiari -ando fit gestus superbi, fastidiosi*: SEN. benef. 2, 13, 2 libet … interrogare, quid se *superbia* tanto opere -et. AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 28, 2 inflat plerumque homines et tumido -at fastidio nobilitatis iactantia. 21, 17, 2 non … te inpugnet avaritia …, non -et superbia, non curvet ambitio. CASSIOD. var. 4, 14, 2 si quis … iussa nostra ⌊agresti spiritu -tus⌋ abiecerit *eqs.* (⌊ ⌋ agrestis spiritus iure supinatus *var. l.*).

Ⓘⓘ *pro obi. est pars corporis*: PLIN. nat. 10, 105 proprium generis … turturum, cum bibant, colla non -are (*cf. Arist. hist. anim. 613a13 ἀνακύπτειν. sim.* 10, 129 aves … capite -to velut infundentes *aquam* sibi). 11, 163 dicunt quidam unum esse eum *dentem serpentium,* et, quia sit aduncus, -ari, cum momorderit. QVINT. inst. 11, 3, 80 *nares* plana manu -are indecorum est. NEMES. cyn. 247 plurima se validos cervix *equi* -at in armos. CHIRON 25 erige codam ad lumbos versus et -bis (*inde sim.* VEG. mulom. 1, 27, 2). PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *α* 2 gargarizari oportet …, ita ut -to ore faucibus liquor … contineatur aliquantulum. CASS. FEL. 1, 10 sucum … sedenti -to capite naribus infundes (resupino, suppino *var. ll.*). GREG. TVR. Franc. 7, 29 p. 348, 17 *quidam* adprehensum Eberulfum a tergo validioribus lacertis adstringit -tumque pectus eius ad iugulandum parat.

β *mediopassive*: HYG. astr. 3, 13, 1 Ophiuchus inclinatus a capite, ut qui -ari videtur, anguem manibus tenere figuratur. POTAM. tract. 2 l. 43 C. *Isaias* inter -tos sectores et pendulos … immobili … perduravit statu (supinatos *var. l.*).

b *res variae*: PROP. 4, 8, 51 totas -at Cynthia valvas (*nisi ad B, ut fort.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 147 domus excubiis incustodita remotis et -ti neclecto cardine postes). VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 13 *post precationem* tumidi aequoris fluctus -tusque amnis post tergum eorum defluere coepit. SIDON. epist. 3, 3, 5 *cum dominus advenit,* alii … frena suscipiunt, alii sellarum equestrium … fulcra -ant. ORIBAS. syn. 7, 1, 2 Aa p. 130 (*sim.* La) oportet …, si labrus vulneris in alia parte fuerit -tus, … revocavis in contraria parte (*gr. ἐκτεταμμένον*).

2 *evanescente notione motus spectat potius ad formam, positionem*: VITR. 3, 5, 13 quo longior visus linea in superiorem partem *aedificii* procedit, -tam facit eius speciem. 10, 2, 3 pali -ti defodiantur …, quo funes alligentur. CELS. 8, 1, 23 *coxarum os* ab exteriore parte gibbum, ad spinam -tum. PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 habuit … caecus -tum vultum. *respicitur ascensus sim.*: CIL XI 739[b] (*graphio incisum in pariete aquaeductus; aet. Aug.?*) res(upinatum) p(edes) *tot* (*nisi compendium potius* res(upinum) *solvendum est, ut sim.* 739[c] re[r]supin(atum). 739[d] resupin(atum). 739[e] r(esupinatum). *loci omnes etiam ad B pertinere possunt*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 225 p. 783 a meridie ascensus in eam *aram* clementer arduus -batur (*gr. ὑπτίαστο*).

B *sternendo, deponendo*: **1** *spectat potius ad motum*: **a** *translate; -antur res* (*obi. e contextu intellegitur l. 57*): ACC. trag. 135 perturbas rem omnem et -as, soror (*nisi ad C; explicat* NON. p. 165, 1 -as, honeste, id est, ab incepto revocas vel pervertis significat). AVG. civ. 7, 11 p. 288, 11 (*antea*: dixerunt eum *Iovem* … Inpulsorem Statorem Centumpedam Supinalem) quod haberet inpellendi statuendi stabiliendi -andi potestatem.

b *proprie; -antur animantes*: **α** *usu quolibet*: Ⓘ *notione aucta, ita ut intellegatur*: Ⓐ *violenter sterni*: LIV. 4, 19, 5 adsurgentem … regem umbone -at, repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit. STAT. Theb. 9, 312 te … -at … Dorica cuspis. Ⓑ *coitum fieri* (*cf. p. 1620, 7*): IVV. 3, 112 nihil … ab inguine *Graeci* tutum, non matrona laris, non filia virgo, nec ipse sponsus …; horum si nihil est, aviam -at amici.

Ⓘⓘ *notione communi*: Ⓐ *in arte medica*: CELS. 7, 14, 3 ubi -tus est aliquis, delapso intestino ipse *tumor* desidit (*cf. ibid.* semper … etiam -to corpore tumet. 7, 14, 4 spiritus … -to quoque corpore tumorem in eadem figura tenet). 7, 16, 2 -andus … homo est coxis erectioribus. 7, 19, 6 cum infra incidi oportet, -to homine subicienda sub scroto … manus est. *al.* CHIRON 726 (*antea*: si quod iumentum castrare voles) -to iumentum et testiculos ei alligato. *al.* Ⓑ *cetera exempla*: PETRON. 29, 1 ego dum omnia stupeo, paene -tus crura mea fregi. PLIN. nat. 24, 162 *tradit Democritus* hac *adamantide* admota leones -ari cum hiatu lasso. PRAEDEST. 3, 11 l. 189 (*in imag.*) *magister bonus* non -at animos in bono cursu satagentes …, ut ab animis suis tollant studium placendi deo (*cf. l. 12*). GREG. TVR. Mart. 3, 18 (*antea*: dum saeva lues … desaeviret in pecora) animalibus terrae deiectis -tisque.

β *mediopassive*: CELS. 2, 7, 14 *urinam* quidam *calculosi* promptius recti, quidam -ti …, quidam etiam inclinati reddunt. IVV. 8, 176 in magna legatum quaere popina; invenies … inter … -ti cessantia tympana galli (*explicat* SCHOL. *ad loc.* 1 ebrii. 2 turpia patientis). SOL. 7, 32 cum visos se *pulli* persentiscunt, -ti glebulas pedibus attollunt, quarum obtentu … proteguntur (*cf. Plin. nat. 10, 103* resupina). 52, 29 qui *monocoli,* ubi defendi se velint a calore, -ti plantarum suarum magnitudine inumbrentur (*cf. Plin. nat. 7, 23* resupini). HESYCH. in lev. 25, 18 p. 1117[B] (*in imag.*) ne forte … -remur et ad delicias reclinemus (*cf. p. 1619, 75*).

2 *spectat potius ad formam vel statum*: PLIN. nat. 9, 72 (*agitur de piscibus planis*) *passeres* ab rhombis situ tantum corporum differunt: dexter hic -tis est illis, passeri laevus (resupinatus *var. l.*). HYG. astr. 3, 1, 1 Arctoe … ita collocatae, ut alternis unaquaeque earum -ta caput alterius tegere videatur. 3, 28 *Aquarius* cum ita sit figuratus, necesse est corpore eum prope -to videri.

C *invertendo*: **1** *spectat potius ad motum*: GAETVL. carm. frg. 3 sicca Lycaonius -at plaustra Bootes. PLIN. nat. 9, 91 si invertatur *polypus,* elanguescit vis; exporrigunt enim se -ti. *translate c. colore turbandi*: CAEL. AVR. gyn. 1, 128 munda sit nutrix, quo neque odore tetro fasciole pollute infantis stomacum -ent atque in vomitum provocent (*cf. gr. p. 68, 23 ὁ στόμαχος ἐκλύηται*). AGNELL. in Galen. puls. 52, 7 aliquotiens … virtus *stomachi* -atur et, quae offerunt omnia, … vomент. **2** *spectat potius ad formam vel statum*: HYG. astr. 2, 10, 1 *Cassiepia* propter impietatem, vertente se mundo, -to capite ferri videtur. SERV. georg. 4, 57 cum inversi sint favi, mel tamen inde non funditur; unde ait 'tenacia', quae in -tis favis cohaerent (*sim.* SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 57). PHYSIOGN. 98 *androgynus* -tas (-tus *trad.*) plerumque manus praemovet (*gr. I 416, 2 sq. χειρῶν φοραὶ ὕπτιαι*).

II *intransitive i. q. supinum fieri, ita ut sternatur* (*cf. IB*): VEN. FORT. Mart. 1, 341 sternitur ipse solo, qui sic pendebat in ictum, ac -at humo, qui pronior ibat in ausum.

deriv.: cf. resupinus.

compos.: corresupino. *Mitchell.*

resupīnus, -a, -um. *a* re- *et* supinus (*nisi retrograde a* resupinare). *fort. notatur* resupin, res *et* r *p. 1619, 47 sqq.* GLOSS. II 468, 45 *ὕπτιος*: supinus, -us. GLOSS.[L] I Ansil. RE 1680 -us: retrorsum inclinatus (inol- *trad.*). *legitur in versibus inde a* CAECIL., ACC., LVCR., *in prosa orat. inde a* CELSO, COLVM., MELA. [*variat in codd. c.* supinus *l. 65. p. 1621, 1. 42. 54. al.,* resupinatus *p. 1621, 68. 1622, 6.*]

fere i. q. reclinis, ὕπτιος (*syn.* supinus *l. 71,* reclinis *p. 1621, 26, opp.* pronus *p. 1621, 51. 53. 1622, 12; gradum indicat* aliquanto *p. 1621, 30,* paululum *p. 1621, 31; praedicative accedit ad subi., e. g.* -um iacēre *l. 56 sqq. 63. p. 1621, 5. 11. al.,* ruere *p. 1621, 11,* sedere *p. 1621, 29,* stare *p. 1621, 23, vel ad obi. [subi. in pass.], e. g.* -um collocare *l. 70,* ferre *p. 1621, 1 sq. 20. 68 et* PLIN. nat. 10, 113, obruere *l. 65*): **1** *proprie de statu corporis vel rei (per hypallagen de re incorp. p. 1621, 14; saepius ad currus, aurigas sim. spectat, v. l. 61. p. 1621, 9. 19 sq. 41. 67); respicitur status*: **a** *in tergo iacentis* (*-us est fere homo vel deus, sed -a sunt animalia p. 1621, 7 sqq.,* corpora *l. 62*): **α** *-i sunt amantes vel homines in coitu*: CAECIL. com. 99 *mulier* -a obstipo capitulo sibi ventum facere tunicula (obstito *et* cunicula *codd.*). LVCR. 1, 37 e … tuo, *i. Veneris,* pendet -i *Martis* spiritus ore (*cf. 38* recubantem). OV. epist. 16, 257 *ego Paris* cantabam veteres -us amores. ars 3, 773 quae facie praesignis erit, -a iaceto (REPOS. 123 non omnis -a *Venus in somno* iacet, sed corpore flexo molliter. *cf. versum plerisque ut interpolatum suspectum* IVV. 6, 216 ⌊ac -a⌋ iacens *Messalina* [⌊ ⌋ continueque *var. l.*]). **β** *-i sunt saucii vel mortui*: ACC. praetext. 26 *me* prostratum terra, graviter saucium, -um in caelo contueri … mirificum facinus. VERG. Aen. 1, 476 Troilus … curru … haeret -us inani. OV. met. 2, 267 corpora phocarum summo -a profundo exanimata natant (12, 138 -o c. Cycnum). 4, 121 *Pyramus* iacuit -us humo. 13, 86 (*loq. Aiax*) hunc *Hectora* ego … ingenti -um ⌊pondere⌋ fudi (vulnere *var. l.*). *al.* COLVM. 7, 5, 17 vivam pecudem … -am obruamus (supina *var. l.*). HOMER. 375 moriens -us … concidit. HEGES. 4, 15, 2 p. 264, 7 -us … interibat, *qui natans sagittis ictus erat. in arte medica respic. positio corporis aegri ante chirurgiam*: CELS. 7, 7, 4[A] homo collocandus est … sic aversus, ut in gremium eius *medici* caput -us ⌊effundat⌋ (-atur *var. l.*). 7, 7, 4[B] si in sinistro oculo vitium est, adversum, si in dextro, -um *aegrum* collocari volunt ([*postea*: supinus]. 7, 26, 1[B]. *al. in eodem libro*). 7, 26, 5[C] in solium is *aeger* aquae calidae -us demittendus est. **γ** *cetera exempla* (*vix huc p. 1622, 17*): VERG. Aen. 3, 624 *Cyclops* medio -us in antro (*respic. cenator ebrius ut*: SEN. Thy. 909 -us ipse *Thyestes* purpurae atque auro incubat. NEMES. ecl. 3, 53 IORD. Get. 254. *al.*). OV. ars 1, 487 sive illa

[Koenig]

domina toro -a feretur (supina *var. l.; respic. homo in lectica ut*: ANTH. 865, 1 Porcius octophoro fertur -us). met. 5, 352 Aetna …, sub qua -us … flammam … vomit ore Typhoeus. MELA 3, 106 collis … -i hominis imagine iacentis illius *Antaei,* ut incolae ferunt, tumulus. PLIN. nat. 7, 23 quod *Sciapodes* … humi iacentes -i umbra se pedum protegant (*sim. de eisdem* AVG. civ. 16, 8 p. 135, 21). 9, 20 *delphini* nisi -i atque conversi non corripiunt *pisces* (*item -a sunt animalia*: 10, 39 *noctuae* circumdatae multitudine *avium* -ae pedibus repugnant. *al.* ARNOB. nat. 7, 41 p. 395, 17 cantherios … certantes … ruere, cum curribus -os verti). PORPH. Hor. carm. 2, 3, 6 'reclinatum' … id est -um recumbentem. SVLP. SEV. Mart. 15, 2 *percussor* -us ruit. CHRYSOST. hom. II 1198[D] cum -i iacemus in lectulo (*Migne gr. 52, 458*[med.] *κείμεθα ὕπτιοι*). VITAE patr. Iurens. 74. *per hypallagen -us est* lapsus, *quo aliquis supinus cadit*: SIL. 5, 300 *hostem* lapsu -o (-a *var. l.*) in terga cadentem.

b *retro flexus vel inclinatus* (*sive ad tempus sive perpetuus, e. g. l. 39. 42. 47 et passim sub γ; status corporis superbiam sim. saepius plane indicat, v. e. g. l. 18. 21. 27 sqq. 44. 49 et cf. 2b*): **α** *-i sunt homines vel dei*: OV. met. 6, 275 *Niobe* mediam tulerat gressus -a per urbem. 15, 520 ego *Hippolytus* … retro lentas tendo -us habenas (*cf.* PRVD. psych. 412 fertur -a reductis … loris auriga *Luxuria*). SEN. epist. 80, 7 ille, qui in scaena latus incedit et haec -us dicit 'en impero Argis *eqs.*'. STAT. Theb. 4, 324 (*in venatione apri*) te … vidi … poplite succiduo -um ac ⌊paene⌋ ruentem (pone *var. l.*). MART. 12, 77, 2 stans summos -us usque in ungues … in Capitolio *homo precans.* QVINT. inst. 10, 3, 15 *nos* -i spectantesque tectum. GELL. 19, 9, 10 *rhetor* -us capite convelato … versus cecinit. HIST. AVG. quatt. tyr. 4, 3 cum ipse *Firmus* reclinis ac -us et curvatus in manus penderet potius quam iaceret. AMBR. Tob. 3, 9 dives … stat inflexibilis, -us, non precibus inclinatur. HIER. in Ezech. 44, 9 l. 1489 ut … -i in pontificali solio sedeant (in Ier. 3, 15, 3 -i erectaque cervice. hom. Orig. in Ezech. 5, 4). PHYSIOGN. 109 mansuetus homo … erit … aliquanto -us (*cf. gr. p. 36, 2 ὕπτιος τῷ σχήματι*). MART. CAP. 9, 889 *Venus* -a paululum (*v. p. 371, 45*). *al.*

β *-ae sunt partes corporis animantium* (*statuae l. 42*): OV. met. 1, 730 *Io iuvenca* procubuit genibus -oque (-aque *var. l.*) ardua collo … tollens ad sidera vultus *eqs.* 3, 452 (*Narcissus in fonte imaginem suam videt*) ad me -o nititur ore (MANIL. 1, 715 limes candidus [*i. via lactea*] … -a facit mortalibus ora. SIL. 10, 141 SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 29). COLVM. 2, 2, 23 retractis et -is capitibus *boum* (PLIN. nat. 8, 93 -o capite *crocodili* ad morsum). 7, 9, 1 *probandi sunt porci* rostri brevis et -i (*Lundström,* -a *codd.*). SIL. 10, 468 membra. STAT. Theb. 10, 551 (*iuvenis mortuus curru trahitur*) -arum patet orbita … comarum (*cf.* PHYSIOGN. 14 capilli … -i [ruspini, resumi, supini *var. ll.*]). MART. 9, 43, 3 *statua* spectat -o sidera vultu. NEMES. ecl. 3, 28 ulnis. AMBR. Noe 15, 54 (*alluditur ad Is. 3, 16*) sunt … huiusmodi erigentes supercilia …, elato pectore, cervice -a *eqs.* (HIER. c. Ioh. 11 l. 23 lassus, ore arido [avido *var. l.*] -aque c. ac trementibus labiis conticuisti. COD. Theod. 9, 3, 6 iudicem desidem ac -a c. tantum titulum gerentem. ENNOD. opusc. 2, 51 p. 303, 22). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 71, 1 erecto ac -o pectore … incedere ([*Migne gr. 35, 480*[B] *ἄνω βλέποντα*]. ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 33 tumido ac -o p.).

γ *-ae sunt res*: Ⓘ *variae* (*addasne p. 1619, 46 sqq.?*): COLVM. 3, 13, 13 imae fossae solum … sive pronum seu -um est. 3, 18, 6 illa *plaga vitis,* quae reflexa et -a … *aquam caelestem* per medullam transmittit (*item respic. plagae*: 4, 24, 15 ⌊primum ne -a⌋ caelum, sed prona potius plaga terram spectet [⌊ ⌋ pro munere supina *var. l.*]). PLIN. nat. 18, 171 quas *incisuras* -us in arando mordeat vomer. 19, 60 *iugera* areis distingui easque -is pulvinorum toris. 21, 23 (*de forma lilii*) -is per ambitum labris. FRONTIN. strat. 1, 5, 6 consul … universos in puppem retulit milites atque ita -a navigia … concitavit. SOL. 15, 25 optimos … sortiuntur situs *smaragdi,* quibus planities -a est et extenta (*cf. l. 65*). Ⓘⓘ *loca, regiones sim.*: CALP. ecl. 7, 31 -is undique silvis. STAT. Theb. 4, 237 -a … Elis (*cf. 238* depressae populus … Pisae). PORPH. Hor. carm. 1, 17, 11 ('Vsticae cubantis') quem *montem* cubantem … *poeta* dixit ad -am regionem eius adtendens. ANTH. 21, 49 vitreo -os marmore campos (*i. mare*). VIGIL. TRID. ad Ioh. 2 l. 37 *locus* -us molli dorso *eqs.* AMM. 21, 10, 4 planities iacet … inferior ita -a (resp- *var. l.*) et panda, ut *eqs.*

c *inversus, sc. rei vel hominis*: SIL. 2, 196 attoniti … quadrupedes iactant -o pondere currum. HYG. astr. 3, 9 (*de Cassiepia sidere*) haec occidens … capite cum sedili -a ferri perspicitur (resupinata *var. l. ut loco sim.* 4, 12, 8 -a occidens). PETR. CHRYS. serm. 14, 4 Petrus crucem -us ascendit (*sim.* 27, 2).

2 *translate*: **a** *fere i. q. neglegens, laxatus*: **α** *-ae sunt res*: QVINT. inst. 5, 12, 20 licet hanc *eloquentiam* … libidinosam -a[m] voluptate auditoria probent. 11, 3, 167 *verba* cantici quiddam habent sensimque -a sunt: '…' (*Cic. Arch. 19*). **β** *-i sunt homines*: PAVL. dig. 22, 3, 25 pr. qui … solvit, numquam ita -us est, ut facile suas pecunias iactet et indebitas effundat. PAVL. NOL. epist. 32, 22 (*respic. psalm. 126, 1*) ne vel perfecta … aedificatione -i securas manus remittamus.

b *fere i. q. superbus* (*cf. p. 1621, 16*): **α** *de hominum affectibus sim.*: VENVL. dig. 43, 24, 4 -am existimationem. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 40 (*respic. gen. 4, 3*) de eo, quod post dies optulit Cain, plene diximus fastus esse indicium -i (resupinata *var. l.; cf.* in Luc. 7, 202 [*spectat ad Luc. 14, 18 sqq.*] divitum -a fastidia). off. 2, 24, 119 -a adrogantia. in psalm. 118 serm. 20, 58, 1 *ne,* si aliquid boni fecimus, -o solvamur affectu. **β** *cetera exempla*: CONST. Sirmond. 2 (*a. 405*) qui *sacerdotes* -os spiritus (-o spiritu *var. l.*) adversum definita rettulerint *eqs.* SEDVL. carm. pasch. 3, 330 mollior aetas nil pompae mundalis amat … nec -a tumet (re(so)pina *var. ll.; opp. 331* prona solo. *cf. op. pasch. 3, 27* nec tumore superbi fastus inflantur). NOVELL. Maior. 2, 2 l. 40 cum -a⟨e⟩ ⌊adparituraе⌋ … potestas provincialis … subiecta famuletur (⌊ ⌋ -tori *var. l.; exemplum addendum est vol. II 269, 55; an meton. de ipsis apparitoribus?*).

acc. neutr. plur. **resupīna** *pro adv., i. q. situ resupino*: TERT. anim. 48, 2 ex ipsius quietis situ, si *dormiens* neque -a neque dextro latere decumbat *eqs.* (*vix intellegas* -a *sc. quies; v. Waszink, ed. 1947, 508 et cf. e. g. supra p. 1302, 20. 38*). *Koenig.*

resupputo, -āre. *a* re- *et* supputare. *i. q. rursum supputare*: DIDASC. apost. 54, 3 sabbatus intra se cum -atur, sabbatum ad sabbatum fiunt octo dies. *Bk.*

resurgēsco, -ere. *a* resurgere. *fere i. q. resurgere incipere*: ZENO 1, 2, 27 donec … ramis -entibus ornatus iam non oleaster sit, sed oliva (resurgentibus *var. l.*). *N. H.*

[≋]**resurgo,** -rēxi, -rēctum, -ere. *a* re- *et* surgere. *scribitur in inscr. vel cod. vet.* ri- CIL XII 2118 (*saec. V?*), -sorg- CIL XII 2120 (*saec. V*), -surc- VERG. Aen. 4, 531 (*cod. P*), -rictura INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 314, 7 (*saec. VI*[2]), *in codd. medii aevi e. g.* rexur- ANON. in Matth. 10 p. 32, 11. 14 p. 38, 17, -recxit AMBR. Iob 1, 7, 25. NOT. Tir. 72, 100 -it. 73, 6 -xit. *de genere: inter verba neutralia, quae formas pass. non exhibent, affert* PS. ASPER gramm. suppl. 50, 24. *legitur raro pass. impers., e. g. p. 1626, 27, depon.* REGVLA mag. 14, 10 ut … -remur (-remus *cod. unus post corr.*) *et fort. l. 36.* *de formis: fut.* -ebit VET. LAT. Marc. 10, 34 (cod. 1); *part. fut.* -turus *saepius, perf.* -tus *non nisi* AVG. serm. 223B, 2 coll. Morin p. 456, 15 (-t⟨ur⟩i *cod. post corr., fort. recte*). *de notione* (*v. etiam p. 1623, 66. 1625, 37 sq.*): GLOSS. II 225, 26 *ἀνεγείρομαι*: -o. 228, 2 *ἀνίσταμαι*: -o, surrecto, exurgo. IV 462, 20 -ere: restituere, renovare (*ad p. 1624, 61, sc. male intellectum, pertinere vid.; sim.* 386, 54 -ere: restaurare, reparare). GLOSS.[L] I Ansil. RE 1681 sq. -ens: iterum surgens. renascens. *al.* *legitur in versibus inde a* VERG. (*sub IB*), HOR., *in orat. soluta inde a* LIV. *p. 1624, 66,* VELL., *saepius apud Christ.* [*notione 'scaturire' it.* risorgere *et var. dial., raet. centr.* ressurì, *francog. vet. et dial. sept.* resurdre, resordre, ressourdre, *prov.* resorzer, -ir. *cf. M.-L. 7254 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3244. Cortelazzo-Zolli*[2] *1394. Kramer V 514. Wartburg X 327 sq. Stimm s. v.* resorzer. *Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. imprimis c.* surgere, *e. g. p. 1624, 16. 1625, 47. 1626, 10* (*in falsa var. l.* AVG. conf. 6, 6, 10). *in versione prava, quae in uno* cod. 77 *additur,* VET. LAT. Rom. 4, 24 ⌊qui *deus* suscitavit -entem vel resuscitantem …⌋ Iesum; *sim.* 8, 11 ⌊qui suscitavit vel -entis⌋ Iesum (⌊ ⌋ *gr. 4, 24 ἐγείραντα. 8, 11 ἐγείρας, utrobique cod. 75. al. et Vulg.* qui s. *tantum*).]

fere i. q. (iterum) surgere (*transitive non nisi in interpr. vel versione prava l. 38 sq. 49 sq.; vis praeverbii obscura vel evanida est p. 1623, 6. 43. 1624, 22 sqq. 1625, 33; accedit* denuo *p. 1625, 25,* iterum *p. 1623, 26. 50. 75. 1624, 30. 72,* retro *p. 1624, 26,* rursus [rursum] *p. 1623, 15. 36. 46. 1624, 55*): **I** *usu vario*: **A** *proprie (vel in imag.), sc. vi corporali, respicitur motus eius, qui erigitur* (*gr. resp. ἀνίστασθαι p. 1624, 6. 14. 22 sq. 52 eiusque compos. ἐξ- p. 1624, 25. 27, ἐπ- p. 1624, 32*): **1** *crescendo sim.* (*ad quem statum quid -at, indicatur per praepos.* in *p. 1623, 10. 22*): **a** *-unt urbes, aedificia, quae e ruinis restituuntur (hic illic fort. etiam iterum potentiam acquirunt, ut locus simul pertineat ad p. 1625, 22 sqq.); respicitur*: **α** *Troia (cf. p. 1624, 61): ipsa*: HOR. carm. 3, 3, 65 ter si -at murus aeneus auctore Phoebo, ter pereat … excisus Argivis. *altera urbs instar Troiae*: PROP. 4, 1, 87 Troia cades, et Troica Roma -es (*cf. p. 1624, 67*). OV. rem. 281 (*Circe Vlixi*) non hic nova Troia -it. fast. 1, 523 victa … vinces eversaque, Troia, -es. **β** *quaelibet urbs*: VELL. 1, 7, 4 vix crediderim tam mature tantam urbem, *i. Capuam,* crevisse, floruisse, concidisse, -xisse. CVRT. 5, 7, 9 ne tam longa quidem aetate, quae excidium eius secuta est, -xit *Persepolis.* TAC. ann. 15, 41, 1 (*respic. Roma post incendium Neronis*) in tanta -entis urbis pulchritudine. PANEG. 6, 22, 4 video hanc … civitatem, *i. Augustam Treverorum,* … cunctis moenibus -entem. *al.* **γ** *quodlibet aedificium*: VET. LAT. Marc. 13, 2 (cod. 3, *sim. al.*) *in templo* non reliquetur … lapis super lapidem, qui non destruatur et post triduum alius -et sine manibus (*vertitur locus in paucis codd. gr. interpol., ubi ἀναστήσεται*). PS. DAMAS. epigr. 87, 5 (*3*

[Beron]

neglecto iure sepulchri) pauperis ex censu melius nunc ista *sepulchra* -unt. CARM. epigr. Afr. Cugusi 89, 3 (*saec. V²/VI¹*) haec Petri Paulique sedes, *sc. ecclesia,* C(h)risto ⟨i⟩ubente -it. *al.*

b *-unt herbae vel arbores carptae, caesae, in hieme mortuae sim., quae iterum germinant; respiciuntur*: **α** *gramina, herbae, dumetum sim.*: OV. am. 2, 16, 9 per … -entes rivis labentibus herbas … caespes obumbrat humum. PLIN. nat. 13, 63 *spina* caesa anno tertio -it (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 2, 8 ἀναβεβλάστηκε*). 16, 163 harundo … recisa fecundius -it. AMBR. hex. 3, 8, 34 si *semina* … fuerint quadam sui morte resoluta, in uberiores fructus -ant (*item -it granum resolutum*: NICET. symb. 12 p. 51, 4 EVSEB. GALLIC. hom. 1, 3). CHROMAT. serm. 17, 3 *tempore Paschae* herbae pratorum velut de morte -unt (*cf. IIA*). **β** *arbores* (*aliter 3b*): PLIN. nat. 16, 132 (*inde* 1, 16, 57) est in exemplis et sine tempestate … cecidisse multas *arbores* ac sua sponte -xisse (*postea p. 1624, 69*). 17, 248 reciduntur veteres *arbores* totae ac rursus a stolone aliquo -unt (*cf. Theophr. hist. plant. 2, 7, 2 ἡ … βλάστησις νέα γίνεται*). TAC. hist. 2, 78, 2 arbor … procideret ac … eodem vestigio -ens … latior virebat (*idem narratur*: SVET. Vesp. 5, 4). AVIEN. orb. terr. 1095 in ⌊fe[s]tus⌋ facilis Pomona -it (⌊ ⌋ *Vadianus,* saeptis *Oddius, edd. plerique; gr. non resp.*).

c *-unt ignes, flammae sim., qui iterum exardescunt*: OV. epist. 21, 159 vix … manu pigra *Hymenaei* totiens infusa -unt lumina. met. 7, 81 *scintilla* solet … crescere et in veteres agitata -ere vires. SEN. nat. 2, 56, 1 Heraclitus existimat fulgurationem esse … flammam … modo intereuntem, modo -entem. DRAC. laud. dei 1, 656 iam mortua flamma -it.

d *cetera exempla*: CELS. 5, 28, 7[A] *tumores quidam* sive ferro sive medicamentis curantur, … iterum iuxta cicatrices ipsas -unt. VET. LAT. iud. 16, 22 (cod. 100) cooperunt capilli capitis eius *Samsonis* -ere (*gr. ἀνατεῖλαι, Vulg.* renasci). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 172 si in salutaria signa venire coeperint aegrotantes, pulsus -it. DRAC. laud. dei 1, 640 cornua *cervi* … -unt. *al.*

2 *in locum altiorem procedendo sim.* (*indicatur, unde quis -at l. 39. 51. 55, qua via l. 43*): **a** *-unt animantes* (*fere homines vel dei, sed torpedo l. 42*): HOR. carm. 2, 17, 14 me …, si -at, centimanus Gyges *non* divellet (*sc. in Tartaro humi prostratus; nisi ad 3a*). OV. met. 5, 349 *Typhoeus sub Sicilia sepultus* nititur … pugnatque -ere saepe. OCTAVIA 348 *Agrippina* ruit in pelagus rursumque salo pressa -it (*item -unt demersi ex aqua*: VAL. FL. 2, 28 Neptunus … *Typhoea* implicuit … vadis totiensque … -entem … Sicanium dedit usque fretum. TERT. bapt. 2, 1. *cf. l. 55*). STAT. Theb. 1, 100 *Tisiphone e Tartaro veniens* arripit … Maleae de valle -ens notum iter. APVL. met. 5, 24, 1 -entis eius *Amoris avolantis* crure … adrepto. CLAVD. carm. min. 49, 11 qui tetigere *torpedinem in sede maris extentam,* iacent; successu laeta -it. PAVL. PETRIC. orant. 9 Martini si quaeris opem, trans astra -ens tange polum.

b *-unt sidera sim.* (dies *l. 49 sq.*): **α** *oriendo*: OV. met. 2, 453 orbe -bant lunaria cornua nono (8, 11 c. lunae). MANIL. 1, 181 sunt pervia cuncta, qua cadat et subeat caelum rursusque -at (1, 538). 3, 321 zonae *siderum* … paribus spatiis per singula lustra -unt. 4, 560 Arcitenens, prima cum veste -it, *eqs.* 5, 505. PRVD. cath. 2, 56 cum sol -ens emicat (DRAC. laud. dei 1, 682. *sim. -it* dies: PETR. CHRYS. serm. 118, 8 d. … sepelitur in nocte et iterum -it in mane. *al.*). **β** *ab ima parte circuitus surgendo*: MANIL. 2, 910 quae *pars mundi* prima -it sedibus ex imis iterumque reducit Olympum. 5, 696 Cynosura minor cum prima luce -it (*versum secl. Scaliger, def. Hübner, comm. 2010, ad l.*). MART. CAP. 8, 869 (*antea: luna* a solari in austrum descendit) rediens ad solem -it.

c *cetera exempla*: OV. Pont. 4, 8, 28 obruta de mediis cumba -et aquis (*cf. l. 36 sqq.*). GELL. 17, 11, 4 *ἐπιγλωττίς,* quasi claustra quaedam mobilia coniventia vicissim et -entia. HEGES. 3, 26, 1 p. 234, 17 (*l. 4* Philippus … mittens paleas in Fialam, quas in Panio fluvius ebullivit) inferius … labitur aqua et, ubi Panium est, rursus ebullit, ut paleis -entibus manifestatum est (*cf. gr. 3, 513 ἀνενεχθέντα*). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 96 inflatio impressioni digitorum ⌊cedens⌋ ac -ens (⌊ ⌋ *eadem opp.* 5, 10, 99 *bis*). *al.*

3 *habitum mutando sim.* (*quem ad finem quis [quid] -at, indicat praepos.* ad *p. 1624, 50,* in *p. 1624, 11; unde -at, praepos.* de *p. 1624, 16,* ex *p. 1624, 8*): **a** *-unt animantes*: **α** *exempla varia; -unt* (*-it*): Ⓘ *qui ceciderunt, defecerunt sim.* (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 9, 4 '-ere' … non est nisi eius, quod cecidit; iterum enim surgendo, quia cecidit, '-ere' dicitur; 're' … syllaba iterationi semper adhibetur): OV. trist. 1, 3, 93 illa *coniunx* … narratur … procubuisse, utque -xit … et … membra levavit humo *eqs.* 3, 3, 23 si iam deficiam *aeger* …, nuntiet huc aliquis dominam venisse, -am (*item post aegritudinem*: CAEL. AVR. acut. 2, 10, 77 facile -it. 3, 5, 56 gravatio et dissolutio … difficultatem -endi … *non* faciunt). SEN. epist. 13, 2 *athleta,* qui quotiens cecidit, contumacior -xit. 121, 8 infans … cadit et cum fletu … -it. STAT. Theb. 12, 112 tristibus inlabens famulis iterumque -ens … Argia. TAC. hist. 1, 79, 3 tegimen *cataphractae* … impetu hostium provolutis inhabile ad -endum. ann. 3, 46, 3 iacentes … nullo ad -endum nisu quasi exanimes linquebantur. APVL. met. 7, 18, 2 (*respic. asinus prolapsus*) cum deberet … agaso … partem tanti oneris, quoad -rem saltem, detrahere. 8, 5, 9 aper … *ab equo devolutum Tlepolemum* ipsum -entem … laniavit. VET. LAT. Ier. 8, 4 (Tert. paenit. 8, 2, *sim.* VVLG.) non … qui ceciderit, -et? (*gr. ἀνίσταται*). PS. PROSP. carm. de prov. 968 per quem *Christum* sparsi coeunt, stratique -unt. *al.* Ⓘⓘ *qui se occuluerunt*: VAL. FL. 2, 538 *beluā a Hercule victā* e scopulis et opaca valle -unt pastores … *et* petunt … urbem. Ⓘⓘⓘ *qui in asinum pronum mutatus est*: APVL. met. 4, 1, 6 si … de iumenti … incurvo gradu rursum erectus in hominem … -rem. ⓘⓥ *qui dormierunt sim.*: APVL. met. 5, 1, 1 Psyche … recreata somno, placido -it animo. VET. LAT. psalm. 40, 9 (cod. 136, *sim. al. et* VVLG.) numquid dormiens non adiciet, ut -at? (*gr. ἀναστῆναι, cod. 300* surgat). PSALT. Rom. 3, 6 dormivi et somnum cepi et -xi (*gr. ἐξηγέρθην, cod. 300. al. et Vulg.* exsurrexi). NICET. compet. frg. 4 de somno (surrexit *var. l.*). *al.*

β *-unt homines (anima l. 29), ut aliquid aggrediantur* (*ponitur actio vel qualitas pro hominibus ipsis l. 37*): Ⓘ *generatim, ad aliquid faciendum* (*quem ad finem quis -at, indicatur per praepos.* in *c. acc. l. 21 sq. 28 sqq., c. abl. l. 23; a qua re, per praepos.* de *l. 28*): TAC. hist. 3, 2, 3 quod … legiones deceptae magis quam victae -ere in ultionem properent. VET. LAT. psalm. 34, 2 (cod. 136) *domine,* -e in auxilium michi (*gr. ἀνάστηθι, cod. 300. al. et Vulg.* exsurge). 75, 10 (cod. 304. *al.*) cum -ret in iudicio deus (*gr. ἀναστῆναι, cod. 325. al. et Vulg.* exsurgeret. *aliter p. 1625, 48 sqq.*). Sirach 17, 19 *deus* -et et retribuet illis retributionem (*gr. 17, 23 ἐξαναστήσεται*). Dan. 7, 24 (Barnab. 4, 4) -et retro pusillus rex, qui deponet tres … de regibus (*gr. sec. Theodot. ἐξαναστήσεται, Vulg.* consurget). TERT. monog. 16, 1 iterum nubere virium res est; -ere in opera carnis de continentiae otio substantia est laterum. AMBR. Isaac 6, 52 (*in imag.*) *anima* veretur …, ne iterum in temptationes -at. *al.* Ⓘⓘ *hostiliter, ad invadendum, pugnandum sim.* (*contra quem quis -at, indicatur per praepos.* contra *l. 36,* in *l. 34,* super *l. 37, dat. l. 35; locis biblicis resp. gr. ἐπανίστασθαι*): FLOR. epit. 1, 13, 19 *post incendium urbis populus Romanus* acrius … vehementiusque in finitimos -xit. VET. LAT. psalm. 17, 49 (cod. 136) *deus,* qui liberat me ab inimicis meis et a -entibus michi (*cod. 300. al. et Vulg.* insurg-). 53, 5 (*ibid.*) alieni -xerunt contra me (*cod. 300. al. et Vulg.* insurr-). 91, 12 (*ibid.*) in … -entibus super me malitiis (*gr. ἐν τοῖς ἐπανιστανομένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις, cod. 400. al.* insurgentes in me malignantes, *sim. Vulg.*). AMM. 16, 12, 48 -bat … armorum pondere pulsus loco Romanus. *al.*

b *-unt arbores sim., quae in humum deflexae iterum in altum crescunt aut moventur* (*aliter 1bβ*): CVRT. 9, 1, 10 plerique rami … flexi in humum rursus, qua se curvaverant, erigebantur, adeo ut species esset non rami -entis, sed arboris ex sua radice generatae. GELL. 3, 6, 2 si super palmae … arboris lignum magna pondera inponas, … non deorsum palma cedit nec intra flectitur, sed adversus pondus -it. PANEG. 9, 18, 4 calore solis … depressae imbribus segetes -unt.

c *cetera exempla*: VAL. FL. 2, 520 (*in motu terrae*) intremere Ide … pronaeque -ere turres. APVL. met. 1, 14, 1 (*1, 11, 7* fractis et evolsis funditus cardinibus) fores ad pristinum statum integrae -unt: cardines ad foramina residunt. BARNAB. 12, 1 cum lignum *crucis* inclinatum fuerit et -xerit (*gr. ἀναστῇ*).

B *translate*: **1** *-unt res, quae iterum oriuntur vel reparantur* (*accedit praedic. p. 1625, 1; indicatur unde p. 1625, 32*): **a** *qualitates animi*: VERG. Aen. 4, 531 rursus … -ens saevit amor *Didonis.* SEN. clem. 2, 1, 4 decebat … integritatem … cum fide ac modestia -ere. dial. 3, 8, 3 quomodo … ratio occupata et oppressa vitiis -et? TAC. ann. 1, 39, 6 *Germanicus* fatalem increpans rabiem, neque militum, sed deum ira -ere. CYPR. GALL. iud. 133 rabies consueta -it. *al.* **b** *regna sim.* (*cf. infra 2aβ*): VERG. Aen. 1, 206 tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas ostendunt: illic fas regna -ere Troiae **(***explicat* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 48, 17 terra …, in qua -at imperium Troiae. *item respic. Troia*: PROP. 4, 1, 47 vexit … Caesaris arma Venus, arma -entis portans victricia Troiae. SEN. Ag. 870 [*per hyperbolen; loq. Cassandra post mortem Agamemnonis*] vicimus victi; … -is, Troia [-it *var. l.*]. *cf. p. 1622, 62***)**. LIV. 24, 45, 3 quoniam res Romana … velut ⌊-ere ab stirpibus⌋ videatur (⌊ ⌋ *Weissenborn,* -rent turpibus *trad.*). INSCR. numm. imp. Vesp. II p. 51 n. 310 Roma -ens (p. 65 n. 407. *al.; cf. p. 1622, 65*). PLIN. nat. 16, 132 (*antea p. 1623, 13*) maiestas p(opuli) R(omani) -xit, quae ante vastata cladibus fuerat. *al.* **c** *bella*: VELL. 2, 88, 3 *Maecenas* novi ac -turi belli civilis restinxit initium. SEN. dial. 12, 9, 8 Africa -entis belli minis plena. STAT. Theb. 11, 329 quis furor? unde iterum regni integrata -it Eumenis? TAC. ann. 3, 74, 3 *hostibus* relictis, per quos -ret bellum. DRAC. Romul. 4, 32 bella gero, quae caedes passa -unt. **d** *quaelibet*: SEN. epist. 123, 8 *sermo noxius* si non statim proficit, … sequitur … nos …, -turum postea malum. QVINT. inst. 12,

[Beron]